5. 1. 295 To. I unico posseduto

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

95

ΚΥΙΝ. ΚΑΣΣΙΟΥ ΔΙΩΝΟΣ
ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ
ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΟΥ ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑ ΒΙΒΛΙΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Q. CASSII DIONIS
COCCEJANI
ROMANAE HISTORIAE,
EX EJUS OCTOGINTA LIBRIS,

TOMUS PRIMUS

Continens priores libros viginti & unum:

AB URBE CONDITA, USQUE AD U. C. ANNUM DCX.

POST EVERSAM CARTHAGINEM, ET CORINTHUM

Nunc primum deteĉtos, reſtitutos, concinnatosque,
Et nova fere verſione,& perpetuis ſuis,variorumq.Notis auctos,

STUDIO ET LABORE

NIC. CARMINII FALCONII
METROPOLITAE
ECCLESIAE SANCTAE SEVERINAE
In Brutiis ulterioribus
IN REGNO NEAPOLITANO.

QUI IPSUM

SMO. DNO. NRO

BENEDICTO XIV.
PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

D. D. D.



NEAPOLI. ANNO DOMINI M. DCC. XLVII.
APUD JOSEPHUM DE BONIS PUBLICUM TYPOGRAPHUM
SUPERIORUM PERMISSU.

5.1.205

Digitized by Google

B E A T I S S I M E
P A T E R

Quod Tuo Sacro Aſpectui, PATER SANCTE, *Caſſii Dionis Romani Hiſtorici, audaculus ſiſto opus; atque Numini Majeſtatique Tuae pronus devoveo; non eorum temporum ſudor eſt, quibus ge-*

Digitized by Google

mui Epiſcopus Martyrani; ſed otii illius, quo adhuc presbyter, Romae oſor inertiae, per ampliſſimas ejus Bibliothecas, uti proficue ſatagebam. Ab anno 1721. uſque ad annum 1733. hoc mihi licuit: pro genio nempe, quo ſacris, profaniſque Antiquitatibus, innoxiè poteram indulgere. Poſtquam verò animarum curae, Deo me placuit admovere; tunc oneroſiſſimo oneri, vix dum par; piaculo mihi fuit, aut de Exoticis cogitare, aut inter Brutias illas syrtes, & ſcopulos feri maris, animum iterum appellere ad Dionem.

Parata equidem, & jam omnia praeſto erant ad praelum: & ſollicitabar ab eruditis, ad ſolvendam Reipublicae datam fidem: Quod omnes faciunt, qui deſiderio ſuo res tranſigunt; non autem, qui ſoleant a potentia res metiri. Sane verò, eouſque haec monita proceſſerunt; ut jam ab amicis ipſis accuſarer, tanquam Apathes, vel ut Stoicus: dum ab inimicis, invidis domi foriſque; non arguebar modò, verùm publice & per typos, damnabar etiam vel de fuco, vel de impoſtura. Adeo incredibile, aut impoſ-

ſibile

ſibile omnibus videbantur, poſt tot ſpicilegas, & venaticos eruditos, quidpiam verè dare ultra edita: ne dum deperditos a principio libros, acephalo, & mutilato Dionis Operi, Et hinc tot dicteria in me effuſa a ſciolis, & a plebe praeſertim literarum: & tot illa moleſtiſſima & cruenta, quae congerrones & blaterones, in me paſſim, & per trivia; aut per ſcamna bibliopolarum (ubi eorum eſt Areopagus) liberrime effutierunt. Naufragium equidem meae naviculae pene timui; dum tanto fragore tonabat Coelum; & dum inter tot hiatus, terra tremuit, nec quievit.

Quum ita igitur undique impetebar; & foris pugnae, intus timores, Miſeratio Divina adfuit: & Tua Sanctitas me e barathro liberavit. Miſeratus enim tantillum hominem; me ad ſanctae Severinae Metropoliticam Sedem, in Brutiis Ulterioribus, e Citerioribus tranſtuliſti. Ac tunc mihi idoneum viſum tempus, quo, in negotioſa quidem Dioeceſi, ſed nullatenus truculenta, manum ad Dionem iterum admoverem. Atque hoc pacto, diu licet abſens, & aliena

indi-

Digitized by Google

indigens manu; primum hunc Dionis tomum, jam typis dedi, & Deo auſpice abſolvi: & (ni vana me lactet ſpes) modò tot maledicta, & ſuſpiciones ceſſaturas eſſe confido; dum ipſum legerint, & ad animum pertractarint.

Verum quia etiam (& nolim eſſe ſiniſtra cornix) poſt editum; nova & duriora certamina, ad ejus elevandum pretium, mihi ab iis praeparantur, qui aliena cuncta deſpiciunt, & ſua tantum adorant: Idcirco ego, meo operi conſulturus, hunc obicem jubeo ne formidet; ſed ut fidenti animo in lucem prodeat: quandoquidem Te, PATER SANCTE, ei fore (quod ſupplex peto) Soſpitatorem & Maecenatem confido. Tu namque contra has hydras es Hercules: de quo dici nequit; Nec Hercules contra duos. Invidorum phalanges (ſi qui erumpant) obtrectatorumque, & corrodentium agmina; ad Fulgorem Majeſtatemque tui Nominis diſparebunt. Porro, una mihi cauſa odii, quod ediderim parodoxum: & quod Dio inter ipſos, diutiſſime ignotus omnibus (hic Fortunae & Induſtriae ſummus favor;

et

et mihi crimen et poena debita) primus omnium ego viderim.

Sim igitur, ipſis reus praeviſionis, & meus labor (ſi placet) pendatur nihili : dummodo Te Hyperaſpiſtem habeam , PATER SANCTE , intrepidus hoſtium cuneos penetrabo ſecurus . Tunc enim lucubrationes iſtae ab apthonis eruditis , (qui nulla animi paſſione moventur) cum ſua laude excipientur : & Dio ipſe, non amplius ut perſonatus , ſed ſuo dudum capite , brachiis, & thorace , quibus hactenus caruit ; me authore & vindice , apparuerit reſtitutus . Scire licet , quod mea longa obduratione , ſuperiora illius membra & corpus hac illac , temporum injuria paſſim diſperſa ; primus omnium collegi : ac veluti teſsellis totidem, in unam formam , labore immenſo compegi .

Cum meo hoc itaque, qualicumque munere PATER SANCTE , ſuſcipe preces meas ; & magnanimo Avito Nomine (cujus longam ſeriem alii late propoſuerunt) gratanter excipe meum opus : quod mole etiam , exiguum munus ; acceptilatione Tua, magnum evadet ; neç pavebit , licet trifaucius latret

Cer-

Cerberus . Tum in Sacrarium tuum , ne me admittere dedigneris : perpetuus noſtrorum temporum martyr ; quibus Petri naviculam , ut communis omnium pater , inter Principes octennali bello diſtentos ; inter ſcopulos frequentes , & horrentia barathra tempeſtatum ; ſalvam adhuc Tua ſumma Prudentia regis & moderaris . Quin meum hunc auſum Sapientia & Eruditione , Authoritateque Tua ; quaeſo Te , ut Virtute propria , contra omnes invidos proſequaris .

Vale , & diu Vale , bono publico , & melioribus avibus , clavum univerſae Eccleſiae rege PATER . Dum enim Tuis pedibus , defigo devota oſcula , enixè precor ; ut me benedictione Apoſtolica proſequaris.

SANCTITATIS TUAE

Humillimus & devotiſſimus, addictiſſimuſque ſervus verus
Nic. Carminius Falconius Archiep. Sanctae Severinae.

Dom. D. Jacobus Martorellius S. Th. ex Graecar. Hiſtoriae in Lyceo Neap. Profeſſor revideat, & referat.

C. EPISCOP. CAJACEN. VIC. GEN.

J. N. EPISCOPUS ARCADIOPOLITAN. CAN. DEP.

EMINENTISSIME PRINCEPS

NIhil cavendum eſt ut in lucem proferantur primi libri Dionis Caſſii. Neap. ante diem IV. Id. Mart. CIↃIↃCCXXXXVII.

Jacobus Martorellius
Regius Graecarum litterar. profeſſor.

Attenta relatione Dom. Reviſoris Imprimatur. Datum Neapoli hac die 27. Decembris 1747.

C. EPISCOP. CAJACEN. VIC. GEN.

J. N. EPISCOPUS ARCADIOPOLITAN. CAN. DEP.

Admodum Reverendus D. Jacobus Martorelli in hac Regia Studiorum Univerſitate Profeſſor revideat, & in ſcriptis referat.

C. GALIANUS ARCHIEP. THESSALONICEN. CAPELL. MAJOR.

REX SERENISSIME

PErlegi principes Dionis Caſſii Libros ab Illuſtriſſimo Archiep. Falconio typis Graecis Latiniſque edendos, & nihil nactus ſum contra Regis jure. Neapoli ante diem XI. Januar. CIƆIƆCCXXXXVII.

Jacobus Martorellius
Regius Graecarum Literarum profeſsor.

Die 27. menſis Januarii 1748. Neap. &c.

Viſo reſcripto Suæ Regiæ Majeſtatis ſub die 25. currentis menſis & anni, ac relatione facta per Reverendum D. Jacobum Martorelli de commiſſione Reverendi Regii Capellani majoris prævio ordine præfatæ Regiæ Majeſtatis

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat quod imprimatur cum inſerta forma præſentis ſupplicis Libelli, ac approbatione dicti Reviſoris; verum in publicatione ſervetur Regia Pragmatica hoc ſuum &c.

DANZA. CASTAGNOLA. ANDREASSI.

Illuſtris Marchio de Ipolito Præſes S. R. C. non interfuit. tempore ſubſcriptionis imp. *Ill. Marchio Fraggianni*

Citus.

P R O L E G O M E N A

PLENA DIEGESIS OMNIUM QUAE AD HANC SPECTANT EDITIONEM.

C A P. I.

QUOD • BONUM • FAUSTUM • FELIX • FORTUNATUMQUE • SIT • MIHI • REIQUE • PUBLICAE. LITERARIAE . CASSII. DIONIS. ROMANAE • HISTORIAE . HABEMUS• LIBROS .

1. Liceat mihi iterum ſic præfari , & jure etiam potiori , quam cum tres ultimos edidi ejus libros : dum meam ut tandem liberem jamdiu datam fidem , Deumque precor, ut eruditioribus bene vertat ; ejus hoc opus , quod hactenus conatu irrito eſt quæſitum , in publica commoda typis trado . Laborabat equidem mole ſua, octo decadum , octogintaque librorum Caſſius; ſed Epitomatores ejus Excerptoreſque , maxima ut ex parte illi deperderentur , fuere occaſio ; dum eorum opellæ, quòd breves , & ſcribi reſcribique , & paratu faciles erant ; neglectos, incuriaque habitos , & tandem vix Libitinam, ut aliqui eorum devitarint , aut effugerint , effecere . Sane , magni hactenus loco beneficii haberi oportuit , quod eorum fragmentum , & libros ab XXXVI. ad LIV. , ex naufragio veluti nobis evaſos , cernebamus : cæteri namque deinceps libri, a LIV. ad LX. ſunt compendiariam paſſi manum , a quo neſcio, qui Xiphilino anterior , an poſterior fuerit , eſt obſcurum . Et mirum certe, quod non pariter peſſum ierint , Johannes dum Xiphilinus, univerſam ejus Hiſtoriam , ne dum hos , & viginti poſtremos libros miſerè compilavit. Et tamen , utinam , non prima etiam ejus Epitomes modò parte careremus , quæ nos de jactura tanta , nonnihil ſaltem conſolaretur . Inique namque nimis ſenſit Guilielmus Blancus , dum Hiſtoriæ Dionis prolixitatem , cauſam imaginatur , ut ea deperderetur : conſultumque valde a Xiphilino , Dioni eſſe , quod multos , ait, deterreri cum cerneret, a tantæ molis operis lectione , illam ejus Epitomen , quam habemus , fuerit meditatus . Inique , inquam ; nunquam enim ſatis eſt longa , hiſtoria utiliſſima : quæ alioqui nec longa eſt : quippe , quæ ſi latina verſio excipiatur, vix unum complectitur volumen ſat mediocre , in græcis : haud ſecùs ac T. Livii Hiſtoria , Pompejâ Trogi , Dionyſii Halicarnaſſei , Cornelii Taciti , & aliorum ; quos , ne inſanus quidem , prolixos autumet , eaque ratione , magna nobis ex parte amiſſos . Sed quod ſui deſiderium Dionis Hiſtoria reliquit ; locupletiſſimum eſt argumentum , an longa fuerit , atque idcirco fuerit decurtata .

2. Quippe pridem antea, & deinceps, dum ejuſmodi , res jacebant , deformes , proſtrateque ; una omnium erant vota , ut ſi quæ reſtituendi Dionis via , aliquatenus dari poſſet , labori , ſtudio ſumptuique non parceretur . Atque eruditorum primores huic Provinciæ ſuapte admoti , nihil non ſunt moliti , ut e Bibliothecarum latebris, pluteiſque , quos rimabantur , aliquid exſculperent pro Dione . Sed in caſſum omnia , etiam eorum ſuſpiria , abierunt : quod ipſi Dionis nomen , inſcriptum antiquis quæritabant Codicibus : nec Dionem (in quem frequentiſſime incidebant , & quocum ſæpe familiariter verſabantur) vultu, ore , inceſſu , voceque, & habitu agnoſcebant; ſed titulo , & clara fama dumtaxat . Aut , ſi quidpiam horum noverant ; rei animum , dum volutant Codices , non intendunt : nec conferunt ſtylum, phraſeſque ſolitas , & verba , aliaque Dionis propria, edita, cum ejuſdem ineditis, editiſve . Ab his ego Viris Clariſſimis ſecùs egi ; & idcircò haud fortè mirum, mihi , ſi viam aliam proſequuto, feliciùs res ceſſit : & nunc datur , Caſſium Dionem edere Coccejanum ; pandereque hiſtoriam rei geſtæ : pro qua ferme hæc Prolegomena deſtinantur .

3. Manum forte admovebam ultimam , lucubrationi meæ , *De varia Provincia Romani Metropolitæ* (quæ ad umbilicum perducta , nondum Deus favit ut publici juris fieret) locuſque mihi , poſt editiones expenſas , conſulendus erat Dionis in LXX. libro, ubi de Italiæ Juridicis verba facit ; quum Bibliothecam adeo Vaticanam ; Codicem ejus aliquem ut obſervem . Auguſtum hoc , & locupletiſſimum Athenæum , quibuſvis & quotannis Novembri menſe (qui tunc anni 1722. excurrebat) patet & reſeratur : Ibique indicio beneficioque U. Cl. primi Præfecti ejus, Caroli Majelli ſ. m. (Baſilicæ Vaticanæ Canonici & poſtea Archie-

piſcopi Emeſeni, & a Latinis Epiſtolis ad Principes, ut pridem Benedicti XIII., ita etiam claræ memoriæ Clementis PP. XII.) mihi nil ejuſmodi cogitanti, idem ille Codex affertur, qui Dionis fragmenta Fulvio Urſino præſtitit. Quadratum Codicem, antiquiſſimum a IV. vel V. ſeculo, membranaceum, tricolumnatim quaque plagula ſcriptum, literis capitalibus rectis, unoque ductu, continentique verbo productum, ſine ſpiritibus aut accentibus, ullisve commatis aut punctis, ad amuſſim ego deſcripſi alibi. Pervolvi, reperi, quod quærebam: inter quæ verò miſeratus dimidiatas ibi columnas; ubi novi eâ factum cauſſa, ut fragmenta ſint, quæ Urſinus edidit tantum græcè, Leunclaviuſque latinè reddidit (quod vir magnus, ex columnis illis, adeo quaque pagina lancinatis, integram ſententiam poſſe percipi deſperaverit) ego in contrariam ab ipſo ſententiam abii. Et uti ſenſerunt alii, qui fragmina illa, pretioſa tamen, & quæ ederentur, digna duxerunt: ſive ut eruditis, excogitandi, replendarumque lacunarum, ex conjecturis, aliove argumento, occaſio præberetur; ſive, niſi non aliud, ut quid inter Urſiniana fragmenta diſtet, Reſp. noſſe poſſet; me magna cupido inceſſit, ea juris publici faciendi. Ac propterea monente, faventeque in primis, & collaudante laborem & vota mea, V. Cl. quem dixi, Archiepiſcopo Emeſeno; ad ſummam fidem & diligentiam omnia exſcripſi. Et jam in eo eram, ut ipſa prælo committerem, cum incido in Excerpta ex Dione Valeſiana: quæ avidè dum excurro, ex dimidiatarum veſtigiis in codice columnarum, aliorumque locorum, quæ medica egebant manu; in ipſis aliquot deprehendo, quæ confero, atque ad amuſſim ſpatiis Valeſiana congruere (quod eadem iiſdemque verbis narrabant) lætiſſimè aſpicio.

4. Bonum omen, erudite lector, mihi fit, quum exſurgere video ſic Dionem. Quamobrem majores aſſumo animos, cogitoque de Xipbilioo, quem ſcribere memineram paria multa, aut eadem atque in fragmentis Dio: & ſequutus hominem per veſtigia, laciniarum innumeras priſtinæ ſanitati reſtitui; tanto gaudio, ut me nec labor improbus, ſummæque plenus moleſtiæ & patientiæ, detinuerit; tantum abeſt, ut deterruerit. Tumque Ἐκλογὰς περὶ πρεσβειῶν ἐκ τῆς Ἱστορίας Δίωνος Κοκκηϊανοῦ, *Eclogas, ſive Excerpta de Legationibus ex Hiſtoria Dionis Coccejani*, primum novi apud Leunclavium, hinc apud ipſummet, qui primam eorum partem edidit ex antiquo Codice, & græcè tantum Urſinus. Cujus ecgraphus recentioris quidem manus (Urſini forte) ex Urſiniano Muſæo, in Vaticanam modò ex ejus legato invectus, num. MCCLXXXVIII. ſervatur: ſed ex Antonii Auguſtini antiquiſſimo eductus Codice, in quo vigeſimum ſeptimum conſtat titulum; de qua re inferiùs latè dicam. Conſului poſthæc Georgium Cedrenum, Johannemque Zonaram, monachos: quorum poſterior, ne dum multa, verum etiam cuncta deinceps præbuit. Sed ab Excerptis Valeſianis exortum lumen, quæ Conſtantinus Porphyrogenneta Imp., decimi ſeculi initiis, a doctiſſimis viris concinnari curavit. Horum Nicolaus Fabricius Peireſcius, grandi pretio nactus Codicem, in quo duo ex LIII. titulis (qui in binos ſinguli libros diſpertiuntur) ejuſmodi habentur operis; ipſum tradit Valeſio Henrico, iſque vertit, græceque & latine edidit typis Pariſienſibus. Unicus & ſingularis hic Codex eſt, titulum decimum complexus, Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, *De virtutibus* ſcilicet, *& vitiis*: unus, inquam, quod noverim; toto Orbe Regia, & Cæſarea alteros non habent, non aliæ Bibliothecæ, ne Vaticana quidem, Urbinaſve, aut Palatina; quas pluries curioſiùs perquiſivi. Augetque infortunium integer quaternio, quem in Codice illo deſiderari, Valeſius monuit: quæ irreparabilis eſt jactura; ni Cyprus inſula, aliud & integrius det exemplar. Cæterum novi opus ex Cl. Fabricio Bibliothecæ Græcæ tomo IV., ubi, & Jacobi Palmerii excipio *Exercitationes* ad optimos ferme Græcos authores, inter quos Dio eſt, ejuſque editio emendatur ex conjecturis. Conſtantinus autem, in decimo titulo, Dionis fecit titulum, Ἐκλογαὶ ἐκ τῆς Ἱστορίας Δίωνος Κοκκηϊανοῦ, *Excerpta ex Dionis Coccejani Romana Hiſtoria*, & legi vix ego iſta, & priora verba, quum initia deprehendo operis noſtri Caſſii, ipſis iſtius verbis, ab Auguſto illo nobis, in primo Excerptorum limine adſervata.

5. Alacritate, ex gaudio mihi parta, confeſtim ea percurro, ubi Caracalla eſt, & Macrinus, & Helagabalus; & hinc obverſantur fragmenta Dionis multa, quæ doctiſſimus Valeſius e veteri Gloſſario Nomico, Suida, Cedreno, Zonara, & Johanne Tzetze (quem Iſaacum hujus fratrem, errore tum vulgari appellavit) a ſe collecta, græcè tamen ſubnexuit. Sed quæ a Tzetze in commentariis ad Lycophronis Alexandram, Dionis habet, ab Aenea Albaniſque Regibus, & ab Romulo & Roma condita (quæ initio hujus Operis, notas inter adſcripſimus) eum corrupta aliquatenus ea luſtro; conſulo ultimam Lycophronis editionem, Oxonienſem, & correctiùs eadem procedere ut video, oculos iterum Valeſianis admoveo, præſertim Notis, in quibus lego: *Ita correxi ex Zonara, & quod certe fatebitur quiſquis hæc cum Zonaræ Hiſtoria contulerit*. Zonaram mox ſumo, & non amplius ad Caracallam, aut Macrinum, & Helagabalum, Alexandrumque, ſed ad ſeptimum librum Zonaræ, editionis Ducangianæ, ubi de Romanis rebus orditur, defigo oculos; eoſque non niſi integro perlecto libro, inde dimoveo: adeo luſtrandæ rei animum obduravi. Quid multis? inter ipſa libri primordia lego collecta illa Valeſiana; ſtatim confero, & correctiſſima ut cerno eadem; Dio ergo, mecum tacitus inquo, in Zonara totus latet, & perſonam induit latè Zonaræ. Suopteque actutum cogitatio mihi ſubit, num etiam Excerpta ex Dione Valeſiana, & Eclogæ de Legationibus ex eodem, ſuo loco apud Zonaram pariter habeantur. Tum exordior opus perſequi, voluto quotidie, & paſſim in ea incido: atque ut ad verbum omnia ibi extare perſpicio; geſtio, exſilioque, & ſacrum ſilentium mihi indico, Ægyptius factus Harpocrates, de re prorſus nemini revelanda. Servoque fidem reapſe; amicis tantum familiarioribus, me Dionem ferme integrum, nactum fido: unde in Rempublicam eſt diffuſum. De loco, Codice, aut quomodo ſit repertus; nunquam, niſi modo, excidit mihi verbulum: ex metu evidenti, extemplo omnia deperdendi. Ab Æneæ verò adventu in Italiam

liam

liam, ita uti apud Zonaram eſt, Dionem etiam ſuam Hiſtoriam orſum eſſe; tum Dio ipſe in Commodo author eſt, tum luculentiſſimus teſtis Photius, qui ante Conſtantinum Porphyrogennetam, in ſuo Myriobiblo, ad LXX. Codicem, ipſam retulit. Ita ut ſi de fioe Hiſtoriæ, ad Alexandrum Mameæ hactenus omoes norint; de initio etiam nemioi, tantis teſtibus, erit dubium.

6. Hæc ubi geſta ſuot, mecum ipſe repoto, tres poſtremos Dionis libros, ex Vaticano illo Codice, aliiſque, quæ ſupra retuli, una cum initiis primi libri (quod in Conſtantini Excerptis deprchenderam) ad ſpecimen & vellicationem ingeniorum edere; edidique. Quæ in hac modo editione, ſuis quæque locis a me adjecta, & enucleatiùs ſunt eapenſa: lacunis plurimis, (ſaltem in latino teatu) diverſo charactere repletis; ut ſic Dio ibi quid ſibi voluerit, lector habeat: nam eruditi, etſi impensè rogati, hactenus nil dedêre conjecturarum. Eruditiſſimus namque Reymarus (qui liberam in me cenſuram nuper eaercuit) ne verbulum de his ſacere, aut ſuggerere eſt dignatus. Saoè verò tunc primum, de toto Dione cogito edendo: eaque in re, mihi primò proclive fuit, Hiſtoriam conſarcinare, & Excerpta Conſtantini, Tzetzæ, aliorumque, velut aſſumenta quædam, ſuis Zonaræ locis aſſerta, aliquo pacto ſerruminare: conſilium ſequuto Valeſii in Præfatione ad Excerpta, quo vir ſummus ajebat, quod *ſi omnes* alii Conſtantini Aug. collectaoeorum *libri extarent, non difficile eſſet, conjunctis ac conſarcinatis omnibus fragmentis, optimos illos Scriptores; aut undequaque integros, aut certè, leviſſimè mutilos exhibere*. Quod moleſtum, & infinitæ opus patientiæ, lubens quoque ſuſcipio, dato titulo, *Conſilium de Dione reſtituendo:* ubi verò illud ad umbilicum perduai, rem etiam proſequutus in his, quæ Dionis habemus edita in Leunclavio; planè fateor, ipſe mihi non uſquequaque placui. Quippe res acta per ſumma capita, & perpetuis quaque linea recitationibus paginarum Zonaræ, & Valeſii, & Leunclavii, quodammodo præfocata; parum apta viſa eſt, neque injuria, utpote ſpiſſa, & non nitida, & ſalebroſa, amœniori genio eruditiſſimi noſtri ſeculi. Nulli idcircò eſſe duai futurum uſui Reip. literariæ, vel *Conſilium* illud edere, vel reapſe opus proferre integrum, eo modo conſarcinatum, quod hybridum ſtylum neceſſariò ſecum traheret: & quod diſpliciturum iis procul dubio eſſet, qui penitiùs græce ſcirent. Hic enim Porphyrogennetæ, ibi Xiphilioi, & alibi ſtylus Zonaræ, ſtroma mihi videbatur referre, ridendi veluti Morionis. Mitto itaque illud mcum qualecumque peractum opus; & ita Dionem cogito, ut eſt apud Zonaram & Xiphilinum, Epitomatores edere: quos idcircò *Dionis ſubdigas*, Theodorus Marcilius in ſuis ad Suetonium notis diait (etſi neſcius, in prioribus libris Caſſii, ab iiſdem eandem rem factitatam) ſed ita tamen, ut ad ealcem cujuſque paginæ ſubderem, ederemve (non verò ioterjecto, ut inelegantet Leunclavius facit, textu) quid Porphyrogenneta, aliique Dionis habent, ſuiſque locis & columnatim, græco-latine adderem: quadratis uncis aſperſo, quodcumque in textu inibi reperitur, ab Excerptoribus uſurpatum. Quod ot expendo, proboque diu conſilium, ita tandem reipſa facio: ad lucem meis interdum additis, aliorumque, ſi quæ ſint, notis, quas meo ſub oculos lectori ponere e re duco: quod ſcitè etiam amat ſeculum. Pro Zonara namque habui Notas Ducangianas, proque Dionis Eacerptis, Urſinianas, Valeſianaſque; & pro Xiphilino, eas exſeripſi, quæ uterque Stephanus, Xylander, Sylburgius, & Leunclavius jamdiu ad calcem operis adjecerunt: ac præterea, quæ eruditiores in ſuis paſſim operibus, de Dione diſſerueruot. Qui labor etiam enormis fuit, & non in tenui, ut eapertis plane compertum erit. Iſque, nunquam manus alienæ levatus ope, ſed perpetuo mea in omnibus, tum in græcis, cum in latinis: quod emendatiorem fortaſse tibi dabit editionem.

7. Sed librorum diviſionem Zonaras confuderat, & multos Dionis libros, in tres redegerat ſuos tantum; ab eoque Xiphilious in ſua parte, paulo ſecùs peregit: ab ſexageſimo namque primoque libro, per Tmemata ſingulis Imperatoribus aſſignata, ſingulos item menſus eſt libros: quod utut diſſonuerit in aliis; enorme in Nerone eſt, cui longiſſimum ereat librum; quod aſſueto Dioniis, Dionem feciſſe non eſt credibile. Nos proinde, materie Dionis Zonariana, in primum tomum ſepoſita; eam ita congeſtam, & Dionem rurſus in ſuos libros diviſimus: non temerè, aut pro libitu, ſed mature, & ratione ducti, & manuſcriptorum quaodoque Codicum fulti ſuffragio. Suida in primis, nonounquam in iis prælucenre, quæ protulit, librorum oumero allegato. Diviſit item io editis Leunclavius, ut in dedicatoria profitetur; ſed ita infeliciter aliquando, ut diviſionem nobis fuerit neceſſe, ibi novam etiam adornare, ut quod ad poſſet, Dionis antiqua reſtitueretur. Qua in re, diſplieuit equidem inductum ordinem commutare, obfuturum nonnihil hactenus uſitatæ eorundem eitationi, apud illos ſuſceptæ, qui ejus Hiſtoriam paſſim, aut quomodolibet allegant: ſed cui incommodo facilc occurſum eſt, dato margioe, qui ſervaret oumerum præcedentium editionum: quod io Patrum Sanctorum epiſtolis, nuper eſt factnm, & datum laudi. Sique Leunclavio benè vertit, dividere ſeeùs ac fecerat Xiphilinus; non mihi, reor, in diverſa res ibit apud eruditos, qoi rem æqui bonique conſulant; quin potiùs vertet meliùs, quod ſuo pene loco reſtitui antiquam diviſionem. Haud enim puto, mallent, duobus ut item libris cum Zonara, Diois libros totos viginti & unum conſtrinaiſſem. Alterutrum autem fuerat faciundum; & primum omnibus improbabitur. Præ his, adde, novum commodum intulimus in Dionem. Subdiviſionem librorum nempe, per æqua ſpatia & intervalla, quæ eapita dicta jamdiu, eruditiori noſtro ſeculo tantopere placuerunt; in Dionyſio Halicarnaſſeo, Livio, Polybio, aliiſque, & in Græcis authoribus & Latinis, novarum editionum. Quamobrem jure Ducangius in Præfatione ſua ad Anoales Zonaræ, commendat itidem a ſe factum: *Satiùs*, inquiens, *duximus, ex Virorum eruditorum conſilio, univerſum hoc Annalium opus, in libros XVIII. partiri, libros verò in Sectiones;*

Sumere ne lector juge paveret opus.
Nam *Intervalla viæ feſſis præſtare videtur,*
Qui notat inſcriptus millia crebra lapis.,

ita librorum diviſiones, a continua lectionis aſſiduitate, lectoris animum relaxant, cum habet, ubi longe quaſi itinere defatigatus conſiſtat: præſertim etiam, cum nihil authori detrahant, nec ſcriptionis ſeriem abrumpant. Adde, quod id partitionis genus, ad locos ex Scriptoribus laudatos, ſtatim reperiendos conducat: unde inductum illud ferè ab eruditioribus, in quibusvis exemplaribus, quæ continua ferè ſerie, abſque libris, vel abſque capitibus deſcribuntur. Hactenus erudite, & ſapienter Ducangius; a cujus tamen in Zonara ſectionibus, in noſtris quandoque oportuit abſtinere, aliaſque condere æquiores, quæ ſaperent plus Dionem. Leunclavius habuit harum nullas, præter illas, quas in editis nactus eſt; quaſque nec continuas, nec de induſtria antiquitus, ſed ferme caſu fieri contigit. Præivère noſtro conſilio editores Herodoti, Polybii, Ælii Dionyſii Halicarnaſſe, ut dixi, Diodori Siculi, & aliorum: tum in Græcis, ut in corpore toto Hiſtoriæ Byzantinæ, a Procopio initio facto, & ab Agathia: tum in Latinis; poſt Livium, Tacitum, Suetonium, Florum, alioſque; & nuperum Cæſarem, editionum decus & ornamentum.

8. Eò redactæ res erant, cum meditor novam potius univerſi operis verſionem, quam recenſionem earum Wolfii, & Ducangii in Zonara, & Blanci, Xylandrique, & Leunclavii in Dione ipſo, Xiphilinoque: quæ horridulæ ſæpe ſunt, & quandoque ſenſum non aſſequuntur. Præſertim ſecundo tomo, ubi ad unius tantum Regii Codicis penuriam factæ ſunt, alia nulla ope, quam interdum fallacium conjecturarum. Nos modò potiti magnis acceſſionibus, meliora facilius dare poſſumus. Zonaræ namque, duos alios antiquos Codices nacti ſumus in Vaticana; uti & duos alios Dionis editi, & Xiphilini, quos contulimus exactiſſime. Atque ex Laurentiana Medicæorum, haud diu eſt, Gronovius Jacobus truculentus in Leunclavium; antiquiorem, & antiquiſſimum legit alium, indeque ſupplementa Dionis collegit multa. Epitomes Xiphilini varias lectiones ac etiam ſupplementa, Cl. Monfauconius ex Codice Bibliothecæ Coiſlinianæ (Seguerianæ olim, modo in Regia) hauriri juſſit; quas longo ordine, methodoque in editione laudatæ Bibliothecæ, cum orbe erudito communicavit. Ad hæc meditor, & quo pacto Præfationi Dioniæ, qua caremus, aliquatenus ſuccurratur: placuitque Halicarnaſſeum petere auxiliarem. Antiquorum namque nemo, Dionyſii Romanas Antiquitates; non verſavit nocte dieque: præcipue in originibus Italiæ Præfationem, ubi eum Dio, ad ſententiam deprehenditur preſsè ſequi. Reapſe apud veteres invaluit opinio; pro Romanis Antiquitatibus Dionyſium in primis eſſe legendum: unde Anonymi admonitio, poſt Appiani Alexandrini Præfationem, græce primum edita a Carolo Stephano, ita habet. Δεῖ μέν τοι, τὴν μὲν ἀρχαιολογίαν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου λαμβάνειν, εἴ τις, μὴ τὴν ἱστορίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶτταν ὠφεληθῆναι ἐκ τῶν ἀναγινωσκομένων αὐτῷ. *Ergo, ſi quis non in Hiſtoria ſolum, ſed etiam in dictione proficere velit; quidquid ad Romanorum originem & antiquiora tempora ſpectat; id illi omne a Dionyſio Halicarnaſſeo petendum eſt.* Legit eum proinde Dio, & viſum nobis; ex eo excerpere, quæ de originibus & antiquitatibus habet Italiæ in primo libro (quam alii veriùs, Præfationem librorum tenent) & reſectis quæ ad rem noſtram non faciebant, edere, locoque dare Dioniorum: non quod ea Dionis putemus verba, ſed quod earundem rerum ſententiam retinuerit. Quod ex rebus Æneæ ad Laurentem agrum cum Latino & Turno, & cum Mezentio Aſcanii, reliquiſque, uſque ad natum Romulum atque Remum; quæ ſunt eadem ferme in utroque, patet (quandoquidem eouſque duxi, Præfationis verba protrahere Dionyſii, ut rem ſub oculos poſitam; ad ſuum animum, ſatiuſque Lector intueretur) & ex Johanne Tzetze Lycophronis Scholiaſte in Alexandram; qui iiſdem in rebus Dionem citat, & ex eo teſtimonia multa affert.

9. Tanta ubi parata ſunt, Periochas etiam libris præfigere libuit, quod eas in ſuis Leunclavius quoque, ubi Dio non adſit, niſi apud Xiphilinum commentus eſt: ſed ex parte Leunclavius haud placuit, qui latinas tantum efformat. Quid, ſi Græcus authorem legat? Nos ſolicitè qui ſatagimus, antiquam Dionis faciem, quanto ſit potiùs reſtituere; græcas etiam Periochas, Anacephalæoſes (argumenta, ſummaſque dicunt) appinximus ad latinas: utraſque noſtro Marte, ex corpore verò textus, & verbis eo loco Dionis ipſis, commenti, ſi fieri potuit: quod puros Helleniſtas, ſi in opus incidant, valde juvat: legent enim hæc etiam græcè in contextu græco. Sanè verò in his adornandis, conſului ſummos viros, & approbarunt; dummodo Lectores meos hæc præmonerem. Præmoneo itaque iterum atque iterum, meas eſſe græcas Periochas a primo ad 26. librum, & a LXI. ad LXXVIII. & LXXX; latinas verò uſque ad librum XXXIV. Ab trigeſimo enim quinto ad finem, ſunt Leunclavii, a me paſſim ſuppletæ, decurtatæ, emendatæve, quum opus fuit. Ne cui autem auſus hic videatur; obiter Orbi pando, quæ in reliquis libris Periochæ græcæ habentur, nullas eſſe e Dionis manu: qui uti Polybius, Diodorus Siculus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Appianus Alexandrinus, aliique cum Herodiano, Dionis fermè æquali; nullas Periochas præmiſere, aut ſummas, argumentave ſuis libris. Obſervatum hoc idem in Cæſare, Livio Paterculo, Floro, Tacito, Suetonio, Lampridio, Capitolino, & turba reliqua Latinorum. Idem accidit in Poetis nonnullis Epicis, Tragicis, Comiciſque: ut in Terentii Comœdiis, quarum Periochæ ſunt C. Sulpitii Apollinaris, Ligurisgrammatici, qui docuit Pertinacem Auguſtum. Idemque factum in Euſebii Cæſarienſis Vita Conſtantini conſtat: cujus diviſiones Periochæque Acacii ſunt diſcipuli & ſucceſſoris: ut Valeſius adnotavit. Nec ſecus, ab aliis eas datas judico, quas modo legimus in Socrate, Sozomeno, fortaſſe & Theodoreto. Deprehendi autem, aliena eſſe a Dionis manu, tum ex his, tùm ex Periochis libri 37. 39. 40. 42. 46. 48. 49. 50. 53. 54. & 79. quæ ſunt inutiles & corruptiſſimæ & deformes; nec Dioni unquam adſcribendæ; cujus orthographiæ & diligentiæ, mox ex textu ipſo cujuſque libri petendæ, ne iniquus quidem, tribuat: Βελλαῖος, Βίβιος, Σεβῆρος, vel Σευῆρος, Ἄβιτος, Ἀδβέντος, Ἐλεαγάβαλος, & ſimilia, pro Οὐιτέλλιος, Οὐίβιος, Σευῆρος, Ἄουιτος,

Αὔγο

Αδοίνιος, Ελεγάβαλος. Quid illa? in Conſulum paſibus libro 79. Κοίντα Σακέρδως, Λολλιανὸν Κωμάζων, Γράτος Σαβίαν & Φαβιανὸν Σελεύκος; incuriam Dionis olere poſſunt, qui diligentiſſimus antiquorum, ſuorum dierum Conſules in nominibus, tanta oſcitantia deſcripſerit in Periochis; an alius, qui poſtmodum eas addidit? Neque in Codice hæc ſunt nupero & corrupto, ſed in antiquiſſimo illo & correctiſſimo Vaticano. Quamobrem antiquas eas judico, & forte an inſequenti a Dione ſeculo ſcriptas: paulo ante, vel poſt tempora Conſtantini, ab Græco homine, & non ſpernendæ authoritatis & diligentiæ, in rimandis exſcribendiſque iis, quæ Dio in contextu loquitur. Quod & ſuadere poteſt allatus Codex Vaticanus, qui Urſino etiam judice, quinto ſaltem ſcriptus eſt ſeculo. Ita ut, cum ejuſmodi, res ſe habeant, imitatus ſim ego in Periochis Ε'λλάδι φωνῇ præfigendis, Dionis libris (qui ſunt apud Zonaram, & Xiphilinum) antiquiſſimum hunc Anonymum, cujus vices potius ſuppleo, quam Dionis.

10. Sed magna adhuc lumina & incrementa Dioni deerant, eaque forte fortuna in Plutarcho detego, dum Valeſii verba lego, (in notis ejus, ad Conſtantini Excerpta ex Dione, pag. *667.* ad illa αἱ πολλὰ τῶν ἀνδρῶν ubi: *Sic in Codice* inquit *noſtro exaratum eſt; cum tamen* τῶν ἔργων *legendum ſit, ex Plutarcho in Sulla: ex quo hæc, & ſequentia quatuor capita, ad verbum tranſcripſit Dio. Sed & Caput 34. & 37. Legationum, ex Dionis Hiſtoria Excerptarum, ſimiliter exſcripta ſunt, ex ejuſdem Plutarchi Sulla*. Nam confeſtim Plutarchum ſumo, & cum, ne dum allegata a Valeſio ibi invenio, ſed omnem propemodum Sullæ vitam, inde exſcriptam video a Dione; Excerpta ſtatim loco moveo, quem obtinebant, & ad calcem paginarum, de more meo, rejicio: reſtituoque hoc pacto, ad duos fermè libros, Dionem. Interim, quod ſuapte evenire natura, in ejuſmodi ſolet occaſionibus; hinc mihi animus excitatur, ad explorandum, num & alibi quoque Plutarchus apud Dionem lateat: ut ſic reſtitui ſatius Dio queat. Sed tunc adverſa Minerva uſus, nil reperi in ejus Othone Galba, Cicerone, Ceſare, Bruto, Antonio, & Pompejo: nil in Lucullo, Sertorio, M. Æmilio; utroque Catone, Gracchis, Hannibale, Pyrrho, Flaminio, aliiſque: tanto tædio, laboreque tanto & ſudore, in ſingulis quibuſque verbis, & minutiſſimis vocibus, attentè, ſed numquam utiliter conferendis; quantum non ego dico, ſed quanti æquo rerum harum æſtimatori, facilè haberi poteſt. Aſt, cum miſſum facio ordinem retrogradum conferendi, & a Romulo incipio, quem poſtremò Parallelum ſcripſit Plutarchus; tunc meliori lapillo, & ſecunda alite, deprehendo, tanquam venaticus ad olfactum; ex Plutarcho, Romulum, ad verbum penè exſcriptum eſſe a Dione: quod Valeſium fugiſſe mirandum eſt, qui Dionia ea ipſa, & tanta novit in Tzetze, & ex Zonara emendavit: qui Plutarchi Sullam a Dione abactum in ſua erat expertus. Deprehendo exſcriptum & Numam, item Publicolam, & Camillum. Et quale gaudium, fontem detexiſſe, reſtituiſſeque, medium ferme, in prima parte Dionem! Sane verò nihili mihi fuit, excurrere totas interdum paginas ſine præda: iterumque & reſcribere tot folia, totque notas aut meas, aut alienas, quas appinxeram ſuis locis; Zonaræque contextum, qui Lectoris commodo cedit, dum in calcem paginarum, ex Plutarcho, rejicitur inter uncos, ut ipſum mecum cernat eruditus. Anno hæc facta M.D.CC.XXVIII. ab autumno ad ſequentem annum; quibus per omnes dies, & magna noctium parte, unum Plutarchum extudi & elucubravi; unum Zonaram: neque hic finis; nam & ſequens biennium rei inſumptum. Quocirca ſi duodecim Dio annos impendit ſuæ Hiſtoriæ conſcribendæ, decem tunc ferme inſumpſeram & ego, eidem reſtituendæ. Labore utique eo improbiore, quo longe diſtat a libera ſcribendi ratione, ſervilis ſcriptio; & novi operis conſtructio, ab conſarcinando, perficiendoque, aut vetere opere, aut teſſellato.

11. Sed interea, dum hæc pando, Dionem fortaſse videar Lege Fabia convenire, & crimine plagii aſperſiſſe, conviciſſeque: & meum eſto Apologema aliquod ipſi ſcribere; exordio facto, non quo excuſem, ſed quo aggerem ei crimina. Polybium, Halicarnaſſeum, Appianum etiam exſcripſit Dio; etiam alios, quos perdidimus. Attamen, ſi quid peccavit, (potuit enim rem monuiſſe in Præfatione operis modo amiſſa) in ſolo Plutarcho peccatum eſt, cujus Sullam ad verbum extulit: in reliquis leviuſculè. Ad verbum enim, ſed penè, Romulum, Numam, Poplicolam, & Camillum deſumpſit; & ad ſententiam potius, quam ad verbum aut periodum, Polybium, Dionyſium & Appianum expreſſit. De aliis nihil dico, quod his aliis nunc caremus. De plagio etiam nuper hominem accuſavit Johannes Harduinus ad Plinium, ubi de Herode loquitur Agrippa; Flaviumque Joſeppum dixit exſcripſiſſe, quod in eo conſentiat cum Joſeppo. Sed in re iſta, eruditi criticum non uſquequaque ſanum, jamdiu exploſerunt. Attamen Philoſtorgius IV. ſeculo, Dionem ideo apud Suidam reprehendit, quod jejunius res Judaicas tranſegerit: Harduinus contra, quod Joſeppum legerit, expilarit; ſed fundus horum uberrimus, in una tantula illa de Agrippa narratione. B. Rhenanus in obſervationibus in Plinii Præfationem, innumeros antiquorum detegit, & enumerat Veterum ſcrinia, ingratiſſimè compilaſſe. Sane initium facit ab Julio Græcino, qui Cornelium Celſum tranſcripſit, pag. *6. 7.* Cæterum, ſi quod in aliis egit Dio, crimen eſt; jam vetuſtas omnis de plagio eſt condemnanda. *Eratoſthenes Cyrenæus*, (verba ſunt ex græcis Martiani Heracleotæ) *neſcio quid paſſus, Timoſthenis librum* (quem hic de Geographia, ante Strabonem ſcripſit) *in ſuum tranſtulit, paucis quibuſdam additis: adeo ut nec proemio ejus abſtineat, ſed ad verbum αὐτοῖς λέξεσι illum proprio apponat operi*. Q. Ennium Cicero (expilator Demoſthenis & Iſocratis) in Bruto arguit, Cn. Nævium compilaſſe. *Scripſerunt alii*, inquiens, *rem verſibus, & luculenter quidem ſcripſerunt, etiamſi minus, quam tu, politè. Nec verò tibi aliter videri debet, qui a Nævio, vel ſurripuiſti multa; ſi fateris: vel, ſi negas, ſurripuiſti*. Livius etiam, etſi in diverſa lingua, deprehenditur plagiarius. Livius, inquit Voſſius in Hiſtoricis Græcis, *qui Polybium, Scriptorem haud quaquam ſpernendum, elogio dignatur* (in fine libri 30.) *in-*

tegros

Digitized by Google

tegros ex eo libros, prope ad verbum, deſcribit. Quod paſſim prodiderat Valeſius in Excerptis Polybianis; collatione verò perpetua, ante ipſum Urſinus contextu Livii ſemper allato. *Polybii*, inquiens in epiſtola ad Granvelanum, *non tantum ſententias* Livius, *ſed verba etiam ipſa, & ad verbum plane expreſſit* * *Quantum autem Polybio debeat Livius ex utriuſque ſcriptis, quæ reliqua ſunt, & maximè e Polybianis iis, quæ in præſentia emittimus, intelligi poteſt. Ex quibus ſatis conſtat, Livium propoſuiſſe ſibi Polybium; quem non tantum ut ducem ſequeretur in bello Punico ſecundo, Perſico, Antiocheno, Achaico, Numantino, & Punico tertio deſcribendis; ſed cujus inſiſteret veſtigiis, & voces quaſi ex ejus ore èmiſſas exciperet, dictataſque notaret*. Hæc autem expilatio minus in Livio eſt conſpicua, quod ex græco latina ſcripſerit, câque lingua indulſerit ſuo genio: at verò ſi exſtarent C. Acilii Glabrionis, C. Licinii Macri, Fabiorum Pictorum Numerii & Quinti, L. Cincii Alimenti, M. Porcii Catonis Cenſorii, Q. Claudii Quadrigarii, L. Scribonii Libonis, L. Calpurnii Piſonis, L. Caſſii Heminæ, P. Rutilii Rufi, M. Terentii Varronis Annales, & Hiſtoriæ Romanæ, quas ſæpe refert: quæ non latiſundia in Livium procurrere, ex his hereditatibus non cerneremus? iiſdem plerumque verbis, quod major eorum pars lingua Latina ſcripſerint.

12. In eadem eſt navi Siculus Diodorus. Verè namque præclareque Voſſius de ejus opere ex parte deperdito, ſcripſit, inquiens: *Æquiori animo jacturam tantam ferremus, ſi Beroſſus, Theopompus, Ephorus, Philiſtus, Calliſthenes, Timæus, atque alii exſtarent, ex quibus ſua aſſiduo labore* triginta annorum *CONGESSERAT DIODORUS*. Reapſe Polybio, qui partim exſtat, quot ex eo ad verbum fere deſcripſerit, ſaltem in fragmentis Diodorus: latè idem pandit Urſinus. Digredior ad Appianum. Is ſæpe numero expilat, quem allegat P. Rutilium Rufum in Ibericis; teſte ipſo Appiano, monenteque Voſſio: qua ratione Scaliger Joſeppus in Euſebianis pag. 163., ipſum *alienorum laborum fucum* appellat; *Polybioque debere multa*, Voſſius ait lib. 2. cap. 13. *& Plutarchum ad verbum exſcribere, ut viri docti jamdiu obſervarunt*. Ab his non abludit Cl. Fabricius in extremis ad Appianum (Bibliot. Græc. to. 3. pag. 396.) dum ſcribit: *A multis obſervatum eſt, Appianum in Hiſtoria ſua,* * *ad verbum multa hauſiſſe e Polybio, Plutarcho, aliiſque*. Plutarchus ipſe in labores alienos etiam involavit, & qui ſua e Plutarcho Dio accepiſſe creditur, forte an eoſdem illos ebibit fontes ac Plutarchus. Johannes Rualdus Plutarchi ſtudioſiſſimus, in ejus vita præfixa operibus, juratus velut hoſtis, hæc probat, & latiſſimè enumerat cap. 22. *Auſim dicere*, ſcribens, *vix, aut non omnino ullum a Plutarcho ſcriptum tranſmiſſum ad poſteros, in quo* * *ex monſtroſa illa omnium auctorum lectione; libamenta vel excerpta ſuis* * *libris* * *non inſperſit, inſeruitque. Ut niſi auctorum nomina prætexuiſſet, a quibus aliquid mutuatus eſt;* * *nos animæ humiles, neque ſupra vulgus perſpicaces, omnia in ejus fundo nata, nihil eò aliunde derivatum, vel Jovem lapidem juraremus. Et tamen, ſi quis exiſtimet, aliud nihil a quoquam in ſuas ſcriptiones eum transfudiſſe, quam quod ſuapte ſponte indicat, & confitetur, immane quantum ſua eum fruſtratur opinio*. *Nam quibus ſagax ingenium, & ἐποχὴν eximiam natura concedit;* * *in Plutarcho paſſim agnoſcunt*, disjecti, *ut inquit ille*, membra Poëtæ: *nec Poëtarum ſolum, ſed omnium, qui ſcripto quopiam nomen & decus ſibi pepererunt. Juvat unum aut alterum proferre hujuſce rei exemplum, ſed inſigne, atque ἀνέλεγκτον. Priore libello de eſu carnium pag. 995. ita ſcribit*: Οἶνος γάρ, καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις, σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δὲ ἀσθενῆ. Vinum ſiquidem & carnium ingurgitatio, corpori quidem robur vireſque ingenerant, animum autem debilitant. *Dictum aureum, & quo Plutarchus uſque adeo eſt oblectatus, ut iiſdem fere verbis, iterum uſurparit in Commentariolo de animi tranquillitate* pag. 472. B. * *Adi ad locum utrumque: diceres ſententiam mihi eſſe innatam, non inſitam: nam ab alio, eam ſe accepiſſe nullum indicium facit. Atqui ex Androcyde, auctore illuſtri,* * *& Alexandro Macedoni ὁμοχρόνῳ decerptam, & translatam verbatim, denunciat Stromatum lib. 7. Clemens Alexandrinus*. * *Alterum de promo exemplum ex conſolatione ad Apollonium pag.* 102. C. Πολλῶν γὰρ ὄντων ψυχικῶν παθῶν, ἡ λύπη χαλεπωτάτη πέφυκεν εἶναι πάντων· διὰ λύπην γάρ φασι, καὶ μανίαν γίνεσθαι πολλοῖς καὶ νοσήματ' οὐκ ἰάσιμα, αὐτοὺς τ' ἀνῃρήκασι διὰ λύπην τινές. Cum enim plurima ſint, quæ animum commoveant, & perturbent, doloris ea eſt natura, ut omnium graviſſime hoc faciat. Ajunt enim pleroſque ad inſaniam redactos, inque morbos incidiſſe non ſanabiles. Et quidam fuere, qui dolore mortem ſibi conſciverunt. *Cape nunc Johannis Stobæi ſermonem 97.* * *& hunc locum, cum Menandri, aliàs Philemonis ſenariis* * *contende. Plutarchum inde ſuum ditaſſe agellum, actutum comperies*. * *Simile furtum ejus (abſit invidia verbo) qui emunctæ naris ſunt, ſubolfacient in Syntagmate, cui titulum* Ῥωμαϊκὰ *facit pag.* 270. C. Οὐ γὰρ ἧττόν ἐστι πρὸς τὸ μέλαν, ἢ τὸ ἁλουργὸν εἰπεῖν, δολερὰ μὲν τὰ εἵματα, δολερὰ δὲ τὰ χρώματα. Haud enim minus de nigro colore, quam de purpureo uſurpari poteſt: doloſa quidem veſtimenta, doloſi autem & colores. *Nullum enim eſt dubium, quin reſpexerit ad dictum Regis Æthiopum macrobiorum, de quo Herodotus libro 3. cap. 22.* * *Plagium hoc, aut, ut molliùs dicam hanc alluſionem, ſive imitationem, de induſtria, pluſquam aliàs ſolitus ſit, Plutarchus occultavit. Credo quod Herodoto debere ſe quicquam, haud facile confiteri voluiſſet. Idem dictum quoque, in Sympoſiacis imitatus eſt libro 2. Probl. 1. pag. 646.* * *Sed etiam planiùs, & omnino tanquam ſorex, ſe ipſe prodit in libro, quem contra Herodotum ſcripſit pag. 869.* * *Decies centena hujuſmodi, quæ ſolerter inveſtigando, quæ cum priſcis auctoribus, Plutarchi libros conferendo, ſagaces & εὐφυεῖς homines deprehendunt. Atqui ex Scriptoribus, quos legere adnotareque fas Plutarcho fuit, minus quam decimam partem, ſecula priora nobis reliquerunt*. En Plutarchum, etiam apud ejus Encomiaſten.

13. Poëtas mitto utriuſque linguæ principes: quorum Homerus, a naſutioribus criticis, (ut ab Julio Cæſare Scaligero) dicitur inter alia, in Iliade, Leſchen parvæ Iliadis authorem compilaſſe; nos verò cum Pauſania, Machaonem; Virgilius verò in ſuis Homerum, Heſiodum, Theocritum, Apollonium Rhodium in quarto libro, alioſque derivare: ut quæ ex Ennio, precitiſque latinis verbum de verbo extulit;

tulit; quæ longo ordine refert in Saturnalibus Macrobius. Macrobius ipſe plagiarius evincitur a Rualdo, cap. 19. relatæ vitæ Plutarchi. Etſi namque *multa ex Plutarchi operibus*, inquit Rualdus, * *interitui exemerunt cum alii*, * *cum Macrobius*; *ſolens tamen hic, more ſuo, mutuum Plutarcho non reddidit; cum eum, quod ſciam, nullibi nominaverit*. Dixi, ſolens more ſuo. *Deprehendimus enim ab eo & hunc noſtrum, qui hodie adhuc vivit, & alios veteres, nullo pudore ferè fuiſſe tranſcriptos ad verbum; neque uſquam nominatos. Sic ultimum Saturnaliorum ſuorum librum, ex Plutarchi Sympoſiacis, magna ex parte conſarcinavit, ut ejus græca, latinis hujus periodis interpretari ferè queas, niſi quà ex Agellio multa quoque ibidem admiſcuit, & pro ſuis venditavit. Sic primo libro eorundem Saturnaliorum, egregiam diſpoſitionem de Servis, Num dominis beneficia tribuere poſſint, partim ex Valerii cap. 8. libri 6., partim ex Senecæ epiſtola 47., & libro 3. de beneficiis cap. 18. contextam adſcripſit: nihil ſuſpicatus in furto iri ſe deprehenſum, ſi per quos profeciſſet, ingenuè primus non confiteretur*. Mitto & poëtas Tragicos, Æſchylum, Sophoclem, & Euripidem: quid de Comicis? Plauti comœdiæ, Terentiique, ad verbum expreſſæ ex græcis Menandri ſunt, Apollodori, & Diphili, & Philemonis: quod Terentius ipſe non erubeſcit. Ex quo inferas, non adeò atrox facinus tunc fuiſſe, plagium in re literaria, ſi authorem occuluiſſent; aut mutuum, ſi prædixiſſent. Reique argumento tum allata eſſe poſſunt, tum Dio ipſe, ipſe Appianus, qui Plutarchum exſcribunt, qui tunc propemodum prodierat, & ab omnibus legebatur; neque ſpes ulla affulgebat, ſe non iri detectum illico. Quamvis ergo *pro certo, & indubitato* ſit Rualdo (cap. 25. Animadverſionum in Plutarchum) *Appianum aliquammulta, ut docti ſciunt, nec non & Dionem, a Plutarcho accepiſſe*; mirabimur, & hunc morem, uſque ad Johannem Scylitzam Curopalatem, ad 12. Seculum procurriſſe. Curopalates enim tota ſibi adſcripta Cedreni Hiſtoria, eam continuavit ad quoſdam annos: & hinc indignatio Caroli Hannibalis Fabroti in epiſtola ad Cedrenum præfixa: *Unde* inquiens, *mirari ſubit quanta ſecuritate ſeculi ſui Curopalates, alienum opus αἰσχρῶς, Cedreni ſimia ſibi vindicavit*. Sed alioqui, in re præſertim hiſtorica, ii etiam alios deſcripſiſſe comperiuntur, qui æquales rebus, temporum ſuorum hiſtorias conſcripſerunt: præclaraque eſt in eam rem Cl. Fabricii ſententia, in extremis ad Appianum (Bibl. græcæ tom. ſupra relato) quà *per exempla innumera, oppidò*, inquit, *patet, his qui religioni ſibi neutiquam ducunt, alios exſcribere, non minus frequens eſſe, imo frequentiùs, Scriptores ſuæ ætatis compilare, quam vetuſtiores*. Haud ergo mirum, ſi reliqui, majores hoſce reſcribunt; præſertim ſi ita latè, aut ita preſsè, & Laconice, ut illi ſcribunt, & lingua eadem. Anceps omnque, & arduum valde eſt, & ea faciliùs ratione ignoſcendum, quæ omnia tibi neceſſaria vel opportuna, ornatè, & ſedulò ſcripta ab aliis invenire, iiſque uti nolle nec proficere. Nempe ex tanto roſario diſcedere non florilegum; ſed ea, totidem ferme aliis, labore tuo diu te excruciare, ut reddas, ut imiteris, ut non coincidas: præcipue, ſi illud nequeas: quod Dioni accidit cum Plutarcho. Cujus ſtylus, & ratio excogitandi, diſponendique, adeo ſunt Dioniis proxima in ea lingua; ut ſi excipias orationem in Dione vernantiorem aliquanto, ſcatentioremque, ad ſuavitatem, & encliticis & expletivis eadem verba, eadem nomina, eadem periodus diſfluens, aut circumducta, in utroque ſpectari detur. Adde his, ſi qui eadem geſta ſcribunt: quum difficile ſit, eos etiam non aliquatenus convenire in verba, qui ſtylo diverſo ſcribunt: & tum videris, quam erat Dioni grave, illorum Plutarchi, aliorumque periphraſin efformare: Quem aliunde, quis tuto affirmet, in præfatione ſua deperdita, authores ſuos, ad instar Plinii, non recitaſſe? quo non furtum, invito domino, ſed mutuum datum acceptum dicere oporteret. Et tamen Plinius, qui adeò religioſe præfert authores; paſſim eos ſilenter ad totas expilare paginas deprehenditur. Exemplo ſint Commentaria Augusti de vita ſua, & L. Junii Moderati Columellæ de re ruſtica; quos libro 2. ſect. 23. libro 5. c. 5., & libro 7. c. 2. compilare monet Harduinus collator: & alios ſæpe alibi, ſi authores illi non periiſſent. Interim hæc agit Plinius, qui in epiſtola præfixa Operi Naturali ad Veſpaſianum, gloriabundus: *Argumentum*, inquit, *ſtomachi mei habebis, quod in his Voluminibus, auctorum nomina prætexui. Eſt enim benignum, ut arbitror, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris: non ut plerique ex iis, quos attigi, fecerunt. Scito enim, conferentem auctores me deprehendiſſe*, *A JURATISSIMIS, ET PROXIMIS, VETERES TRANSCRIPTOS AD VERBUM, NEQUE NOMINATOS*: *non illa Virgiliana virtute, ut certarent: non Ciceroniana ſimplicitate, qui in libris de Rep. Platonis, ſe comitem profitetur in conſolatione filiæ*, Crantorem, *inquiens*, ſequor: *item* Panætium de Officiis. Et paulo inferius: *Obnoxii profectò animi, & infelicis ingenii eſt, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere; cum præſertim fors fiat ex uſura*. Idem alibi triumphat, dum Julium Græcinum Cn. Julii Agricolæ patrem, Cornelium Celſum exſcribere deprehendit: *Græcinus*, inquiens lib. 14. c. 4., *qui alioqui Cornelium Celſum tranſcripſit*. Si hic religioſus verbo & abſtinentiſſimus, re vero furax etiam Plinius; quid alii eorum temporum? cum vitium inolevit & plurimis admirari, a paucis deprehendi, dabat audaciam, præbebat ſecuritatem? Hæc autem habui pro Dione excuſando, dum ad reſtitutionem eum adegi. Cæterum in arduo major gloria: quam prava exempla, aut conſuetudo ſeculi, nec juvant, nec aſſequuntur.

14. Duo tandem, ubi huc ventum eſt, mihi reſtant (ut aliquis ſit modus Præfationi) Alterum: Quid in hac editione præſtiterim: in quo Operis etiam erit Apologia adverſus ea, quæ fortaſſe, qui cuncta quæ ſua non ſunt, faſtidiunt, blatcrabunt: Alterum, Quæ in me, dum pro dignitate, paro exornoque opus, ſumma injuria effutierunt, homines increduli, nimium feſtini, præcipiteſque, & parum laborum ejuſmodi æſtimatores; vel difficiles & moroſi; ne morer ſciolos, invidos, otioſos: In quo meæ inſiſtam defenſioni. Et ad primum quidem, Quid præſtiterim: mitto, qui & quantus apud omnes ſit Græcus Tacitus, Dio; quod vel de trivio ſunt qui norunt: quod tamen etiam in judiciis de Dione, infra apponetur. Perſonam detraxi Zonaræ, Dionem detegi, (detectio enim hæc eſt,

non

non autem inventio) proindè, dedi NOVUM potiùs, quam NOVA : Dionem, uteumque dedi, quod priùs ſe habere Reſp. ignorabat. Peneque integrum dedi Dionem, unam ſi excipias lacunam ab anno U. C. 671. ad 682. a Coſs. M. Tullii Deculæ, & Cn. Cornelii Dolabellæ, ad Coſs. M. Licinii Craſſi, & Cn. Pompeii Magni : annorum ferme duodecim, quos novem Dio libris excurrerat; a vigeſimo ſexto libro, ad trigeſimum quartum. Hanc enim irreparabilem jacturam, nulli Codices, Excerpta nulla reparant : nec meæ diligentiæ; quæ nihil omninò ad id non tentavit, aut lucubrationes quidpiam contulerunt, etſi hiſtoria legatur in Appiano; ac nobis, ubi oporteat, afferatur. Zonaras jam prope ducentos annos, ex quo eum legit Baptiſta Egnatius in notis ad ſuam Cæſarum editionem anni 1515. pag. 791. *Ego verò præter Zonaræ græcam hiſtoriam, & Nicetæ Choniatæ, Chriſtoduli que commentarios, &c.* quos legerat; ab omnibus terebatur. Nec ejus Annales in re Romana, plus valebant, quam Zonaræ authoritas, aut fides; qui uſque adeo apud pleroſque parvi habebatur, atque nutabat (quaſi Zonaras ſua daret,) ut non infrequenter impugnetur, & *ſi qua fides* Zonaræ, apud Scaligerum, Palmerium, alios, audiatur. Namque, *non defuere*, Allatii Leonis tempore, *qui cenſorio quodam judicio, ut minus diligentem, maxime ubi de rebus Romanis agit, vellicarint, atque adeo perſtrinxerint. Omnia* (inquit horum alter apud Allatium) *ante Conſtantinum, ineptè & parum diligenter (de rebus Latinis loquor) explicavit*: ut in ſua ad Zônaram Præfatione refert Ducangius. Haud enim potuit ulteriùs obſtipa inepta criſis effutire, in iis, ubi magis debemus Zonaræ & Dioni; quod ſub larva Zonaræ ignorabant, Dionem ipſum diligentiſſimum & criticotatum. Zonaras autem, nunquam in prima hac parte Dionem citat, quem in ſecunda, ſæpe numero laudat cum exſcribit. Quod indicio mihi eſt, hominem gratum & memorem beneficii; prima parte in acephalum, ateleutum etiam ipſe dicit, incidiſse Dionis codicem, antiquiſſimum; ubi ſolæ diviſiones librorum, & nullæ prorſus fuerint præfixæ anacephalæoſes (quæ poſt Conſtantinum Magnum, ut diximus, & hinc comprobatur, fuêre adjectæ: aliàs ex iis Dionem noſſet) aut Dionis nomen : quod in fronte primi tantùm libri, quam deperditam arbitramur, ſcriptum fuerit. Indeque Zonaram authoris ignoraſse Dionis nomen; quem ſtylo ſaltem, verbis, ingenio, eadem Romana Hiſtoria, cognoſcere debuerat, ſi his animum advertiſset.

15. Sane ablepſiam Zonaræ ſunt ſequuti, quotquot ejus Annales, uſque ad Fulvium Urſinum, Henricumque Valeſium, volutarunt : nemo enim pariter ac ille, Dionem latere apud Zonaram deprehendit : Nam neque novit hoc Voſſius in Zonara (Hiſt. Græc. lib. 2. cap. 27.) ubi ſcribit : *Paſſim autem Dionem, vel ſequitur, vel exſcribit : ita ut ſæpe, quid Dio in libris deperditis ſenſerit & ſcripſerit ex Zonara liceat cognoſcere.* Nam de libris aperte loquitur, qui poſt ſexageſimum ſunt, deperditis, quique habentur apud Epitomen Xiphilini. Itaque accipi oportere, apertum eſt, etiam Ducangium, cum de eodem Zonara ſcribit : *Ita ut multis in locis, de verbo ad verbum Dionem deſcripſiſſe dicatur, a Guillelmo Xylandro, Fulvio Urſino, Friderico Sylburgio, & Henrico Valeſio, iſtius Scriptoris eruditis interpretibus : quibus ſolemne eſt, ex Zonara ipſum Dionem emendare.* Nam ſi Urſinum excipias, & Valeſium : Xylander, & Sylburgius in vulgatum Dionem, & Xiphilinum ſua commentaria ediderunt. Dubitem tantummodo de Cl. Fabricio : Inquit enim : *Præter Xiphilinum, Zonaras quoque in Annalibus ſuis, Epitomen quandam Dionis exhibere videtur : nam in Imperatorum Romanorum geſtis, hunc unicè ſequitur, & nonnulla etiam Xiphilino omiſſa, nos docet : ut jam a Voſſio, ac Tillemontio obſervatum.* Novit equidem Legationes, & Excerpta ex Dione, doctiſſimus Fabricius; ſed qui in Imperatoribus tantùm Zonaram ſonare Dionem ſcribit Non penetravit ergo in Zonara Dionem in primis latere libris; ut non ſenſerunt, & Voſſius, & Tillemontius, quos allegat. Poſt detectas ergo, editaſque Eclogas ex Dione Legationum, & Excerpta ex ejuſdem libris, quod ad virtutes & vitia; ſagaciores rem iſtam ſuboluerunt, eruditi duo, vel tres, ſummum quatuor; ut Urſinus, Valeſius, Ducangius, & Fabricius : qui tamen, ne per ſomnium quidem, de Dione per editionem Zonaræ reparando cogitarunt; aut alios ad eam rem ſuo conſilio excitarunt. Spartam vacuam ego primus ingredior : ſicque Dionis apud Xiphilinum Epitomen, ſicut ſumma cum laude Leunclavio, in unum volumen comoingere cum Dioniis, edereque : ita ut Dionem ipſum. ſicuti a 35. libro ad 56. ita a 61. ad 80., ſe habere Reſpublica reputaverit, libros hoſce retulerit ut Dionios, verba adduxerit; & fides & authoritas Dionia illi fuerit apud doctos : vitio mihi non vertent duco, aut nulli laudi, ejuſdem Dionis Epitomen primæ partis, quæ erat incognita, apud Zonaram, cum Dioniis omnibus colligaſse; eoque Dioni pacto, caput reſtituiſse Romanæ Hiſtoriæ. Sane is ei ſaltem locus denegari non poteſt, qui primæ parti Epitomes Xiphilini, tribueretur, ſi inventa eſſet, aut aliunde emergeret in Remp. Literariam. Invenuſtus aliàs præ Xiphilino ſit Zonaras, ego præ Leunclavio, ſi in eadem navi cum ſimus, nobis res in diverſa cadat : quod in animum, eruditorum inducet nemo, qui invidia non laboret, aut neſciat operi dare pretium. Major contra, mihi gloria inde fiet, ſi quæ palma victoriæ in medium toti proſtabat Reip. Literariæ, eamque nemo unquam perſpexit, nemo arripuit, hac illac diſperſam; modò obducto veluti ſipario, patefacta; cum laude, & grataoter excipiatur.

16. Videar autem ego ſecule nihil, cum pluſquam Leunclavius Reip. ego conferam. Jacebat Protome magnæ ſtatuæ proruta ad Athenæum : authorem operis norat nemo; & opus ipſum, erat obſcurum fere, & in parvo pretio (non magno utique, & pro merito) ex ignoratione, cujus eſſet artificis, cujus corporis, cujus lapidis pretioſi. Caput, brachia, reliqua, addita fuerant, reſciſſis propriis & deperditis, ſtatuæ brevioris; ſcalproque ineruditiori deformata. Antiquarius, qui reſtituat fracta, qui inveniat : ne quidem poſtquam eſt proditum, Dionis deperdita me inveniſſe (& tot annos tardata

eſt

eſt hæc editio : non parva certè morula rimatoribus) corpus reliquum , qui Phidiæ aut Praxitelis opus monſtret , & ex marmore detegat , Pario, aut auro ; aliquam procul dubio inibit gratiam ab Republica Literaria . Quid ſi , coagmentatis omnibus ; ita ſuo loco quæque aptet , ut vix vi de cicatrice aliquando appareat , & ilatuam iterum erigat , reſtituta etiam ejus baſi , cum data olim inſcriptione ? Porrò , ſi magnam gratiam : non aliud ego feci in Dione (erudito colloquor cum lectore) nec magnam attamen ego exigo, cui magni loco premii & laudis eſt , Reipublicæ ſerviiſſe ; innumeris experimentis probaſſe Dionis opus, dediſſe Romanæ ejus Hiſtoriæ titulum, caput , reliqua ex Plutarcho & aliis, in Epitome Zonaræ diutiùs deformata . Si id nihil eſt in Remp. contuliſſe ; qui non probat , det meliora . Utinam & dediſſet : & cur non dedit ? Si fors non læva fuiſſet , minoris longè mihi ſtaret vigiliarum : ſed non aliter potuit inveniri . Fateor equidem me non dare Dionis Præfationem, non multos annos a Sulla , non nobiliſſima multa,quæ in Epitomis Zonaræ & Xiphilini deſunt , quod hæc omnia jam perdidimus . At enim verò ſtatuam quis acephalam , brachio aliquo , aut pede mutilam ſinet , ſi ea mereatur , ut adſcitio falſem capite, brachio, pede, etſi non ſuo, in medium prodeat ? Nemo deformitatem illam, opinor , velit; nec damnet reſtitutoris ſolertiam & induſtriam. Romam planè ignorabit , nec delibavit Romanas Antiquitates , qui reſtitutiones ejuſmodi , innumeras non novit , tum in ædificiis, templis, columnis (ut in Pantheo , & in Pauli via Oſtienſi) cum in inſcriptionibus , ſtatuis , ſignis , vetuſtis libris ; omni cum laude per benemeritiſſimos idcircò de Rep. Literaria. Parco exemplis , quæ ſunt ſexcenta ; etiam in operibus quæ proſtabant ; iiſque tribuebantur quis vulgus voluit ; quæ eruditiores detexere , quibus authoribus , quibus viris , Heroibus, Diis Deabuſque debeantur . Ad rem , quæſo, etiam Valeſius audiatur, dum ſibi præparat apologema , in epiſtola dedicatoria ad Peireſcium : *Neque verò* , enim ait , *hæc ut poſt Excerpta ſpernenda ac negligenda cuiquam debent videri . Etenim cum Scriptores ipſi , optima ſui parte mutilati ad nos pervenerint ; inventis cujuſquemodi reliquiis frui nolle, nimis delicati ac faſtidioſi ingenii eſſe arbitror . Quod ſi antiquas ſtatuas & ſigna ex ære ac marmore, tametſi confracta ac mutila miramur ; cur non etiam hæc optimorum Scriptorum fragmenta pari honore proſequimur ? Maximè cum ex iis longè major utilitas, quam ex ullis vel perfectiſſimis ſignis percipi poſſit . Me certè in hiſce Excerptis , & exſcribendis & interpretandis, poſita opera non pœnitet* . Hæc dixit Valeſius pro Excerptis ; noſtra tamen, plus ſunt equidem quam Excerpta : quæ ſunt ditatiſſima Compendia, ac proindè multò magis quam ipſum , nos poſitæ in his operæ non pœnitet .

17. Nec alioqui Zonaræ Epitome valdè abludit, aut ab ipſo opere Dionio mole diſtat . Scimus enim Reipublicæ tempora preſsè & jejunè aliquandò Dionem tranſegiſſe : latiùſque, & latiſſimè per tempora, Imperii ſpatiari . Qui namque margini quondam authorum , Appiani Alexandrini , ſuam affixit notulam, allatam in editionibus Stephanorum , a Xylandro lectam , etiam in Codice Auguſtano ; disertè Dionem tradit , (qui manibus tum omnium terebatur) carptim priora , fusè Cæſariana tempora exegiſſe : Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ, verba hæc ejus ſunt, τὰ Ῥωμαίων συνεγράψαντο , ἐν οἷς Δίων ἐστὶ , τὰ μὲν ἀρχαιότερα ἐπιδρομάδην , τὰ δὲ τελευταῖα , καὶ μάλιστα ὅσα μετὰ τὴν μοναρχίαν ἐγένετο τῶν Καισάρων , καὶ μέχρι τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ τῆς Μαμμαίας , εἰς ὃν ἀπετέλεσε τὴν ἱστορίαν , διεξοδικώτερον ἀναγράψας. *Scripſerunt & alii multi res Romanas* (vertit Henricus Stephanus) *in his Dio , qui* ANTIQUIORA QUIDEM CURSIM : POSTERIORA *verò , maximè autem , quæ ſub Cæſarum Imperio , ad Alexandrum Mammææ uſque (in quo deſinit illius Hiſtoria) acciderunt ;* STYLO UBERIORE *proſequitur* . Et tamen ex his, quæ apud Zonaram habet Dio , non perfunctoriè , ſed fusè aliquanto , cum ſcripſiſſe omnia , quæ a primo bello Punico ad tertium acciderunt , abundè conſtat . Ex iis enim , quamquam Zonaras multa reſecet ; ea tamen adhuc integra fermè ducere poſſumus ; adeò per annos ſingulos continenter , & per Conſules , cuncta ſuccinctè refert : & adeo per Excerpta Valeſiana , & Urſiniana , aliaque multa e Suida , Tzetze , & aliis, paſſim inſperſa operi, omnia reparantur . Nec in aliis ita jejunior Dio eſt , ut forſitan credi poteſt : teſtibus , unde ſumpſit , Plutarcho & Appiano ; & Excerptis ex eo , *de legationibus , & virtutibus & vitiis* quæ collata cum Zonara ; in pleriſque , Zonaras ſat ſucci plenus reperitur : ne nimis anxie Dionem ipſum,ubi Zonaram habemus, exoptemus .

18. Præſiti ad hæc , alia in editione ſecundæ partis . Duos Codices Vaticanos ego Dionis contuli , a 35. libro ad 60. : duos verò Laurentianæ , quorum alter eſt antiquiſſimus , Jacobus J. Frid. Filius Gronovius . Xiphilinum & Zonaram recenſui ex quatuor Vaticanæ , & ex altero Coïſlinianæ , quam edidit Cl. Monſauconius , quæ fuſiùs ſupra dixi . Hæc omnia habes in iſtac editione : in qua tot ſuppleotur, iis auctis , hiatus , totque magna ſphalmata emendantur ; ut ſi addas , quæ ex Johanne Antiocheno, Suida, Conſtantino Porphyrogeneta (apud Urſinum , Valeſiumque) Johanne Tzetze , & Anonymo Vaticano Palatino , ſub Andronico ſeniore , ſuis quæque locis terruminata ; alium certè agnoſcas Dionem , & pleniorem , ab his qui hactenus prodierunt . Sane Neronem vix alium ſcripſit Dio,adeo , quæ pauca reſecuit Xiphilinus ; ex Johanne Antiocheno , Suida , Conſtantino Aug. & Zonara reparamus . Judaicas res breviter Dionem ſcripſiſſe, author eſt etiam Philoſtorgius quinto ſeculo . Trajanus ad Dioniam molem nonnihil exſurgit ; latiùs Hadrianus , & Antoninus . M. Aurelii eadamus, quæ nec habuit Xiphilinus ; qui ejus vitam in ſuo ſe non reperiſſe Dione dixit . Commodiana tempora, Severique & Caracallæ cuncta fermè reſtituuntur . Dio ipſe hinc loquitur in Macrino , Elagabalo , & Alexandro , ex Vaticano illo , quem edidimus , antiquiſſimo Codice ; cujus lacunæ innumeræ nunc ſupplentur : quod in editionibus præteritis (ſi nuperam noſtram demas) per fruſta legi dabatur . Adjice notas , tum meas , cum alienas , quibus loca tanta illuſtrantur ; criticorumq; recentiorum multæ corriguntur anhiſtoreſiæ ; & quæ hiſtoriam obſcuram aut falſam hactenus reddidere , hac luce nova indicantur . Nec denique , pulvis grammaticus in his aliquando deeſt ; quem , etſi parum lubeat ; ubi opus fuerit ,

non

Digitized by Google

non vitamus: qui vel inviti io hanc interdum deſcendimus arenam ; quod veritatem quærimus , non certamina.

19. Atque hinc ſenſim ad alterum , quod mihi ex duobus reſtabat , veni : Ad incredulos , congerroneſque & calumniatores , quos mihi non fuit integrum devitare : etſi Q. Fabium Cunctatorem , imitandum mihi propoſuerim , qui cunctando reſtituit rem ; auresque fecerim C. Sulpicii dictatoris , qui patientia incredibili , oblocutores ſuos , & hoſtes vicit. Oportuit namque de Zonara altum ſilere , ne prævenirer (quid enim erat facilius , obvio univerſis eo fonte detecto?) exornareque opus , ut decebat : græca tertium exſcribere : notas pluries reformare . Manuſcriptos ad hæc conferre ; edita ſyllabatim , ut ita dicam , conſulere ; verſiones denique receoſere , & vel emaculare , vel novas cudere . Nec Caſaoatæa Bibliotheca , quæ mihi Romæ promus coodus eſt , ſemper , aut nocte dieque patet . Interea tamen literæ ad amicum U.Cl. , ſed rei inſcium , volant undique , Num verum ſit , ſciſcitantes , inventum eſſe Dionem , & num in Vaticana Bibliotheca? nam vel in eo decipiebantur ; errore oborto ex mea ad ipſam itatione ; & quod inde tres Dionis ultimos dedi libros : quem tamen rumorem prudentia , quod jus mihi taſque erat , oon ſivit ut diſſiparem . Et cum præſentes ab amico Romæ , ac abſentes , ſolidi , aut enucleati nihil referrent , niſi ſe rem neſcire ; obloqueotium paſſim per Italiam , & per loca alia , agmina congeruntur. Dubitantium plena oppida ; ſuſpiciones ſemper ſiniſtræ , ob novitatem & incredibilitatem rei , quæ mihi tantum , non tot eruditiſſimis viris , qui a quadringentis propemodum annis fruſtra , licet contra , ſtudio in hæc intenderant , occurriſſet. Ita acribus initiis , & pronis animis auditum ; cæptum mendacium valuit , & calumnia . Contra tautores pauci , oec audentes apertè pro me cum eruditionibus congredi : quod eorum nomini authoritatique cedere & ſuccumbere oporteret . Vel ipſi amici obtundebant aures , eſſe periculum ex ſingulis , & tacitiùs univerſos impelli , quam ſingulos vitari : ut maturarem ideircò editionem , & quantocitius his occurrerem. Nempe ea ex cauſa , monſtrum ut potius ederem , quam juſtum fœtum volebant ; & ut prodiret Dio oon Prætor , non Conſul , ſed vix laticlavus Senator , ſine auſpiciis , ſine faſcibus , ſine inſignibus Imperii , ac ſuo reliquo comitatu . Sed murium eſt inter Nonas Kalendaſque , elephantum verò tertio decimo naſci menſe : quod æterna opera , ſecùs verò extemporanea , imitantur . Inter authores enim innumeros ſapieotiſſime cunctatores , ſuam Hiſtoriam Diodorus Siculus triginta annis abſolvit , viginti & duobus Dionyſius Halicarnaſſeus , totidem noſter Dio . Appianus ſuæ conſcribendæ viginti annos ioſumpſit , Plinius quindecim Panegyrico ad Trajanum . Georgica Virgilius ſeptennio , Æneida duodecim annis confecit ; teſte Tib. Claudio Donato , in ejus Vita . Ne ſim prolixus , in re notiſſima eruditis ; nullus author eſt magni nominis , qui ſubitaria ſcripſerit ſua opera . Etiam Zeuſis irriſus , ob operum leotitudinem , dixit , ſe pingere æternitati : Felix nimium , cui nihil objici potuit , niſi quod ignorabat penniciilum ab tabula dimovere . Et hinc mihi , auro contra non comparanda , ea Auguſti Othonis apud Tacitum (Hiſtor. I.) Sententia , qua , *Nullus*, inquit , *cunctationi locus eſt in eo conſilio , quod non poteſt laudari , niſi peractum* . Suetooius Paullinus apud Tacit. Hiſt. 2. *cunctator natura , & cui cauta potius conſilia cum ratione , quam proſpera ex caſu placerent. Compleri foſſas , aperiri campum , pandi aciem jubebat ; ſatis cito incipi victoriam ratus , ubi proviſum foret ne vincerentur* .

20. Surdo ergo narrabant fabulam: præſertim cum honoris famæque diſpendium , & atrocem injuriam mihi impactam & paſſo ; certa ſpes foret (ubi tandem e laboratum , & prò dignitate ad Cleanthis lucernam elucubratum prodiret opus) futurum ut brevi egregieque levaret tempus , omnium ſoſpitator : *Ἰατρὸς πάντων θεραπεύει ὁ χρόνος* ; proverbium , apud Michaelem Apoſtolium in Paræmiis . Quod , nedum ad ſilentium , verùm & ad ruborem , meos fore ut (adverſa , fluxaque ſeneſcente fama) obloquutores adigeret : atque , ut quo ſæviùs antea me reum habuiſſent , eò præclariùs poſtea , ubi ſatias eos cæpiſſet (niſi religio , vel honeſti ſuaderet ratio) ob innocentiam ſaltem , & ſi quæ merita in Remp. proloqui cogerentur . Adeo anguſtiæ ejuſmodi & certamina , majorem in gloriam forti cedere viro , ſucceſſu temporis ſolent : quibus alioqui ego , adverſæ fortunæ aſſuetus ictibus , obduruerain ex quo , cogitaveram de Dione . Prælo namque , antea etſi ſuberant tres poſtremi Dionis libri : prodirent , ex Codice Vaticano editio Romæ fieret : attamen adhuc Romæ me Orbi imponere eſt conclamatum. Neque profuit quidquam diu antea , ex Vaticano evulgaſſe Codice mea edi : pro ratione enim frontem perfringebat incredulorum voluntas : ubique me lacerabant , ubique damoabant inclementiſſimè ; cum nemo tamen , Bibliothecam conſuleret Vaticanam : oemo typos Crachianos ad Sanctum Marcum . ad metam propemodum Hippodromi. Quid ſperes modò io re quæ futura aliquando erat , ut ederetur ; quamque tanto occulueram ſtudio & occulebam? haud ſecus ac locum , quo educebatur? Eccum edidi tandem opus : ſatiabit , opinor , modo oculos : continebit linguam qui non credidit obloquutor : æquiora loquetur ; & turba reliqua obmuteſcet : Ut factum eſt , cum tres poſtremos illos oculis ſuis luſtrarunt libros . Sed ignoro , cuinam illatum dedecus modò cedat . Haud ſane mihi , qui opus præſtiti : viderint alii , an cedat oblocutoribus .

Poſt hæc autem maledicta , quibus te hacteous volui amice Lector ; tuum eſt modo judiciom , atque defenſio , & benigna exceptio mei Operis : quo Patrono , quo Judice , pallentem aliis famam , non trepidus experior , ſed ſecurus . Proiode fruere , tamdiu expectatis ; meque de longa , ſed neceſſaria Tibi Præfatione , ut excuſa , ſic ama . Vale .

CAP. II.

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

DIONIS VITA.

CAP. II. 1. NAviter autem, ſeduloque, me facturum opinor, ſi Romanæ Dionis Hiſtoriæ, quam cum Orbe Romano, non per ſegmenta communico, ſed penè univerſam; novam etiam, & pro dignitate tanti Hiſtorici, Conſulariſque Viri, huic editioni vitam, facem præcedere mihi imperem. Dionem etenim norunt plurimi: ſed verè Dionem noſſe, ejuſque callere vitam, paucis induhiè datum eſt: quòd antiquorum nemo, quod ſciam; de eo, ejuſque rebus & ſtudiis, diſſeruit, ut decebat. Interim noſſe de authore operis longè præſtat: ſtatâque rimatione cognoſcere, quotus ipſe, quibuſque ſtudiis fuerit, & cujus authoritatis (ut rebus, quas narrat ſua concilietur fides, & verum juſtumque geſtorum pondus, ab ipſo in ambiguis repetatur) ejus Hiſtoriæ conducit plurimùm. Etſi namque magnam in his aliàs adornandis, operam eo pacto VV. Cll. navarunt; in iis tamen nemo aliquid non omiſit, nemo multa, & illuſtria non invertit: quod ex collatione cum noſtris, facilè quiſque viderit. Factum proinde hinc eſt, ut & ego meam quoque pro ſymbola conferre, & in medium prodire non dubitem. Non quòd eorum famæ quidquam detractum velim, quos impensè laudatos jubeo: in primis Suidam, Blancum, Xylandrum, Sylburgium, Leunclavium, Voſſium, Vajerum, Hankhium, Popelenerium, Tillemontium, noviſſimumque Fabricium; velut primos, qui jactis veluti molibus hiſce, ſubſtructionibuſque paratis; aliquatenùs idem hoc compegerunt opus: Sed quod Dioni, ejuſque Hiſtoriæ, Lectorique meo conſultum cupio, quem abſolutiſſima quæque, & Dionis cuncta ex me in hac editione (quo bono fato, planè ignoro) novi expectare. Sanè verò, nec VV. Cll. deſuêre, qui me ad eadem hortarentur: quibuſcum & alii conſpirarunt, qui mancum & ſuo decore, pacto aliquo, deſtitutum Viri Prætorii opus, & ſemel ac iterum Romani Conſulis, atque graviſſimi, & hactenùs diù deſiderati; inter antiquos Græços, Hiſtorici, cenſebant; ſi ejuſmodi ornamentis, in hoc veſtibulo, aut potiùs Hiſtoriæ limine, non comptum (ex negligentia, incuriave mea, aut illaudanda modeſtia) in lucem venire paterer. Iſta itaque, dum non patior, amicis obtemperavi: & quam modo Dionis conſcribo vitam, ex ejus potiſſimùm libris eruo, ut eruditis & doctioribus fiat ſatis.

2. Q. Caſſius Dio Coccejanus (cujus prænomen ſilente antiquitate, huc uſque penitùs latet; egoque non Cajum, Lucium, ſed Quintum reputo: prænomina præcipua Caſſiorum) Bithynus genere illuſtri, & jam tum ab atavis, Caſſiæ Romanæ gentis nomine, exornato; patrem habuit Caſſium Apronianum, avum verò & fortaſſe Caſſium Dionem & Coccejanum, eodem ac ipſe nomine, ſed Chryſoſtomum ab eloquentia appellatum; Orbe toto, ſuis orationibus editis, celeberrimum. Caſſium Aſclepiodotum, qui magnitudine opum præcipuus inter Bithynos; quo obſequio florentem Baream Soranum, in Aſiæ Proconſulatu celebraverat, labentem ſub Nerone non deſeruit, & hinc in exſilium actus eſt; ex Dionis Chryſoſtomi fuiſſe genere non ambigo (r). Nicenum, & Caſſium ipſum ſcripſit Dio (*lib. 62.*) & a Galba Principe revocatum. Aſſumptum nomen Caſſii, ut certum in Græca gente; ita incertum an a L. Caſſio Longino, dum Aſiam Procoſ. moderabatur: qui Coſ. cum M. Vinicio Quartino ſub Tiberio, poſtea ſub Cajo Procoſ. Aſiæ; & monentibus Cajum ſortibus, caveret Caſſium; a tyranno e Provincia revocatus, pro Caſſio Chærea, fatali nominis ſimilitudine, cæſus eſt. Etiam in Pompejam Macrinam exſilium ſtatuitur: cujus maritum Argolicum, ſincerum Laconem e primoribus Achæorum Cæſar Tiberius afflixerat. Pater quoque illuſtris eques Romanus, ac frater Prætorius, cum damnatio inſtaret, ſe ipſi interfecère. Datum erat crimini, quod Theophanem Mitylenæum proavum eorum, Cn. Magnus inter intimos habuiſſet: quodque defuncto Theophani, cœleſtes honores Græca adulatio tribuerat. Ut in Pompejis his Græcis; ita, aut non abſimiliter, factum reor a noſtris Caſſiis, ſumptum & datum nomen a Caſſio, de quo dixi, aut alio: hac gente e primoribus Bithynorum, inter intimas illi habita. Etiam in Hiſpania, Pompeji nomen, hoc modo aſſertum. Perculit is dies, ſub Nerone, Pompejum quoque Ælianum, juvenem Quæſtorium, tamquam flagitiorum Fabiani gnarum: eique Italia, & Hiſpania, in qua ortus erat, interdictum eſt. Et nemo ignorat (ex Appiano, Plutarcho, noſtro Dione, & aliis Græcis atque Latinis) Pompeji res geſtas in Aſia, & in Hiſpania. Ita M. Pompejus, Theophanis filius, prior dictus eſt; & ita reliqui, uſque ad Pompejam Macrinam, ex amicitia & clientela Cn. Pompeji Magni; aut ex beneficio; quod ab ipſo civitate Romana donati ſunt. Ipſe Theophanes, Cornelius Balbus Theophanes dictus eſt, poſtquam Cornelius Balbus, ut magiſtrum ſuum, manumiſit. Nam Mithridatici is ſcriptor belli, a Pompejo quidem, cujus erat familiaris, pro concione militum civitate donatus eſt; ſed quod Corneliæ gentis nomen jam uſurpabat, filium Pompeji nomine, M. Pompejum dixit. Eodem modo Pompeji Trogi, majoribus e Vocontiis in Gallia Narbonenſi, avum, Sertoriano bello a Cn. Pompejo civitate donatum; veriſimile eſt, Pompeji accepiſſe nomen. Dupliciter enim, Romana nomina, Græci, aliique Provinciales aſſumebant; ſi liberi & ingenui, civitatem aſſequerentur; ſi ſervi, a dominis manumiſſione libertatem obtinerent. A Patronis liberti nomen accipiebant; (a) & deinceps eorum filii: quam rem notiſſimam, antiquæ, frequentiſſimæ, innumeræque, apud Gruterum, Lipſium, Reineſium, Fabrettum, alioſque inſcriptio-

(r) Neron) avoit ordinairement auprés de luy P. Egnatius Celer Grec de Beryte, & Caſſius Aſclepiodotus de Nicée, le plus riche de la Bithynie. Ils ſe ſignalerent tous deux en cette occaſion d'une maniere bien contraire. Egnatius étoit un philoſophe Stoïcien, qui ſous une apparence de gravité & d'homme d'honneur, couvroit une ame maligne, perfide, & intereſſée, &c. Aſclepiodote au contraire témoigna aimer Soranus dans ſa diſgrace comme il l'avoit aimé dans ſa bonne fortune. Il luy rendit un témoignage tres avantageux, & aima mieux ſe voir depouillé de ſes grands biens, & banni, que de trahir ſon ami & sa conſcience. Les choſes changerent bien toſt de face: Aſclepiodote fut rappellé ſous Galba, & Egnatius banni ſous Veſpaſien.

Ita Tillemontius ſub Nerone an. Chriſti 66. c. 23. p. 320. qui pro his citat Tacitum c. 31. p. 292., cap. 32. 33. & Dionem quoque noſtrum pag. 714. utique ex Xiphilino, qui quod de ſuo genere ex Aſclepiodoto forte dixit; de more Xiphilinus, tanquam inutile aut ſuperfluum reſecuerit.

(a) Tertullianus de reſurrectione c. 57. Libertus *veſtis albo vitore, & auro annuli, & PATRONI NOMINE, AC TRIBU, menſaque honoratur.*

nes, etiam confirmant. Sed ab Scriptoribus, eſto, deducam aliqua. Utque mittam Theophanem (quibus nominibus, alter Cornelius Balbus Theophanes, fortéque eadem ex cauſa, dicitur, Lesbius; cum noſter ſit Mityleneus) Alexander Mileſius, qui & Pnlyhiſtor; captus, & Cn. Cornelio Lentulo venditus, ex ejus pædagogo, manumiſſus, Cornelius Alexander, etiam ab nomine L. Cornelii Sullæ, qui eum civitate donavit; audiit. Nec abſimiliter Aſinius Pollio Trallianus, qui ſub Cæſare Dictatore, Græcus Romæ docuit; libertate donatus a C. Aſinio Pollione, ea nomina aſſumpſit, ahiecto ſuo, retento ſolùm nomine patriæ ſuæ Trallis; quæ urbs in Lydia. Id beneficium proculdubio aſſecutus, ob libros de bello civili, quos dominus latinè ſcripſerat, ipſe græcè. Philo Byblius, qui docuit a Tiberio ad Hadrianum; ex liberto Herennii Severi, Coſ. ſuffecti ſub Hadriano, ad Olympiadem 220., Herennii nomen induit. Cæcilius item Siculus, certè ille Calactianus (qui amicus Dionyſii Halicarnaſſei, ſcripſit de bellis civilibus, & Lexicon vocum Atticarum) fortaſſis a L. Cæcilio Metello, dum Siciliam pervaſit, id nomen ſumpſit: Grammaticum autem, libertum credere par eſt: artes enim docere, tunc minimè ex dignitate viri ingenui, ſed ferè libertinorum erat. Caſſius Longinus Porphyrii magiſter, Julius Juſtinus Sophiſta, Minucius Pacatus, & Valerius Pollio, Alexandrini Grammatici, & Philoſophi; libertorum itidem ſunt nomina, & a patronis. A datoribus, vel impetratoribus civitatis, etiam ſumpta nomina. Ita Demetrius Magnus, cum ei P. Cornelius Dolabella civitatem impetrat, P. Cornelii Demetrii nomen ſuſcipit: ut Cicero ad Acilium author eſt. A Claudio impetrante, Tib. Claudius Herodes, Attici filius, Coſ.: ab Herennio, Herennius Dexippus, Hiſtoricus; qui Athenienſium Dux, pro Romanis in barbaros militavit, & ſub A A. Claudio, & Tacito hoc bellum ſcripſit. Ne ſim infinitus in re indubia, ita omnes fermè Græci præſtantiores, qui Romanarum gentium nominibus memorantur; a datoribus vel impetratoribus civitatis, ſua nomina ſuſceperunt. Haud aliud ſentiendum de noſtris Caſſiis; civitate Romana illuſtri genti procurata, a L. Caſſio Longino Aſiæ Proconſule. Datam equidem ab Imperatore Romano, avo ſuo, Dio ipſe teſtatur oratione 41. pag. 500. Quo pacto, Caſſium nomen aſſumptum ſit a Paſicratis patre, avo Chryſoſtomi (& hinc a Caſſio Aſclepiodoto, de quo dixi, fortaſſe fratre Paſicratis) ſub Tiberio, aut Cajo, anno U. C. 780. & 787., aut circiter, cùm Pruſæ ad Olympum, cùm Nicææ, quæ Dionis eſt noſtri patria. Eam urbem Bithyniæ ad Aſcanium lacum, ab Antigono Philippi filio conditam, & Antigoniam priùs dictam, Lyſimachus ex nomine uxoris ſuæ Nicææ, Antipatri filiæ, voluit appellari. Plinius eam Olbiam, & Hermolaus Byzantius, ſive Stephanus, Ancoram etiam nnncuparunt.

3. Etiam Dionis nomen illuſtre, & ad illuſtria quæque impellere, ominoſum. Diones enim fermè omnes, clari fuère, & Reip. bono nati. Quorum memoria ſupereſt, Dio Colophonius, inter celebres Scriptores de Re Ruſtica, a Varrone, Plinio, Columella refertur. Dio Chius nobilis tibicen, & Dio Diapyrus, cujus Timocles meminit Comicus, cum laude apud Athenæum leguntur: nec aliter Dio Epheſius apud Sponium in veteri inſcriptione. Dionis Hipparini filii, Syracuſani, gente Regia, & Siciliæ quondam moderatoris, vitam latiſſimè Plutarchus, inter Platonicos deſcribit. Dioque Academicus, Alexandrinus, Pompeji tempore, princeps legationis eſt contra Ptolemæum Auletem; qui a Cicerone in Quæſtionibus Academicis, & a Strabone citatur. Sed qui hos collegit Cl. Fabricius, & Dionem Coccejanum Chyſoſtomum deſcripſit; noſtrum alium Neapoliten (vereor autem Syracuſanum) nobilemque mathemaricum Dionem, quo pacto oblitus ſit planè ignoro. Varro, ut Colophonium Dionem, eum etiam memorat, in fragmento libri 3. de gente Populi Romani, de ſtella Veneris dum loquitur: quam mutaſſe colorem, magnitudinem & figuram Caſtor ſcripſit; *Hoc factum*, inquiens, *Ogyge Rege dicebant Adraſtus Cyzicenus, & Dion Neapolites, mathematici nobiles*. Ad hos omnes, habetur, & Dio martyr, & item patria Nicenus; cujus tamen tempus & geſta & genus, nobis acta deperdita adhuc invident. Dio autem noſter, ob claritatem memoriamque Viri, ex Dionis Chryſoſtomi nomine dictus eſt; quem, avum ejus maternum Valeſius ſuſpicatur, tum ex nominis gentilitate, tum ex patriæ conjunctione: ambo enim Bithyni, prior quidem Pruſenſis, alter Nicenus. Cur autem Valeſio placuerit, maternum potius genus ſuſpicari, non video: proclive dum potius erat, ex nomine, & patria, & cognomine, paternum Dionis avum, Chryſoſtomum ſuſpicari. Pruſæum aliquando & Xiphilinus, Dionem noſtrum appellat; errore ſuo, an amanuenſium juxta ignoro. Sylburgius Xiphilini putat errorem, & ſecùs ſorſitan ſe res habet: etſi Nicæa patria ſit Dionis. Potuit enim id accidiſſe, ſcribique Dionis manu; quod ejus matris patria, Pruſa fuerit: exemplo nobili Artemidori Onirocritici, qui Epheſius; ea ex cauſa, & Daldianum, ſe dixit. Caſſius tandem Dio, nepos eſt noſtri, Conſul ſub Diocletiano & Præſ. Urbi: & ſi fides Actis græcis Chriſtinae martyris (IX. Kal. Aug.) poſt Urbanum Phœniciæ Præſes, antea Palæſtinæ, tum Procoſ. Africæ, ex actis genuinis Sancti martyris Maximiliani.

4. Sed Coccejanum nomen, a M. Coccejo Nerva, Principe, Chryſoſtomus Dio aſſecutus eſt; tanquam in Coccejam gentem, aut clientelam adoptatus. Junius Gracchanus, anno U. C. 630. circiter, ab amicitia Ti. Sempronii Gracchi, Gracchanus eſt appellatus. Haud diſpari ratione Salvius Othn, M. Salvii Othonis Auguſti ex fratre nepos, apud Tacitum, dicitur etiam Coccejanus: ni a matre Cocceja M. Nervæ Cocceji filia; veluti Veſpaſianus Aug. a matre Veſpaſia Polla, Domitianuſque filius item Aug., a matre Flavia Domitilla; jubeas ſumptum nomen. Caſtricius Coccejanus apud antiquum lapidem legitur: T. verò Lælium L. F. Coccejanum IIIIvirum, cum collegis L. Licinio C. F. Sura (qui poſt Conſul) M. Julio M. F. Frontone, & Sex. Flavio L. F. Falcone, ſub Trajano, Cippos terminales per viam Trajanam, per Brutios & Salentinos, pecunia publica, ut curatores viarum, appoſuiſſe, habet antiqua inſcriptin apud Gruterum: & veriſimile eſt eadem ratione, Coccejanum ſortitum nomen. Cocceja autem gens, ex oppido Narnia originem habuit: in quam prior Conſulatum invexit M. Coccejus Nerva, qui Coſ. cum L. Gellio Publicola, anno U. C. 718., avus audit Imperatoris Nervæ, apud Porphyrionem. Filius, M. Coccejus Nerva, vir divini humanique juris ſciens, & Labeonis Icti

PROLEGOMENA.

Cl. ſucceſſor, authore Pomponio, ex Coſ. cum C. Vibio Rufino; & Tiberio Principi cariſſimus, cum illum Reip. ſtatum non probaret, cibi abſtinentia deceſſit. Nepos M. Coccejus Nerva, Prætor deſignatus anno U. C. 817., correptis, qui cum L. Calpurnio Piſone conjuraverant, triumphalibus ornamentis a Nerone donatus, hinc duobus Conſulatibus inſignis, in utroque Principis collega; cæſo Domitiano, in Imperio ſucceſſit. Præfuit annum, & menſes quatuor: deceſſit in quarto Conſulatu, ſeptuagenario major, cum ſibi Trajanum adoptaſſet. Cui, & Coccejo familiariſſimus Dio Chryſoſtomus, a Coccejo Auguſto Coccejanus eſt nuncupatus: ſed origo amicitiæ cum Trajano, a C. Plinio Secundo, dum Procoſ. Bithyniam moderatur. Cauſa in epiſtola 85. libri x. ad Trajanum. *Quum Pruſæ ad Olympum*, ſcribit, *Domine, publicis negotiis intra hoſpitium, eodem die exiturus, vacarem; Aſclepiades Magiſtratus indicavit, appellatum me a Claudio Eumolpo, quum Coccejanus Dio in Bule, adſignari civitati opus, cujus curam egerat, vellet. Tum Eumolpus adſiſtens Flavio Archippo dixit: Exigendam eſſe a Dione rationem operis, antequam Reipublicæ traderetur; quòd aliter feciſſet, ac debuiſſet. Adjecit etiam, eſſe in eodem opere poſitam tuam ſtatuam, & corpora ſepultorum, uxoris Dionis, & filii: poſtulavitque, ut cognoſcerem pro tribunali. Quod quum ego me protinus facturum, dilaturum profectionem, dixiſſem; ut longiorem diem, ad inſtruendam cauſam darem, utque in alia civitate cognoſcerem, petiit. Ego me auditurum Nicææ, reſpondi: ubi quum ſediſſem, &c. Ita nec Eumolpus, nec Archippus, quam plurimis diebus expectati, adhuc mihi libellos dederunt: Dion dedit, quem huic epiſtolæ junxi. Ipſe in præſenti fui, & vidi tuam quoque ſtatuam, in Bibliotheca poſitam. Id autem, in quo dicuntur ſepulti filius & uxor Dionis, in area collocatum; quæ porticibus includitur. Te, Domine, rogo, ut me, in hoc præcipue genere cognitionis, regere digneris: quum alioqui magna ſit expectatio, ut neceſſe eſt, in ea re, quæ & in confeſſum venit, & exemplis defenditur, deliberare.* Trajanus Plinio ſequenti epiſtola: *Potuiſti*, reſpondet, *non hærere, mi Secunde cariſſime, circa id, de quo me conſulendum exiſtimaſti: quum propoſitum meum optimè noſſes; non ex metu, nec terrore hominum, aut criminibus majeſtatis, reverentiam meo nomini acquiri. Omiſſâ ergo ea quæſtione, quam non admitterem, etiamſi exemplis adjuvaretur; ratio totius operis effecti, ſub cura tua, Coccejano Dioni excutiatur: cum & utilitas civitatis exigat, nec aut recuſet Dion, aut debeat recuſare.* (1) Chryſoſtomi reliqua, ut ipſum hinc publicè Trajanus, in ſuum aureum triumphalemque currum aſſumpſit, pete ex ejus vita præfixa operibus, ac lege apud Philoſtratum, qui multas Dioni iſti Sophiſtæ, ab Apollonio Tyanæo literas, affert ſcriptas.

5. Coccejus Caſſius habetur in lege, *Cum Tabulis*, *De his, quæ ut indignis auferuntur* libro 34., Digeſtorum, educta ex Papiniano (libro 8. Reſponſorum) quam hîc a Paragrapho *Quoniam*, referre e re erit: *Quoniam ſtuprum in ea contrahi non placuit, quæ ſe non patroni concubinam eſſe patitur; ejus, qui concubinam habuit, quod teſtamento relictum eſt, actio non denegabitur. Idque in teſtamento Coccejі Caſſii, Clariſſimi Viri, qui Rufinam ingenuam, honore pleno dilexerat, optimi maximique Principes noſtri judicaverunt. Cujus filiam, quam alumnam teſtamento Caſſius nepti coheredem datam appellaverat, vulgo quæſitam apparuit.* Editio Florentina (in folio anni 1553.) & editio Amſtelodamenſis (anni 1663. in corpore Juris Civilis) Gothofredi, non *Caſſium*, ut in reliquis editionibus, ſed legunt hîc *Caſſianum*. Et num, quid ad noſtrum Caſſium Coccejanum, is Coccejus Caſſius, aut Caſſianus pertineat, quæri poteſt. Principium ſumo a Dione ipſo, qui ab antiquis *Coccejus* etiam & *Coccejanus*, & *Caſſius*, & *Caſſianus* eſt nuncupatus. Δίων, ſcribit Suidas, ὁ Κάσσιος χρηματίσας, ὁ ἐπικληθεὶς Κοκκήϊος, οἱ δὲ Κοκκηϊανός· Νικαεὺς ἱστορικὸς * ἔγραψε Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις π΄· διαιροῦνται δὲ κατὰ δεκάδας. *Dio, Caſſius vulgò dictus, cognomento Coccejus, vel, ut alii, Coccejanus, Nicenus Hiſtoricus, * ſcripſit Hiſtoriæ Romanæ libros 80., qui in Decades diſtribuuntur.* Et Photius: Ἀνεγνώσθη βιβλίον Κασσιανοῦ Κοκκηϊανοῦ, ἢ Κοκκηΐου, Δίωνος, ἐν λόγοις π΄. *Lectus, eſt Codex Caſſiani Coccejani (vel Coccejі) Dionis libris 80. diſtributus.* Et mihi difficile non videtur, Coccejus Caſſianus, vel potiùs Caſſius hic Coccejus, aut Coccejanus; ad noſtri Dionis gentem, quidpiam attinere; quamquam Dioni ſit prædefunctus. Æquales Dioni, ille, & Papinianus; Coccejus eſt *Vir Clariſſimus*, quod indicat Senatoriam dignitatem: & nomina, etſi corrupta, ſunt fermè eadem. Si probatio admittatur, is vel Dionis patruus, vel eſt frater, ætate major: Qui Rufinam ingenuam, pleno honore, penè, ſcilicet, maritali (ut Theodorus Marcilius exponit ad Suetonium, in vita Julii Cæſaris) dilexit: filiam ex ea genuit: teſtamento coheredem nepti (ſorori ne an Dionis filiæ?) dedit. Principes Severus & Antoninus judicaverunt. Sed hi meri conatus, & conjecturæ; quæ eruditorum quærunt probationem.

6. De Aproniani tandem Patris nomine, nullus ambigo, nomen fuiſſe proprium, aut a matris Aproniæ ſumptum nomine, ut a Veſpaſia, a Domitia, Veſpaſianus, Domitianus; & nequaquam adoptionis: etſi ex Apronia Romana gente, aliquando adoptivum hoc nomen ſit derivatum. Sub Tiberio, Plautius Silvanus Prætor, incertis cauſis, Aproniam conjugem in præceps jecit: tractuſque ad Cæſarem a L. Apronio ſocero, turbata mente reſpondit. Equeſtrem dignitatem in gentem intulit, L. Apronius C. F. C. N., Coſ. ſuffectus anno U. C. . . . & ſub Tiberio Procoſ. Africæ poſt Ælium Lamiam. L. Apronius Cæſianus, ordinarius Coſ. proceſſit anno U. C. 792. Fuit & Apronia plebeja gens, ex qua reſtat Apronius Victorinus. Cæterum legimus multos Apronianos, modò adoptionem eo nomine indicantes; ut fortè in T. Vipſtanio Aproniano, ex Procoſ. Africæ ſub Othone & Vitellio, Coſ. anno U. C. 870., & C. Ventidio Aproniano, Coſ. quinquennio poſt, anno U. C. 876. modo verò nomen aſſumptum, & a quolibet uſurpabile. Dum ergo Aproniano legimus, C. Terentium, & Sex. Samium, Nemauſi; M. Valerium M. F., Derthone; & C. Attium, M. Alfium, & M. Æmilium M. F., Romæ; nomina ſint ne adoptionis, an ſecùs, difficile eſt divinare: & potiùs vera nomina juvat dicere. M.

A a   Æmi-

(1) Philoſtratus de Vitis Sophiſtarum pag. 491.
Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης, ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ᾽ ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε... Sane Trajanus Imp. Romæ illum in aureum currum aſſumens, quo vecti Impp. de confectis bellis triumphant, dixit...

Æmilium Zmaragdum, & Speratam parentes M. Æmilii Aproniani, modò allati; libertini generis autumo ex græco nomine: nec quid magni reputo in aliis, qui ſunt milites, hujus nominis. M. Alfius Apronianus *V. C.* quidem legitur, & *Pontifex perpetuus Flaminum* Viennæ Allobrogum, ſub Conſtantino Magno; ſed nec facilè dicas, an uti ex *Viro Clariſſimo*, Senatorem educimus, ita nomen ſit adoptionis; & idem ille M. Alfius Apronianus, qui in modo allato Romano legitur lapide. (1) Etiam in Turcia gente, frequens eſt nomen; & mihi dubium, an martyr Apronianus, alii genti ſit tribuendus. L. Turcius Apronianus, Præfectus eſt Urbi, Auguſto Valeriano. L. Turcius Apronianus, L. Turcij Secundi Aproniani, V. C., & Coſ. filius ſub Conſtantino, Corrector eſt Flaminiæ & Piceni; hinc Tuſciæ & Umbriæ: nec abludit a tempore, ut idem ille ſit Apronianus P. U., qui ſub Juliano Parabata, necem intuliſſe legitur martyri Bibianæ. Turcius Apronianus (cui Toranius Rufinus ſuas in beatum Euſebium Hieronymum invectivas mittit) anno circiter 400. a Melania reduce ex Palæſtina, ad Chriſtum converſus; judex ſedet in Geſtis purgationis contra Donatiſtas in Africa, anno 411. & filius eſt forte, allati Aproniani perſecutoris. Hoc pacto, ſenſim in cognomen evaſit, nomen frequentius in familia: ſed in patre Dionis, nomen eſt proprium, uti dixi, & ei tantum peculiare: Tunc cæteroqui primò uſurpari cæptum, in memoriam Apronianorum, ſeu T. Vipſtanii, ſeu C. Ventidii Conſulum; & a patre Caſſio Dione Cocceiano Chryſoſtomo, illorum ut æquali, ita Romæ indubiè amico, fauſto omine datum filio. Senatus Conſultum Apronianum, non levis eſt ſuſpicio eruditis, a noſtro Caſſio Aproniano profectum eſſe. Qui primus hoc vidit, eruditiſſimus eſt Antonius Auguſtinus in libro de S. Ctis: Franciſcus hinc Otomannus, in opere ejuſdem tituli; quem rei ſolum authorem habent, Samuel Pitiſcus in Lexico, Petruſque nuper Relandus in ſuis Faſtis. Aproniano autem S. Cto, quid juſſum ſit, Paulus explicat libro ſingulari de S. Ctis (in L. Omnib. Ad S. C. Trebellianum) *Omnibus*, inquiens, *civitatibus, quæ ſub imperio Populi Romani ſunt, reſtitui debere, & poſſe hereditatem fideicommiſſam, actioneſque in eam ex Trebelliano transferri; etiam municipibus ad eam admiſſis. Ita tamen* (addit Julianus, L. Ita tamen, Ad S. C. Trebellianum) *ut hi quibus reſtitueretur hereditas; actorem eligerent ad agendum, & ad excipiendas actiones.* Sed in aſſignando tempore, perſoniſque dati S. C., allati variant authores. *Hoc S. C.*, verba ſunt Antonii Auguſtini, *cum poſt Trebellianum, quod ſub Nerone factum eſt, L. Annæo Seneca & Trebellio Maximo Coſſ., & non poſt Salvii Juliani ætatem ſcriptum ſit; crediderim, Pætino, & Caſſio Aproniano Coſſ., Hadriani tempore, factum eſſe: aut Quinctio Nigro, & T. Aproniano.* Caſſium ergo Apronianum, Coſ. vult Auguſtinus ſub Hadriano: quo Principe, Aproniani fuere Coſſ., relati C. Vipſanius cum T. Quinctio Nigro, & T. Ventidius cum Q. Arrio Pætino, annis U. C. 870. & 876. non noſter Caſſius: fuit enim & ipſe Conſul. In Faſtis Caſſiodori Senatoris, habemus Conſulem Glabrionem cum Aproniano; in quo tamen corruptio eſt manifeſta. Poſt Q. enim Arrium Pætinum cum Ventidio Aproniano, Coſſ. ſunt, M. Acilius Glabrio, & C. Bellicius Torquatus: ex quibus, a dormitante olim amanuenſi, Apronianus adjectus eſt Glabrioni, & ex duobus Conſulum paribus, unum factum: quod jamdiu animadverſum eſt eruditis. Peritioribus noſtri temporis, ut Pitiſco, placet Apronianum S. C., noſtro Caſſio aſſignare (nequidquam veriro S. C. Julianum, poſt Apronianum emiſſum ab Didio Salvio Juliano, avo Salvii Juliani, Auguſti poſt Pertinacem) *S. C. Apronianum*, ſcribenti, *de fideicommiſſariis hereditatibus, factum eſt M. & L. Antoninis Imperatoribus, Aproniano & Paullo Coſs. anno U. C. 923.* Verum, quod in hoc malum, Aproniani Conſulatus iſte cum Paullo, ex haud ſatis probatæ notæ libris venit, Proſperi, Caſſiodori, Chronico Alexandrino, Faſtis Florentinis, Idatii, & Anonymi, qui paſſim errant, & ſunt corrupti. Contra, qui correctiſſimi, & inſcriptiones antiquæ (ut illa apud Fabrettum pag. 27., in fine: *dedic. III. Kal. Jul.*) habent, *L. Vettio Paullo. T. Junio Montano Coſſ.* Reapſe ſic legunt Noriſius, Pagius, aliique doctiſſimi, cum Relando. Pigetque me proinde Pagii, qui ſcribit, *forſitan Apronianum, eſſe eundem cum Montano*; quod turpe eſt confugium, & inane: pudetque Relandi, qui ſub his Coſſ. *Factum*, ait, *eſſe eo tempore S. C. Apronianum: niſi malis referre ad annum U. C. 943.*, quod rem indigeſtam homini oſtendit. Verus itaque Conſulatus Caſſii Aproniani, anno fuit U. C. 944. cum Valerio Bradua Maurico (alio, ab Atilio Metilio Bradua, ſeptennio ante, Coſ.) Quibus Coſſ. facilè eſt, ut melius Relandus ſcribat, *ab hoc forte Aproniano, nomen ſumpſiſſe S. C. Apronianum, cujus mentio eſt in Lege 26., Dig. Ad S. C. Trebellianum*: ſubdens: *Caſſius noſter Apronianus, eſt Dionis Caſſii Hiſtorici, cujus ſcripta extant, pater.* Sed facile eſt etiam, ut non verum ſcribat: noſtro enim Aproniano cum eo S. C. nil commune: pro quo mihi indubia eſt ſententia Antonii Auguſtini, ob Didium Salvium Julianum, cujus S. C. ſub Hadriano, vel Pio, factum eſt, poſterius S. Cto procul dubio eſſe, de quo ſermonem habemus, Aproniano. Interim anterius eſſe oporteret hoc Salvianum.

7. Præter eos, qui Caſſium Apronianum, collegam

(1) Quintilianus lib. 9. cap. 2. Inſtitut. Orator. habet hæc verba (pag. mihi 602.) *Nam id eſt cauſa Nævii Aproniani*, quibus ita Burmannus facem addit: Doctiſſimus Lipſius hunc locum, tanquam ſimilem hiſtoriam continentem referens ad Taciti IV. An. 22. legit. *Nonii Aproniani* (Almeloveen) quod nomen circa hæc tempora, Romæ ſatis celebre. Ita *C. Vipſtanum Apronianum* Coſ. ſæpe Tacito memoratum ſcimus. Vide lib. 14. Annal. c. 1. & ibi Ryck, & 1. Hiſtor. 75. ubi Gronovius. Qui & ſæpe in lapidibus veterum, præſertim fratrum Arvalium occurrit. Sic & *Caſſius Apronianus* ſub Hadriano, quem Dionis Caſſii patrem & Conſulem facit Glandorpius, anno 895. ſed ille *C. Ventidius Apronianus* fuit; & Dion patrem ſuum præfuiſſe Ciliciæ dicit, non fuiſſe Conſulem, Epitom. lib 69. Sed qui ex correctione virorum doctorum *Apronianus* Coſ. cum Bradua legitur apud Gruterum pag. 26. 9. forte eſt *Caſſius Apronianus*, ut etiam in indice Gruteri notatum. Vix enim video, qua ratione pater Caſſii ſub Hadriano potuerit Conſul eſſe, cum filius ſub Alexandro demum Severo floruerit; niſi cum Glandorpio ſtatuamus, potius avum fuiſſe, & illum Caſſium Apronianum Coſ. an 944. patrem Dionis ſtatuamus ſub Commodo. Præterea *Apronianus* quidam memoratur in Lege 18. §. 8. Dig. de liberat. legat. Et plurimi *Aproniani* in lapidibus: ut apud Gruter. III. 3. *L. Minutius Apronianus*, ut legendum eſſe, non Munatius apparet ex lapide, quem profert Petrus de Marca in Marca Hiſpanica, lib. 2. c. 16. & alios *Apronianos* in indice Gruteri eſt videre. Cæterum Glandorpius ſibi non conſtans, hic legendum *Nonium Apronianum* cenſet in Noniis, ſed nihil affert, quo firmet hanc conjecturam. Nos, licet hunc dictum fuiſſe Nævium aut Nonium ignoremus, nihil temere mutandum cenſemus. &c. *Burmannus.*

gam in Conſulatu faciunt Pætini (ut Hoſmannus poſt Antonium Auguſtinum ducem, Glandorpium, Voſſium, & Fabricium) ſunt, qui Caſſiodori Chronicon allegantes, eum Athenienſibus jura, ex Draconis, & Solonis, reliquorumque libris, conſcripſiſſe dicant. Quæ magna quidem, & rara ſunt monumenta; & ſi vera deprehendantur, magni, ob noſtri Dionis patrem, ſunt æſtimanda. Sed Caſſiodorus de Hadriano Imperatore loquutus; *Hoc anno*, inquit, *Adrianus Athenienſibus leges petentibus; ex Draconis & Solonis, reliquorumque libris, jura compoſuit.* Idque *M. Annio Vero, & L. Vario Ambibulo Coſſ.*, anno U.C. 879. Nullus proinde locus hîc erat, aut noſtro, aut aliis Apronianis: ut Glandorpius aſſerebat.

8. Convellendis erroribus intenti, in vulgatiſſimus irruamus. Dio noſter vulgò audit, *Dio Caſſius*; cum *Caſſius Dio* appellandus ſit: imperitiæque tribuitur, jam tum a Georgio Merula, & XV. Seculo, ſi hoc ordine nominetur, & non cum vulgo. Ita peritiæ ſedem occupat imperitia, & divagatur, & Plutarchi *Pauli Æmilii* vitam dicunt, veriti aut potius territi, *Æmilium Paullum* recto nominum ordine appellare. Sanè verò ſi errare liceat, dicant, etiam, Ciceronem Tullium, Maronem Virgilium, Naſonem Ovidium, Flaccum Horatium, Martialem Valerium, Paterculum Vellejum, Florum Lucium, Tranquillum Suetonium, Tacitum Cornelium, alioſque ejuſmodi, gentilitio nomine, in finem rejecto nominum. Eleganter ſcimus, hæc inverſio ab elegantioribus græcis latiniſque Scriptoribus olim facta eſt; nec mihi primo id obſervatum. Johannes Rualdus in fine vitæ Plutarchi ad Elogium XV. de ea re, ita ſcripſit: *Veteres Scriptores Prænomen cognomini ſæpe amare poſtponere; Dionem ante omnes. * Sed fortaſſis pullatæ diſcentium turbæ, vulgatum aut obſervatum minus eſt, quod in Dione frequentiſſimè occurrere, mihi olim animadverſum eſt: ut ex hujus loci tranſcriptione admoneor. Ait enim* τὸν Βροῦτον τὸν Μᾶρκον, καὶ τὸν Κάσσιον τὸν Γάϊον: *& nos ejus exemplo (quod facere nuſquam auſus eſt ejus interpres) BRUTUS MARCUS, & CASSIUS CAJUS, nulla religione reddidimus. Si quis igitur offendatur, quod ordine inverſo ac præpoſtero, ita loqui veriti nihil ſimus; advertat tam Græcos, quam Latinos rerum Romanarum ſcriptores, Prænomen cognomini ſæpe amare poſtponere. * Sed in Græcis auctoribus, qui Dione ſtudioſius id fecerit, credo non habemus. Libro 36.* Πείσωνα τὸν Γάϊον. *Libro 37.* τοῦ Κλωδίου τοῦ Ποπλίου. *Libro 38.* Κάτων ὁ Μᾶρκος, ὁ Γαβίνιος ὁ Αὖλος. τὸν τε Ορτήσιον τὸν Κόϊντον. *Libro 42.* τὸν Αντώνιον τὸν Γάϊον, ὁ Πομπήϊος ὁ Γναῖος, ὁ Καικίλιος ὁ Μᾶρκος; *& vulgò paſſim, cum apud eundem, tum apud ejus breviatorem Xiphilinum;* Λούκουλλος Λούκιος, Καῖσαρ Ιούλιος, Ούάρος Κυντίλιος, Γάλβας Σουλπίκιος; *& alia ſine numero. Latini Scriptores &c.* Affert ex Livio exempla, Plinio, Solino, Tacito, & quod mireris, inter Latinos, ex Dionyſio Halicarnaſſeo.

9. Ad ornamentum nos damus latina exempla. Paterculi ſunt *Carbo Papirius, Silo Popedius, Teleſinus Pontius, Cato Porcius, Pollio Aſinius, Marcellus Claudius*, & ſexcenti alii. Senecarum habentur, *Albinovanus Pedo, Gallus Vibius, Otho Junius, Maximus Sertinius, Severus Caſſius, Silo Popedius, Scævola Mutius*, aliique non pauci. Mitto, idem factitantes, Tacitum, Suetonium, Plinium, Lampridium, Spartianum, Capitolinum, Vopiſcum & Gallicanum, quibus frequens eſt hæc inverſio: Ipſumque mitto Dionem (ne dum Halicarnaſſeum, Strabonem, Plutarchum, & Appianum) qui ubi elegantiùs, ibi ſæpiùs ita ſcribit. Sua namque ſunt *Varro Quintilius, Taurus Statilius, Rufus Geminius, Nerva Coccejus, Rufus Virginius, Craſſus Calpurnius, Ælianus Caſperius, Sura Licinius, Fronto Cornelius*: & ejuſmodi infinita. Sed elegantiæ iſtæ ſunt, quæ malè tandem oluiſſent, ſi nunquam recto ordine invenirentur; multoque magis ſi rectè dicere, errori, aut riſui haberetur. *Porcius* enim *Cato*, apud eundem, *Mutius Scævola, Coccejus Nerva*, frequentiùs ſcribuntur; & nemo hinc in errorem labitur; ut credat Porcium eſſe nomen proprium Catonis, Mutium Scævolæ, Coccejum Nervæ. Accidit modò ſecùs homini, qui *Dionem Caſſium* perpetuò dici audiat: & Caſſius nomen gentis, (ut in patre, Caſſio Aproniano, & in pronepote Caſſio Dione, ſub Diocletiano Principe, Conſule) proprium Dionis nomen evaſit; tanquam ac ſi Dio eſſet nomen gentis, aut nomen aliud. Nec Dio ſolum; nam & *Sex. Pompejus Feſtus, Pompejuſque Trogus, Tatius*, vel *Statius Achilles* (Græcus, non nuperus Luſitanus) itidem, uti & *Æmilius Paulus*, corrumpuntur: cum nemo alio ordine, quam *Feſti Pompeji, Trogi Pompeji, Achillis Statii, Pauli Æmilii*, eos nominet. Reliquum nos authores rei etiam habemus Suidam, Photium, Conſtantinum Porphyrogennetam, & Tzetzem; præter antiquos omnes, qui ſolitarium Dionis nomen habent; quod indicat nomen ultimum. Suidas ſcripſit, utrumque nomen: Δίων, ὁ Κάσσιος χρηματίσας. *Dio, cognomento Caſſius*: ideſt *Caſſius Dio*: ſicuti cum ſcribit: Λογγῖνος Κάσσιος, *Caſſius Longinus*; aut propiùs: Πακάτος, ὁ Μινούκιος χρηματίσας. Πωλίων ὁ Οὐαλέριος χρηματίσας; Πωλλίων ὁ Ασίνιος χρηματίσας: *Minucius Pacatus. Valerius Pollio, Aſinius Pollio*; & ſexcenta ejuſmodi. Photius dixit Κασσίου Δίωνος, *Caſſii Dionis*. Porphyrogenneta: Δίωνος Κοκκηϊανοῦ, *Dionis Coccejani*; & Tzetzes qui ecgraphon & ipſe nactus eſt Dionis; pluries hoc ordine Dionis nomina ſcribit: Δίων ὁ Κοκκειανός, *Dio Coccejanus* (Chil. 6. hiſt. 69.) Κοκκηϊανὸς Κάσσιος Δίων *Caſſius Dio Coccejanus* (Chil. 9. hiſt. 275. (Cæterum, aut ſcribit Δίων, aut ſolitariè Κοκκηϊανὸς; quod eſt ſcribere nomen ultimum. Etiam Evagrio Scholaſtico, dum eum ſcripſit Δίωνι τῷ Κασσίῳ (lib. v. cap. ult.) ex genio græcæ linguæ, & ex vi eo loci, articuli præpoſitivi, τῷ, cognomen Dionis eſt indicatum; dicendumque in verſione, *Caſſio Dioni*. Sed dixi jam *Caſſium Apronianum* patrem, & dicam *Caſſium Dionem*, pronepotem; ut vel obduratæ fronti ſit liquidum, item in noſtro ſcribendum, dicendumque *Caſſio Dione*.

10. Ubi ordinem reſtitui nominibus noſtri authoris, redeo ad Hiſtoriam. Dionem pater Romam veniens adduxerit ne, an ſecus, haud conſtat: certe aliquando venit; & nemo ſtatarius dixerit, quonam anno: Unum videtur indubium; Principe M. Aurelio. Ubi maximè humanioribus literis, latinis ante alia, & encyclicis diſciplinis imbutum, par eſt credere: ut de matheſi abundè produnt, quæ ejus habemus opera, machinas dum deſcribit. Ab jure Romano, nemo tunc vel nobiliſſimus abſtinebat: quin nobiliſſimi tantùm juri navabant operam, ut qui cauſarum patrocinia aſſumebant, quoſque judiciis, & Provinciarum regimini, vel juri dicundo, præeſſe oportebat: Quæ pars maxima eſt potentiæ:

a Prin-

a Principe non libertis, aut libertinis, neque populo; ſed ſelectioribus nobilium, communicari ſolitæ; Romanis Equitibus, Senatoribus. Ad hæc Dio patrem habuit Juriſconſultum, Prætorem utique antea, & poſtea Proconſulem: ipſe de jure enucleatiùs, & uberrime ſemper diſſerit, & Provinciis multis præfuit ut videbimus. Prætor Urbanus fuit, qui & patronum in foro Romano egit: unde ei ſimultas cum Juliano, qui imperavit: atque ex profectu etiam colligendum, nam Juri (Romæ potius, quam Beryti) accuratè ſtuduit; non ſub Papiniann, Ulpianoque, Modeſtino, aliove æqualium Juriſconſultiſſimorum; qui tunc florebant: Sed apud Vinidium Verum, Salvium Valentem, Voluſium Metianum, vel Ulpium Marcellum, & Jabolenum, aut Cerbidium Scævolam; qui eos non minus ac Paulum, docuit, & Tryphoninum. Selegerim, ſi optio detur; Cerbidium Scævolam, qui, Rutilio & Forſtero authoribus, Papinianum ipſum & Severum hinc Auguſtum in Jure docuit: unde inter condiſcipulos antiqua conſuetudo, & aliqua amicitia. Diſciplinam militarem quoque aſſecutum, Romana lex & conſuetudo memorata Polybio, moneret; qua poſt poſitam prætextam, a decimo ſeptimo anno, decem ſtipendia cunctos facere, qui ad Magiſtratus, Remque publicam adſpiraſſent, jubebatur; ſi ſub Principibus inconcuſſe ſervata eſſet. Ipſe ſanè Dio ſe militum, dicit (ultimo libro, in Pannonia dum ei præerat) ſpiritus & militarem licentiam ſua diſciplina ſeverè cohibuiſſe.

11. Divini igitur humanique juris Dio peritiſſmus; & rerum gerundarum, prælucente patre aliiſque virorum ſummis, affatim inſtructus, in Senatum allectus eſt. De anno etiam incertum. Sub Commodo autem anno U.C. 933. Caſſius Dio Senator eſt: teſte ipſomet in Commodo. Nec in Senatum allegi potuit, niſi a M. Aurelio Antonino: quo Principe quique doctrina & virtute celebres Romam undique confluebant. Inter quos eſt Sextus, non Empiricus, ſed Plutarchi nepos ex fratre, Stoicus Philoſophus. Quum autem Quintilii fratres Cardianus, & Maximus, & hujus filius Sex. Quintilius Condianus Viri Clariſſimi & Conſulares, a Commodo ſtrangulantur, anno U. C. 936. Commodo IV., & Victorino 2. Coſſ., ſe fuiſſe in Cilicia narrat Dio, ibique oraculum diu antea Condiano factum, & ab eo pingi curatum, intellexiſſe; quod pridem aſpiciebat quidem, ſed neutiquam aſſequebatur, de Quintiliis iſtis loqui. Erat autem tunc Dio penes patrem, nondum quidem Conſulem, ſed tunc Proconſulem hujus Provinciæ. Nam & hanc Provinciam pater, poſt multa & longa munia in Rep., ſub Commodo, allato anno U. C. 936. eſt moderatus. (Chriſti 183, Tillem.) Qui enim ſub Trajano & Hadriano eruditiſſimus id factum opinatur Fabricius, apertè fallitur, T. Vipſtanium, aut C. Ventidium Apronianum dum accipit, pro noſtro Caſſio Aproniano. Nec advertit, hominem Procoſ. ſub Trajano, Hadriano ve, ab anno U. C. 864. circiter, vel 876.; ſi Conſul ſit anno U. C. 944., centenarium, ut minus, & docenarium, hanc fuiſſe dignitatem exerciturum. Proconſul namque ſit nemo non tricenarius: & ab anno U. C. 864. ad 944. quo Caſſius Apronianus eſt Conſul, octoginta labuntur anni. Voſſius in errorem hunc ſuum, traxit, eum alios, tunc Fabricium. Sed Dio ipſe Procoſ. Ciliciæ dicit patrem, dum Commodus imperabat; in pictura Sexti Quintilii de relato oraculo Amphilochi ei facta: nec teſtis alius audiendus. Præfuit autem & Dalmatiæ Apronianus. Sed Apronianum Aſiæ Proconſ. quem futurum Principem Caracallæ nutrix ſomniarat, quæ cauſa ejus necis anno circiter 206. (dum ſub Severo inauditus a Senatu Romano condemnatur) alium a noſtro Aproniano facit ut credam, Dio ipſe qui iſta narrat, & Xiphilinus qui ipſum exſcribit, lib. 76. pag. 863. Si enim pater ejus fuiſſet; nec Dio tantum facinus in patrem ſiluiſſet, nec Xiphilinus epitomator; qui alibi Apronianum, & patrem Dionis, & Conſulem, & admotum Provinciis regundis narrat.

12. Porro autem, haud videtur inveriſimile, Stoicum ſecta fuiſſe & Dionem; quæ per ea tempora latè dominabatur; eamque profitebatur M. Aurelius Auguſtus: qui diſcipulus Chæronæi, domum Apollonii ventitabat, hunc Stoicum auditurus. Adulatio autem Principes Viros ſequitur, umbra noxia: & Auguralis Scientia, in qua paſſim Dio forte aliquando Augur, proditur peritiſſimus, Stoicum etiam vult Dionem: etſi Stoicorum aliqui aſperè habeantur in ejus opere. Sed multi erant habitu & voce Stoici: philoſophi hirta coma, prolixa barba, detrito pallio, longis unguibus, ſordidi, & nunquam loti: in quos nobile eſt ſcomma Tib. Claudii Herodis Attici, per ea tempora Conſulis, qum apud Gellium horum unum intuitus; *Barbam video & pallium*, dixit *Philoſophum non video*. Seculum autem hos bonos; & doctos arbitrabatur; Princeps inter caros annumerabat; Provinciis & Magiſtratibus admovebat; & ſtuduit quiſque videri Stoicus, aut eſſe. Quod ipſe Dio in fine Marci monet; plurimos, inquiens, ſimulaſſe, ſe ita philoſophari, *ὡς ὑπ' αὐτοῦ πλουτίζωνται*, *ut ab eo divitiis augerentur*. Niſi ergo inter ejuſmodi fuit Dio (nam pro Viro candidiſſimo, valida urget ratio) pro veritate hiſtorica, in ſuos etiam Stoicos, locutum eſſe dicendum eſt: quod laudi, non vitio homini debet verti.

13. Prima ergo tyrocinia Dionis, foris militia, & Romæ Forum & actæ cauſæ. Qua in urbe, ubi per otium ei datum eſt, Flavii Arriani, Provincialis ſui, utpote viri Bithyni & Nicomedienſis, qui ſub Hadriano, Præſes fuerat Cappadociæ, philoſophi quoque Stoici (quod aliud eſt argumentum, pro Stoico, ſaltem ſchola, Dione) vitam ſcripſit: initium ejus operum, adhuc adoleſcentis ſub M. Aurelio. Qui merita patris, filii gratiſſimo aucta libro; (nam illi ipſum inſcripſit) remuneratus Dionem; e Foro tempeſtivius educens, in Senatum adlegit. Quæſtura primus magiſtratus erat urbanus, qui novo Senatori peteretur; ætate annorum viginti & ſeptem; quam indulgentia Principis, aliquando biennio contrahebat. In Dione autem non eſt, cur ab ætate legitima recedamus: nam obiiſſe Quæſturam, indubium eſt: Uti & fuiſſe Ædilem exinde, Curulem duco potiùs, quam Cerealem: quia Patriciorum hoc erat, id plebejorum; eoque in munere, curuli ſella (ut Prætor, Conſul, Cenſor, Dictator) ſedit. Porro a Quæſtura ad Ædilitatem poſt biennium gradus erat; ac antiquitùs Comitiis Tributis utique, non verò Centuriatis creabantur. Succedunt Commodianorum temporum tædia: poſt quæ P. Helvius Pertinax Aug. in ſuo breviſſimo Principatu, Dionem, præter alios honores, Prætorem, in ſequentem annum, deſignat: ut in grati animi monumentum, ipſe teſtatur, in M. Didio Juliano. Facta ergo hæc ſunt anno U. C. 946. quo imperavit Pertinax, ætate

Dio-

Dionis ſaltem triginta & octo annorum, ut inferius videbimus: ne dicam quod, *ſub Principibus* hæc ætas erat legitima ad Præturam. Ita per omnes honorum gradus, inoffenſo pede Dio decurrens, jam Prætor urbanus eſt, ſequenti anno 947.: tanta poſt Conſules dignitate, quanta nemini alii Magiſtratuum erat data; Ut qui olim Centuriatis Comitiis creabatur: non Tributis, ut Ædiles, Tribuni Plebis, aliique minores. Prætura namque, unus erat ex quatuor ſummis in Rep. Magiſtratibus: cujus originem, incrementaque, & amplitudinem, Dionis gratia, cito, paucis hîc complectar.

13. Romana plebs, anno U.C. 389. pro plebejo Conſule L. Sextio, ſibi tandem a nobilitate permiſſo, Patribus viciſſim duos novos Magiſtratus conceſſit, qui è Patriciis crearentur, Præturam, Ædilitatemque Curulem. Creatus eſt primus Prætor Sp. Furius Camillus M. F., qui jus in Urbe diceret: quod antea Conſulum, dum & ipſi Prætores dicebantur, munus fuerat. Ita coacti Patres ad unum e plebe Conſulem; judicia ſaltem in Prætore Patricio, ne ſibi in plebem potentia deeſſet, voluerunt. Succeſſu temporis ex uno duo Prætores creati, poſtea quatuor, tandem ſex: quod multitudo creſcens civium id exigeret. L. Cornelius Sulla auxit ad octo: at Cæſar decem, hinc quatuordecim, demum ſexdecim eſſe voluit. Falſuſque eſt Pomponius J.C., de origine Juris, dum Sullanis temporibus author eſt Prætores decem creatos: quod Dio noſter & ipſe peritiſſimus Juris & hiſtoriæ, de Julio tradit Cæſare. Auguſtus denique ad duodecim eos redegit; Tiberiuſque, hortante, Senatu, ut augeret, jurejurando ſe obſtrinxit, non exceſſurum: nec ultra Prætores ſunt aucti, vel imminuti. Ex his octo, de certis criminibus, quæ ex urna ſortiebantur, cognoſcebant: quatuor juri dicundo præerant; Prætor Urbanus, & Peregrinus; & Cereales duo. Urbanus jus tantum dicebat civibus; Peregrinus peregrinis inter ſe, aut cum civibus, litigantibus. Cereales de fideicommiſſis cognoſcebant: additusque aliquando eſt Tutelaris, qui de rebus decerneret ſpectantibus ad tutelam: Et ante poſtque Cornelii Taciti tempora, fuere aliqui ex Prætoribus, qui Ærario etiam præfuiſſe leguntur.

14. Quod ſpectat autem ad Urbanum, etſi par in Eo, & in Peregrino erat poteſtas; major tamen ſuper hunc, alioſque omnes erat Urbani dignitas; ut cui duo Lictores priùs, hinc ſex cum faſcibus apparuerunt, ut coërcerent, & ſummoverent. Ad hæc, iiſdem auſpiciis ac Conſules, creabatur: votiſque ſolennibus, Kal. Januarii in Capitolio nuncupatis, ſumebat prætextam, qua utebatur; inibat munus; proponebatque in Albo ſuo Edictum Prætorium, annalem legem; quod eo anno obſervari vellet: Decemviris ſtlitibus judicandis (hi quinque Romani Equites, & totidem Senatores) qui ex conſilio erant prætorio, cauſas perplexi juris deferebat. Tumque judicium, cui præerat, Centumvirale (quod centum Equites erant judices) & ſub haſta; ejus enim inſignia haſta & gladius: unde ortum illud, ſub haſta vendi. Planiores verò cauſas Equitibus, quos judices delegerat, committebat. Ipſe a tertia ad meridiem, aut nonam jus reddebat: qua de re populum per accenſos monebat ſuos, ſedens pro Tribunali in Sella Curuli eburnea in Comitio, quod pars erat Romani Fori. Alibi Sella ſimili, quæ poſt ipſum vehebatur, poſita ſedebat, & jus quidem, cum opus erat, reddebat; attamen tunc de plano cognoſcere dicebatur: unica ratione, quod non ſederet in Tribunali. Locus hic autem erat editus ac celſus, eorumque capax, qui de Prætorio ſuo erant conſilio, & forſitan aliorum: atque idcircò Centumvirale judicium nunquam fieri pro Tribunali, ſemper de plano legitur, quia tot hominum Tribunal non erat capax. Judices autem dabat Prætor formulamque judicii, non judicabat; & habebat jus habendorum Comitiorum: vocabatque in Curiam Senatum; Conſulibuſque abſentibus, Conſulare munus in Urbe, (extra quam juriſdictio ei nulla) non lege, ſed more majorum ſuſtinebat. Nec illud minimum, quod ludorum publicorum habebat curam: obſervatumque hiſtoriarum eſt monumentis, Prætorem Urbanum, dum Præturam inibat, ludos ſuos, magnificentiſſimos adeo edere eſſe ſolitum; ut in iis magnas plerique opes profuderint. Principum propterea liberalitate ſæpe ſuſtentabantur: ii præſertim, qui affines erant Principis, vel amici. Exemplo ſit Hadrianus Auguſtus, qui, Ælio Spartiano authore, Prætor factus ſub Sura II., & Serviano iterum Coſſ., $\overline{HS}$ iterum $X\overline{X}$. ad ludos edendos a Trajano accepit. Verique ſimile hinc eſt Dionem, qui Conſulatus ſumptus ab Auguſto Alexandro Severo accepit; in his Præturæ, accepturum fuiſſe etiam a Pertinace, ſi Pertinax tum vixiſſet. Peregrinus etiam Prætor, ludos Auguſtales edebat, ſed ab Tiberii temporibus, & ſumptibus ex ærario. Tunc enim Tribuni plebei, cum petiiſſent (ſcribit Tacitus, primo Annalium) ut proprio ſumptu ederent ludos; qui de nomine Auguſti Faſtis additi, Auguſtales vocarentur; decreta eſt quidem eis pecunia ex ærario, utque per Circum triumphali veſte uterentur: curru tamen vehi haud permiſſum. Mox celebratio annua ad Prætorem tranſlata eſt, cui inter cives & peregrinos, juriſdictio eveniſſet. Hæc erant partium, & amplitudinis tunc Præturæ: iſque tum erat Dio.

15. In Ampliſſimo autem Augurum Collegio, facit ut Dionem cooptatum cenſeam, frequentiſſima mentio oſtentorum, portentorumque, ob quæ male audit apud criticos Chriſtianos. Et ſumma Collegia Romæ, quatuor; Pontificum, Augurum, VIIvirorum Epulonum, & XVvirorum Stlitibus judicandis. His cura, quoto quinquennio ludos magnos edundi: eiſque adjecti *Sodales* quoque *Auguſtales*, dicuntur Tacito 3. Annalium. Ipſe illorum meminit Dio, lib. 53. (pag. 496.) ut, ad ſua uſque tempora permanentium. *Καὶ αὕτη μὲν διὰ πέντε ἀεὶ ἐτῶν μέχρι οὗ ἐγίγνετο, ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μέλουσα· λέγω δὲ τούς τε ποντίφικας καὶ τοὺς οἰωνιστὰς, τούς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους. Atque hi ludi quinquennio quoque, in hunc uſque diem celebrati: quorum curatio penes quatuor Collegia Sacerdotum, ordine & in vices. Dico Pontificum, Augurum, Septemvirorum* (Epulonum) *uti appellantur, & Quindecimvirorum* (Stlitibus judicandis.) Porro per horum Sacerdotes Summorum Collegiorum, oſſa Auguſti legi putatum, dicit Suetonius cap. 101. Augures, coronati incedebant, ex Plutarcho in Cæſare (p. 730.) & in agrorum terminis, auſpicia maxime ſpectata. Ei ſanè Sacerdotio tantus honos acceſſit, ut nihil belli domique, niſi auſpicato gereretur: concilia populi, exercitus vocati, ſumma rerum, ubi aves non admiſiſſent, dirimerentur. Augurum enim partes fuerunt, ut aves inſpicerent,

rent, de Cœlo ſervarent, nuntiarent; de prodigiis, ſomniis, oraculis, portentis reſponſa darent, procurationes portentorum edicerent. In quibus totus, & In toto opere Dio eſt. Iidem manu geſtabant lituum, quo templum ac circulum ſibi definiebant, & fines ac regiones, qua involarent, aves, a dextra ac læva in aëre deſcribebant.

16. Interim, ſpe Imperii injecta, L. Septimio Severo, ex interpretatione ſomnii hujus, qui verè eodem anno imperavit; *περὶ τῶν ὀνειράτων, καὶ τῶν σημείων*, *de ſomniis, & ſignis* Dio ſcripſit: eo eventu, ut Severus (cui datis literis Imperium portenderat) dono miſſum Roma a Dione librum, lectum, gratiſſimumque ſibi eſſe, dum reſpondit, teſtatus ſit. Amicitiam cum Severo Dioni reor jam tum ab ſchola Juris Cerbidii Scævolæ, ut dixi, hinc ab Conſulatu Commodi Auguſti IV. & Victorini II. decennio ante; ab U. C. 936. quo Bithyniæ Procoſ. (1) (apud Paſchale Chronicon) Severus fuiſſe, & ibi celebre Apollonium legitur dedicaſſe: & patria Dionis Provincia, ſi meminerimus, eſt Bithynia. Nec ipſe alioqui de ſomniis primus ſcripſit. Artemon Mileſius his libros replevit vigintiduos, quinque Demetrius Phalereus, totidem Hermippus Berytius, tres Geminus Tyrius, duos Panyaſis Halicarnaſſeus. Turba ſunt, qui ante Caſſium ſomnia interpretantur: ex quibus, Athenienſes Antiphon & Philochorus; Telmiſſenſes Apollodorus & Ariſtander. Apollonius fuit Attaliota, Alexander Myndius, Dionyſius Rhodius, Epicharmus Syracuſanus, Nicoſtratus Epheſius, Phœbus Antiochenus, Serapion Aſcalonita, Heraclides Ponticus. Ariſtarchus, Cratippus, Strato, & Ariſtophanes grammaticus, fuêre patria . . . . , & Daldianus Epheſiuſque Artemidorus. Qui illis ipſis Dionis temporibus, quatuor libris Onirocritica complexus, eos Caſſio Maximo dedicavit: forte ex iiſdem Caſſiis atque Dio; quòd Maximum hunc, Phœniciæ Magiſtratum autumant Tillemontius & Fabricius. Hos cunctos facile legit Dio, in primiſque Ariſtotelem Stagiritam, Hippocratemque, qui ſuis vigiliis non hæc ſtudia indigna rati, luculenter etiam de ſomniis, commentaria edidiſſe leguntur. Suadetque rem quoque Artemidorus, qui ſua ſcripturus, undique ex Græcia, Oriente, Italia, & undecumque, authores narrat ſe collegiſſe, qui ante ſe de ſomniis conſcripſerunt. Inter quos, ſi Aſtrampſychum non memoravi, hoc factum; quod Dione poſteriorem, nec valde antiquum, Rigaltius eum ducit.

16. Aſt interea, vix dum in ſequentem annum, Dio Prætor eſt deſignatus; quum Imp. Pertinax trucidatur, & M. Didius Commodus Julianus, immenſa auri vi turpiſſimè empto milite, fit Auguſtus: Tumque ab Dione, univerſoque Senatu; præcipuè ab iis, quos Pertinax honoraverat, trepidatum eſt: quod in hos omnes Didius inſaniret. In Dionem præſertim, quod dum cauſarum patronum agebat in foro Romæ; pro juſtitia tuenda innocentiaque, valde ab ipſo Prætor credidit ſeſe læſum. Præturam enim a Marco, obtinuit Julianus. Diſcrimen tamen, feliciter, tum ſe ſcribit Dio evaſiſſe, qui etiam ſub Severo & Caracalla in Senatu manſit. Etſi aliquando cum Caracalla, Læto II. & Cereali Coſſ., anno U.C. 968. Nicomediæ fuerit in Bithynia; Saturnalibus, cum hic Princeps, epulum ibi præbuit Senatoribus. Nec Conſul ab iis unquam eſt deſignatus: licet proximus a Prætura Urbana, poſt biennium Conſulatus. Quamobrem ſuo genio ſtudiiſque indulgere, coactus potius, quam permiſſus, meditatur, moliturque Romanum opus. Occaſio, ſomnia, & vita, quam ſcripſit Commodi, & Hadriani (hanc etiam ſcripſit ob patrem Apronianum, cujus amplitudini initia ille præbuit) in primis Commodi: cujus vitam Severo miſſam, lectamque & aliis, placuiſſe gaviſus; Genii ſui juſſu, univerſam Romanam Hiſtoriam mente concipit: & colligendis, ſecernendiſque, optimis, quibus uteretur, authoribus, incipit lucubrare. Per decem annos, ab eo anni U. 953., partâ paratâque, ut par erat, maxima ſcriptorum ſuppellectili, ſcribere exorſus eſt: rem perſecutus, ſolidis aliis annis duodecim (annos enim totidem ipſe narrat) diſtributo opere in octo Decades, diviſoque in octoginta libros (quot orationes nempe edidit etiam ejus avus Dio Chryſoſtomus Coccejanus) ab U.C. ad ſua tempora, ad Severum. Sane quod olim ſcribenti placuerat & Jubæ Regi; *Ῥωμαϊκῆς Ἱστορίας* ei titulum fecit Dio, non verò *Ῥωμαϊκῶν Ἱστοριῶν*, aut aliter, velut antiquiorum nonnulli citant: qui titulus ut eſt erroneus, ita *Ῥωμαϊκῶν* etiam eſſet optimus. Sed labor, qui ut plurimum Capuæ (unde Geta, Plautianoque II. Coſſ. anno U.C. 957. ſævientem Veſuvium vidit) ubi ejus latifundia cogitavimus, (2) impenſus eſt, eo teſte, dum in Italia morabatur; aliquandiu eſt intermiſſus, quòd Macrinus poſt Caracallam Princeps, Dionem extra Italiam (Romæ enim erat cum de aſſumpto ab eo, Imperio, literæ in Senatu ſunt recitatæ) miſſum; liberis Aſiæ civitatibus; Smyrneis, nempe, præfecit, & Pergamenis. Sed brevem fuiſſe oportet hanc Præfecturam: etſi namque de claſſoad Cyzicum, a plebejo quodam ad res novas ſolicitata, ſcribat, tamquam ipſemet e propinqua Pergamo, ubi præerat, cognoviſſet; reſque Macrini præcipites ruebant: Attamen paulo poſt, cum Macrinus de Pſeudantonini perduellione literas Romam miſit, Dio jam Romæ erat, ubi in Senatu ait ſe iiſdem interfuiſſe, dum literæ recitantur. At verò dum Elegabalus Romæ Baſſianum adoptat, Dio in Aſia verſabatur, non Romæ; nam in Bithyniam, domum perrexit, & ægrotavit: turpiſſimi forte illius imperii pertæſus; propterea, & agens peregrè. Tandem verò aliquando, ſub Alexandro (ſub Elagabalo namque, quique optimi feriantur) Procoſ. Africæ datus, mox Dalmatiam Præſes transfertur, ac denique Pannoniæ Superioris creatur Præſes. Pro Procoſ. Africæ, Præfectum Ægypti, male dixit Antonius Auguſtinus, in gente Caſſia, & exſcriptor ejus Pitiſcus, in Lexico v. Dio, aut illuſtrator Urſini Auguſtinique Patinus: immemores, Equitem, non verò Senatorem, ut erat Dio, jam tum ab Auguſto, Ægypto præfici.

(1)
M. Aur.
An. 7. L. Statius Quadratus Procoſ. Bithyniæ A.U.C 934.
An. 8. . . . . . Pollio Procoſ. Bithyniæ A.U.C. 935.
An. 9 Septimius Severus Procoſ. Bithyniæ A.U.C 936.
Hi omnes habentur ex Orat. ſacris 2. & 4. Ariſtidis, & ex Actis S. Martyris & Epiſcopi Polycarpi. Videſis notas Valeſii ad Hiſt. Eccl. Euſebii lib. 4. c. 15. pag. 63. Vide Tillem. art. 4. Commodi Imp.

(2) *Traian Empereur* (l'an. 101. de luy 5.) *ordonna qu'on n'admettroit aux charges que ceux qui avoient le tiers de leur bien en fond dans l'Italie.* Tillem. art. 24. de ſa via en fin.
On remarque qu'il (M. Aurele) ordonna que tous les Senateurs avroient au moins le quart de leur bien en Italie. Tillem. ia M. Aurele (ex vita ejus p. 27.) article 28.

ſci. Dalmatiæ olim, ut dixi, præfuit & pater Apronianus: & diutius forſitan quam filius: ſub Marco enim & Commodo, Provinciarum Rectores, ad quinquennium regere ſunt permiſſi.

16. Veriſimile valde eſſet, inter præſtantiſſimos illos Viros, quos Mamæa ſelegit formandis moribus filii, inſtituendoque novo Principi Alexandro, tum adhuc puero; Dionem quoque fuiſſe. Erat Senator Dio, nobiliſſimus, & Vir probus & eruditus; juriſconſultiſſimus, uſu rerum detritus; etiam ab hiſtoria; & philoſophus magni nominis. Attamen Roma tunc aberat, abfuitque etiam aliquanto deinceps, Pergamenis in Aſia adhuc impoſitus & Smyrnæis; & hinc ſemper peregrè variis Provinciis datus Præſes. Verum Alexandro cariſſimus ſemper fuit, ut qui dilexit impensè hiſtoricos: nec abhorret a vero, idcircò a Principe iſto inter ſuos præcipuos eſſe habitum, admotum tribus continenter Provinciis, ſemel ſibi ſuffectum Conſulem, ac iterum ſecum aſſumptum: & impendia ingentia ejus ordinarii Conſulatus, ſuis pro eo ſumptibus, haud obvia munificentia temporum, acta eſſe. Hæc enim omnia ipſe ſibi eveniſſe narrat. Nam Conſul primum fuit, ſed ſuffectus, in ſequiori anni parte: neque dubium, cuinam fuerit ſurrogatus. Ab Alexandro enim ſibi primum Conſul, qui & de ſecundo, cum eodem Principe gloriatur: proinde cum L. Quintilio Marcello Coſ., qui ordinarius Coſ. proceſſit cum Alexandro Aug. a. anno ab U.C. 979.; Cl. Tillemontius opinatur, ſuffectum hunc & non ordinarium Dionis Conſulatum, ab eo geſtum cum Severo Auguſto, ante annum U. C. 963. quo anno Severus obiit. Fluxam verò infirmamque opinionem, mea ſententia, cùm ob alia non ſequitur, tum quod improbabile mihi, ni abſurdum eſt, Exconſulem, a Macrino hinc Smyrnæis & Pergamenis datum Præfectum: quæ tyrocinia erant, poſt magiſtratus minores, quibus aſcendebatur ad Conſulatum. Cæterum Dionis ordinarius Conſulatus, in ſeptimum incidit Severi Alexandri annum, U. C. 982., qui eſt etiam Hiſtoriæ ejus finis.

17. Semel ergo Procos. Dio, bis Præſes, bis Conſul. Procos. Africæ anno U. C. 978. Marcio Ruſo, & L. Turpilio Dextro Coſſ., tertio Alexandri anno. Inſequenti anno Romam rediit, & brevem geſſit Conſulatum primum in parte anni, U.C.979. Hinc ſtatim datus eſt Præſes Dalmatiæ, anno U. C.980. & Præſes item Pannoniæ ſuperiori, ſequenti anno 981. Denique, ut ex Provincia venit Romam, Conſulatum alterum geſſit (ut dictum eſt) anno U. C. 982. Poſtquam enim (extrema do ejus verba, ex libro ultimo) ex Aſia, & Præfectura Smyrnæorum & Pergamenorum ſub Macrino, in Bithyniam venit: Nicææ in patria, ægrotavit. (melius, convaluit: nam ἀῤῥωϛεῖν, quo verbo hîc Dio utitur, juxta Ammonium, propriè domi convaleſcens ſe continere, ſignificat: νοσεῖν verò ægrotare, & in lecto ex valetudine jacere) Reparata ſalute, ex patria Romam, & exinde ad Africæ Proconſulatum profectus: exactoque anno, in Italiam reverſus & Conſul ſuffectus ad breve tempus, hinc recta pene, ut ita dicam, in Dalmatiam, inde in Superiorem Pannoniam miſſus eſt. Qua vix dimiſſa Provincia, dum eſt Romæ; Prætoriani, poſt trucidatum Ulpianum, eum quoque ſunt comminati, quod quum in Pannonia Dio, continenter militibus præfuiſſet, verebantur, ne flagitaret, ut Alexander eos etiam, Pannonicorum vivere cogeret inſtitutis. At Imperator, ratione habita eorum nulla, eum magis honeſtat; ſecumque iterum una deſignat Conſulem; ac ſumptus, qui Conſulatum ineuntibus, opus ſunt; in ſe ſuſcipit erogandos. Moleſte interim hæc ferunt Prætoriani; quamobrem veritus Alexander, ne eum, ubi cum Inſignibus ſpectent imperii, interficiant; ut extra urbem, jubet, alicubi per Italiam Dio maneat, hujus tempore Conſulatus. His geſtis, poſtea Romam venit, & inito Conſulatu digreditur in Campaniam ad Alexandrum; verſatuſque ad dies cum eo aliquot, cumque omni ſecuritate viſus militibus, domum dimiſſus rediit, quòd pedibus laboraret: ut reliquum vitæ hinc tempus, omne tranſigeret in ſua patria. Hoc ipſe credidit apertiſſimè ſibi Genium, cum eſſet in Bithynia, indicaſſe. In ſomnis enim aliquando a Genio ſibi præcipi viſum eſt, ut hos Homericos verſus, (1) ad calcem Hiſtoriæ ſuæ appingeret:

Juppiter e multis crudelibus Hectora telis,
Pulvereque in cæde ſubduxit, bellique tumultu.

quæ poſtrema ſunt in hac Hiſtoria, ejus verba. Utpote qui dexteritate prudentiaque ſua, & ope Numinis, manus effugerit Commodi, Severi, Caracallæ, & Elagabali; & ex publicis curis, bellorumque tumultibus, ſe ſubduxerit ad quietam, ſibique vitam. Colophonem ergo Romanæ Hiſtoriæ, in patria impoſuit Dio; Conſularis emeritus, domi ſuæ: ubi dum cum ætate gravi, & dolore ex pedibus conflictatur, clinicus, aut ſellularius ſenex, quietum animum tenuit a ſcribendo.

18. Uxorem indubiè Dio habuit (quam ferali pompæ a Severo Aug. pro Pertinace imperatæ, ſecum interfuiſſe bis memorat) ex qua natus ignotus nobis, eum cognominem genuit ſibi filium, qui poſt longa munia in Rep., primùm Coſ. fuit cum C. Junio Tiboriano, anno U. C. 1044. Diocletiano Principe; poſtmodum Procoſ. Africæ Tuſco & Aquilino Coſſ. (ex Actis Fabii Maximiliani 4. Idus martii ſub eo martyris) hinc Præf. Urbi, anno U.C.1049. Diocletiano Aug. IV., & Conſtantio Cæſare Coſſ. Eum autem non filium, ſed nepotem Dionis dixi, aliàs tempora non conſtarent. Sit filius Dioni annorum, ut minus, quindecim, anno U. C. 982. jam erit ab anno U. C. 968. ad 1049., ſenex annorum 82.; adde reliquum vitæ, quodcumque velis; nonagenarius prope erit, & Præfectus Urbi in ætate dudum exacta. In nepote, abſurda hæc omnia evitantur. Adde inveriſimile, & neque verum, noſtrum Caſſium uxorem duxiſſe ſexagenarium. Duxerat enim eam jamtum ab anno U. C. 944. ut minus, extremis Commodi, quum Cæſar hic in natali ſuo gladiatorium munus edidit: eamque narrat, & filium, cum aliis Senatorum uxoribus filiiſque, illi ſecum ſpectaculo interfuiſſe. Degenerem autem patri fuiſſe filium probat, nulla ejus memoria hinc a patre. Sed quamdiu Dio vixerit nemo ſcribit: noſque ætatem ejus, ex Senatoria ætate, utcumque aſſequimur. Initiis enim Commodi, anno U.C. 933. jam Dio Senator eſt: & ubi Commodus jam Imperator Romam redit, ei, quam in Senatu habuit, orationi, Dio profitetur ſe interfuiſſe. Senatoriam autem ætatem, quod conſtat omnibus eruditis, ipſe Dio lib. 52. & Ulpianus (L. ad Remp. D. De munerib. & honoribus) viceſimoquinto definit anno: ejuſque ſaltem, tum erat ætatis Dio; & anno ſaltem natus eſt U. C. 909.

(1) Iliad. XI. v. 164.

909. Antoninus Pius dum imperabat. Ab eo enim anno ad hunc U. C. 933., terminis computatis, anni intercurrunt viginti & quinque. Interim ooo a Commodo Senator ſactus eſt Dio, ſed indubie a M. Aurelio, anno ante, bienniove; hique accreſcunt ejus ætati ab anno U, C. 907. vel 908. Quo calculo admiſſo, (admitti autem oportet) viceſimum ſextum, vel viceſimum ſeptimum, tunc anno U. C. 933. Dio agebat annum Senator; Præturam, legitimam ultra ætatem, geſſit anno U. C. 947. annorum triginta novem aut quadraginta; & anno U. C. 982. vitam vixerit, annos quinque ferme, aut ſex & ſeptuaginta.

19. Quamdiu poſtea hinc Dio vixerit, incompertum; duos crediderim, aut tres; ſummùm annos quatuor: & octogenarium, vel propè, tandem occubuiſſe anno U. C. forſan 986.; adhuc Principe Alexandro. Hæ rationes noſtræ. Cl. at Fabricius: *in patria*, inquit, *diem videtur obiiſſe ſupremum, ſeptuagenario, aut propior, aut major: ut potè qui per quadraginta circiter annos, Senatoriam Dignitatem geſſit*. Vajerus nihil determinavit, dum *ſub vitæ declivi*, ipſum remeaſſe ſcribit in patriam: quod Voſſius *extrema* factum *ſenecta* putat: & quique alii vitam Dionis ſcribunt, de hac re altùm ſilent. Poſſet equidem Hiſtoria ulterius non producta, etiam mox vitam defeciſſe, nonnihil arguere, ſuo authori: ſed Dionia ſubeſt ratio; geſtorum alibi veritatem dum ipſe aberat longiſſime ab Italia & ab Senatu; quia noſſe optime, ut decebat accuratum, diligentemque & veridicum Hiſtoricum, non poterat, idcircò a proſequendo opere deſtitiſſe. Præterea nec id evincet, eo anno, quo Dio eſt ſecundùm Coſ.; ſuffectum legi Conſulem Gordianum: (quod poſt Tillemontium, vult Relandus) argumento, quod conſuetum, tantum Principi vivo, aliis verò civiliter, aut naturaliter mortuis Coſſ., Conſules ſufficere, non abſentibus. Eſto namque eo anno ſuffectus ſit Gordianus (qui potiori ratione, occiſo Elagabalo, anno U. C. 975. IV. Idus Martias, ſuffectus eſt Alexandro, tunc primùm Coſ. diceretur) non Dioni, ſed ſuffectus eſt Alexandro, qui *Conſulatum ter tantum iniit ordinarium, ſed primo nundino*, inquit Ælius Lampridius, *ſibi alios ſemper ſuffecit*; contentus Auguſtus tantummodo iniiſſe, & primo geſſiſſe nundino. Notum opinor, ſenundina quoque anno; & nundinum ad bimeſtre; ut Januarius & Februarius, primum nundinum loco allato. Ita, qui *Præturam nobilem*, ait Capitolinus, *geſſerat* Gordianus *poſt juris dictionem, Conſulatum primum iniit cum Antonino Caracallo*, (quod Tillemontius figit anno U. C. 966.) *ſecundum cum Alexandro*: quod uterque Auguſtus Gordianum ſibi Conſulem ſuffecère.

20. Advixerit autem, an ſecùs, noviſſimo Conſulatui ſuo Dio; in eo certè ſuæ Hiſtoriæ finem fecit. Homo dexterrimus ac prudentiſſimus, qui tempora illa bonis omnibus difficillima, adeo feliciter eſt emenſus, ut in eorum nullum impegerit ſcopulorum in quos tot Clariſſimi viri alii, naufragium, ſub truculentis, inſanientibuſque Principibus, pertulerunt. Juvit autem, cavitque ad hæc hominem, ejus ratio ſtudiorum, & ſana Philoſophia: in primis verò Sapientia ab Hiſtoria, magiſtra vitæ: A qua uberrimè, tot variis Gentium, hominumque contrariis eventibus detritus, ne dum edoctus, dum una cum collegis Senatoribus renuntiat octo Principes; Commodum, Julianum, Severumque novit pati; Caracallam verò, Macrinum, & Elagabalum ferre ſapuit & vitare. Seceſſus autem illi, & ſtudia, ſacra fuerunt anchora; & plus ſilere, ſcribereque, quam loqui. Quam ob rem ſibi Dio, ſuoque nomini ſummopere conſuluit: non ſcriptitans, ſed ſcribens æternitati; qui ſibi a ſuo Genio promiſſum memorat, ſuam numquam Hiſtoriam perituram. Veritatem tamen eventus, & laborioſi indefeſſique ſpem viri, potiùs quam Genii oraculum, nos (ſed labore procul dubio, majori) per vicennium & biennium jam curavimus: nempe tot annos, quot ipſe ſuæ Hiſtoriæ ſcribendæ inſumpſit: Quòd, quæ in magnum Reip. uſum Dionis Hiſtoria ſemper fuit, hactenus non ab vulgo, ſed ab erudítiſſimis quibuſque, & optimis ingeniorum operumque æſtimatoribus exſpectatur. Ubi Dio namque loquitur; viri authoritas, qui fruitur fama ſui, prævalet univerſis: eoque ſilente, reliquorum dicta, veluti nutant; & jure quidem. Quod namque ambitioſo nimis apparatu Tacitus facit; id quidem etiam, ſed occultè, & ſilenti agmine, & veluti ac ſi aliud agat, Dio perficit: probè callens, verè politicum ſedulò ſe occulere. Inquirit in cauſas Dio, docet Principes, milites inſtruit, armat Duces; & arcana Imperii, caſuumque ſecreta pandit: virtutem denique laudat, influit; & vitia, tanta arte caſtigat, ut non ars, ſed natura ipſa narrare videatur. Imitator Thucydidis, charactere ſublimi, & eloquentia optimus, Photio teſte ampliſſimo, claritate perſpicuitateque, vel dum intricatiſſima miſcet, frequenter ipſo Thucydide major eſt. Philoſophus fuit Dio, & mathematicus, recti tenax, ſacrorum callentiſſimus, Juris ſciens, regnandi arte peritus, & humanioribus artibus luculenter imbutus. Non odio quidquam ſcripſit, aut negligentia omiſit, nec ſtudio partium ſe abripi paſſus eſt: & hiſtoricam libertatem, ſine amarulentia, aut immodeſtia, præ oculis ſemper habuit. Æternum denique ſibi conſtans & ſimilis, famam figuramque animi ſui, nobis reliquit: non imaginibus, (etſi plena imaginibus ejus Domus) quæ marmore aut ebore finguntur: nam ut vultus hominum, ita ſimulacra vultus, imbecilla ac mortalia ſunt; ſed hoc opere, hac forma mentis æterna, quam tenere & exprimere, non per alienam materiam & artem, ſed ſuis ipſe moribus potuit & ingenio. Quidquid miramur, manet; manſurumque eſt in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerum. Nam multos veterum, velut inglorios & ignobiles, oblivio obruit; Dio poſteritati narratus & traditus, ſuperſtes erit: (1) celebrior ex Hiſtoria, quam ex Trabea aut Palmata, quas induit; & Imperio dignior, quam abjectus Afer Macrinus, aut monſtrum Imperatorum Syrus, fœdiſſimus Elagabalus.

21. Domum habuit nobiliſſimam in Palatio, ab ipſo potiùs exſtructam, quam ab Aproniano ejus patre: quod ipſe ultra annos quadraginta Senator Romæ fixus, loco tutiſſimo, & commodo ad Præturam, vicinam Foro, ad Senatum, ad Principem in Palatio, de domo magis debuit cogitaſſe. Ea fuit inter ædem Jovis Victoris, & Curiam veterem; teſte anonymo, qui ſub Arcadio & Honorio, deſcriptionem Urbis Romæ poſteris commendavit. Is Regione X., *Palatium*, inquit, *continet Caſam Romuli, Ædem Matris Deûm, & Apollinis Rhamnuſis; Pentapylum, Domum Auguſtanam, & Tiberianam;*

Ædem

(1) Ita de Socero ſuo Agricola Tacitus. Ea nos potiori jure Dioni noſtro, poſſe credimus applicari.

P R O L E G O M E N A.

Ædem Jovis Victoris, DOMUM DIONIS, *Curiam veterem*, &c. In cujus Commentario Pancirolus (pag. 182.) *Domum Dionis:* ſcribit, *credo Caſſii, Cocceji cognominati, ex Nicæa Civitate Bithyniæ, nobilis Hiſtoriographi, qui LXXX. libris, in Decades VIII. diviſis, Romanorum Hiſtoriam, uſque ad Alexandrum Mamææ eſt proſecutus: ut Suidas refert. Aproniani Dalmatiæ & Ciliciæ Præſidis filius fuit* (ignorat & Conſulatum) *Senator Africam Procos; Dalmatiam & Pannoniam Præſes rexit. Demum Conſul fuit. Ejus domus, ut inſignis hic ponitur. Victor pro Dione ponit* Dionyſii. *Sed mihi alia lectio magis placet.* Recte omnia, quorum partem eſt legere in Theſauro Pitiſci, verbo *Domus:* ſed turpi mendo; quod nobilem hunc Hiſtoriagraphum, *ſub Diocletiano* facit Conſulem; nepote pro avo ſumpto. Diſplicet hîc & aliud in Pitiſco, quod apud Victorem legi *Dionyſii* audito, ipſe non Pancirolo conſentit, ſed cum Nardino in Roma veteri, quærit de quonam hoc Dionyſio. *At cujus?* inquiens, *Nomen græcum hoc, & forſan alicujus artificis, aut artium profeſſoris percelebris. Dionyſii Iconographi meminit Plinius & Medici. Fuit & Pictor, nec non alius ſtatuarius; multique eo nomine alii. Cujus eam fuiſſe ex his dixerit?* Neutrius horum dico: quę mendicabula hominum pudet invehere in Palatium: noſtri Dionis fuit; qui non Victoris errore, ſed amanuenſium lapſu, *Dionys*, quandoque ſcribitur, & hinc ſequioribus, tanquam dimidiatus, temerè factus integer *Dionyſii*. De mendo non dubium, ſed certiſſimum. Etiam in editis Excerptorum, in metopo, *Dionys* legitur; nec alii, dixerim, Dio notior, quam Valeſio, & Urſino. Etiam in antiqua inſcriptione apud Gruterum, legitur *Alexandro Aug. III. & Dionyſio Coſ.*, quod ex ſcriptoris quoque licentia factum dico, qui legere maluerit *Dionyſio*, quam *Dione II.* Quis enim ignorat Dionem noſtrum, cum Alexandro Aug. III. ſecundò fuiſſe Conſulem, & nullatenus fictum hunc Dionyſium? Cæterum Dio ſubſcriptus legitur ſecundo ſuo hoc Conſulatu, viginti Codicis legibus plurium titulorum, ita ſemper, *Dione II. Coſ.* (1) Sed de his affatim, & pro cauſa.

22. Æternum autem nomen hoc domui partum duco, ob celeberrimum nomen Domini; & a magnificentia, amplitudineque & firmitate ædificii; ab elegantia Architectonices; a marmoribus, exquiſitiſque columnis; & ab Deorum Signis: in primis Deæ Fortunæ (cui toto paſſim opere, ſe ſuaq; omnia devotiſſimum refert Dio) aliiſque ornamentis, quæ poſt duo ſecula & eo amplius, ad tempora Arcadii & Honorii, florentiſſimam famam adhuc ſibi Dominoque ſuo, apud Populum, qui mirifice hiſce rapitur, ſervabat. Quod præter Deorum ædes, publicaque ædificia, & Domos Cæſarum, paucis primorum aut Conſulum aut Prætorum, fuerat datum fato. A ſitu denique, ad auſtrum Palatii, ubi ædes Jovis Victoris, & vetus Curia, inter quas, ut dixi, Dionis domus: putem ad ædem pręter propter modo S. Anaſtaſię, ad Arcum Jani: undè via brevis ad Capitolium. Alexander Donatus, qui recte domum Tiberianam ſiſtit ad Velabrum (ubi modo S. Georgii ad Velabrum) neſcio cur veterem Curiam ad Arcum reponat Conſtantini. Nam cum (ex ipſo) domus Tiberiana ſit, ad Velabrum; ędes Jovis Victoris ſit deinceps; & Domus Dionis, poſt ędem S. Anaſtaſię eſſe oportuit.

23. Præter Romanam Hiſtoriam; quæ Dio ſcripſerit, multa Suidas adſtruit: Ἔγραψε, inquiens, Ῥωμαϊκὴν Ἱστορίαν ἐν βιβλίοις π'. διαιροῦνται δὲ κατὰ δεκάδας· Περσικά· Γετικά· Ἐνόδια· τὰ κατὰ Τραϊανόν· Βίον Ἀρριανοῦ τοῦ Φιλοσόφου. *Scripſit Romanæ Hiſtoriæ libros 80., in decades diſtributos. Item Perſica, Getica, Enodia, Res a Trajano geſtas, & Vitam Arriani philoſophi.* Librum *de ſomniis & prodigiis*, non novit, aut obliviſcitur, qui multa non ſua Dioni appingit. Getica dudum eſt, ex quo non Voſſius, aliique in communi verſati errore, ſed Cl. Ludolphus Kuſterus ad Suidam, ad Dionem Chryſoſtomum ſpęctare oſtendit: & hinc nuperus etiam editor Philoſtrati. *Dionem Caſſium*, verba ſunt Kuſteri, *cum Dione Chryſoſtomo Suidas hic confudit. Poſteriori enim Getica tribuenda eſſe diſcimus ex Philoſtrato, qui libro 2. de vitis Sophiſtarum pag. 491. expreſsè refert, Dionem Chryſoſtomum de iſto argumento ſcripſiſſe.* Non inſuetum equidem plures idem tractare argumentum; Sed *Getica* mox Suidas, Dioni Chryſoſtomo non aſſignat: adeo verum eſt noſtro dare, quæ alteri eripuerat. Dacica Trajanus ſcripſerat; amici, Dio Chryſoſtomus (quod olim ad eos profugerat, & diu ibi manſit) Getica; Arrianus Alanica, Parthica, Bithynica deſcripſerunt. Nec *Perſica*, quod primus novi, *Dionis* ſunt. Opus ea *Dinonis* ſunt, qui Tarentinorum Dux, & Clitarchi pater, vixit Magni Alexandri tempore, & ſcripſit *Perſica*: teſtibus Plutarcho in Themiſtocle, in libro de Iſide & Oſiride, in Alexandro: Plinio lib. x. cap. 49. Æliano de Animalib. lib. 17. cap. 10., & Variæ Hiſtoriæ lib. 7. cap. 1.: Athenæo Dipnoſoph. lib. 2. Cornelio Nepote in Conone, Luciano in Macrobiis: ipſo Laërtio (ex cujus alibi corrupta lectione, totus hic ortus error) in Proœmio ſui Operis, vitæ Philoſophorum. Voſſius in Hiſtoricis Græcis lib. 4. cap. 8. de Dinone locutus, rectè monet, nunc ſcribi Δίνων, nunc verò Δείνων; & benè ſcribit: *Diogenes Laërtius in Protagora, citat Dionis* Δίωνος Perſica. *Sed* Dinonis Δίνωνος *planè legendum eſſe liquet, ex authoribus allatis, ipſoque Laërtio in Proœmio*; ubi Δείνων citatur, & ejus Περσικά. Voſſius tanta vidit. Mirum proinde eundem non cognoviſſe, malè a Suida, *Perſica* iſta Dioni tribui. Aurea (obiter dictum jubeo) illa fuit Dinonis vox, a Plutarcho in Quæſtionibus Græcis relata, ex Apollodoro in ῥήτορι, qua cum præco, poſt ſententiam a Dinone aliiſque dictam, pronunciaſſet: *Hæc ſententia, ſuffragia habet plura*; ipſe liberè continuòque ſubjecit: *Sed mea habet ſuffragia meliora.*

24. Scripſiſſe Dionem Ἐνόδια, vult Suidas: & quid ſint hîc *Enodia* adhuc quæro. Kuſterus neſcire ſe rem teſtatur; idem facit Voſſius: & Wolfius Hieronymus, qui Ἰνδικά emendat, ſuo marte, dubitem an rem tangat: *Itineraria.* Ab ὁδός, eſt ἐνόδιος, & ἐνόδιος proſa, *in via ſitus, in via habitans*: unde Mercurii, & Hecates epitheton, qui in viis collocabantur, & colebantur, ad fauſtum iter. Ἐνόδια etiam dicuntur, *quæ in via occurrunt.* Si hæc admittas, titulus illius operis poteſt fingi: *De his, quæ fauſta occurrunt, in itineribus*; & Dio in ipſis, ſua auſpicatiora itinera deſcripſerit. Sed vereor homini hoc

 etiam

(1) Ii ſunt: De procur. In quibus cauſis in integr. De inofficioſo teſtam: De probationib. De compenſat. Sin cenſ. v. reliq. De dot. caut.: De donationibus inter vir. & ux.: De repudiis: De adminiſtr. tut.: De ſuſpect. tut. De excuſat. tut. De his, quæ ut indign. De jure Domin. impetr. De fidejuſſorib. De pactis: De ſententiis & interloc. Ex quibus cauſis infamia.

etiam afflictum opus. Reſtant res a Trajano geſtæ; nam Arriani vitam (utinam nō deperditam) indubium eſt a Dione profectam eſſe: libereque teneo, res Trajani, non Dionis noſtri, ſed Chryſoſtomi eſſe opus; qui διέτριψε τὸ πλεῖστον παρὰ Τραιανῷ Καίσαρι, ὡς καὶ συγκαθίζεσθαι ἐν τῷ βασιλικῷ ὀχήματι, *maximam ætatis partem apud Trajanum Imperatorem exegit, ita ut etiam in curru Imperatorio cum ipſo ſederet:* ut ex Philoſtrato ipſe Suidas narrat. Is novit Trajani omnia, is deſcripſerit, quæ longe lateque ille bella & itinera ſenex geſſit per Orientem: eaque Dio noſter, quod probè hodieque in ejus hac Hiſtoria cernitur, ſuo operi fusè inſeruit. Ipſe ſanè ſe Trajani res vel itinera, ſeparatim a ſua Hiſtoria, antea ſcripſiſſe nuſquam dicit; quod tamen ait de rebus Commodi: & e regione, non leve argumentum eſt. Adde dicendi characterem, a Dionio diverſiſſimum, ex fragmentis ejus operis, quæ paſſim apud Suidam occurrunt; verbo προσκόπτων, Ἔδεσσα, Ἐλλέβιμ, Φυλάρχην, Χώμα, atque alibi: etſi Chryſoſtomi nomine non allato. Quam autem Commodi vitam ante Hiſtoriam ſcripſit Dio, quod Suidas eam non refert; argumento eſt, opellam neglectam oppidò, poſtquam in magnum opus intulit eam Dio, nec ad poſteros tranſiiſſe.

25. Quod ergo tutò tenere poſſumus; nihil aliud ſcripſit Caſſius, quam Arriani vitam, & Commodi; Commentaria ad Severi ſomnia & Signa; & Romanæ Hiſtoriæ octo Decades. Arriani vita funditus periit, magno Reip. incommodo: res Commodi in Hiſtoriam tranſierunt: & Hiſtoria, quam, utcumque redintegravimus, partim periit. De ſomniis & ſignis fragmentum, nacti nos primi, apud Johannem Tzetzem; e Chiliade ejus quarta, Hiſtoria 132. a verſu 266., huc afferre non abs re ducimus:

Γέλωνα Συρακούσιον καθ' ὕπνους δὲ βοῶντα·
Κεραυνοβλὴς γὰρ ἔδοξεν ὀνείροις γεγονέναι·
Ὁ κύων θορυβούμενον ἀμέτρως γνοὺς ἐκεῖνον,
Καθυλακτῶν οὐκ ἔληξεν, ἕως ἐγείρει τοῦτον.
Τοῦτον ἐξέσωσέ ποτε καὶ λύκος ἐκ θανάτου.
Σχολῇ προσκαθημένου γὰρ ἔτι παιδίου ὄντος,
Λύκος ἐλθὼν ἀφήρπαξε τὴν δέλτον τὴν ἐκείνου.
Τοῦ δὲ δραμόντος πρὸς αὐτὸν τὸν λύκον, καὶ τὴν δέλτον,
Κατασεισθεῖσα ἡ σχολὴ, βαθρόθεν κατεπίπτει,
Καὶ σύμπαντας ἀπέκτεινε παῖδας σὺν διδασκάλῳ.
Τῶν παίδων δὲ τὸν ἀριθμὸν οἱ συγγραφεῖς βοῶσι,
Τιμαῖος, Διονύσιος, Διόδωρος, καὶ Δίων,
Πλείω τελοῦντα ἑκατόν· τὸ δ' ἀκριβὲς οὐκ οἶδα.
Dum Gelo in ſomnis clamat Syracuſius,
Quod ſibi videbatur tangi fulmine;
Canis turbatum noſcens illum nimium,
Latrare non deſiſtit, donec excitat.
Quem Lupus olim quoque a morte liberat.
Scholæ namque ſedenti adhuc puerulo,
Lupus ingreſſus, librum manu rapuit:
Qui cum poſt ipſum pro re rapta curreret,
Commota ſchola, a fundamentis corruit,
Et omnes cum magiſtro occidit pueros.
Authores ſignant puerorum numerum,
Timæus, Diodorus, Dionyſius,
Et Dio, ſupra centum: verum neſcio.

Habet & hæc Claudius Ælianus Hiſtoriæ Animal. lib. 13. c. 1. & in varia Hiſtoria lib. 1. c. 15. ad verbum pene. Æqualis Dioni, & poſt hoc opus editum ſua ſcribens, ni e Timæo, Diodoro, Dionyſioque allatis ea habuit; a Dione illa divulſiſſe credendus eſt (1).

HISTORICA DIONIS BIBLIOTHECA.

CAP. III.

1. HAbuit autē indubiè ſuam Dio Bibliothecam, præcipuè hiſtoricorum, ex quibus in Romanam hanc Hiſtoriam ſua omnia derivavit. Quos autem decem annis collegit, comparavitque, ingenuè profeſſum, Pliniano more, dum operi ſuo præfabatur, oportuit, ſaltem ut ſuis dictis fidem conciliaret: multos ſanè in decurſu operis ipſe innuit Noſque de Lectoribus noſtris male duceremus mereri ſi authores illos, parte maxima jam deperditos, aſſecuti (operæ namque pretium eſſe duximus, & illos inveſtigare) nobis ſolis innotuiſſe pateremur. Age ergo in hoc Dionis ſacratius Athenæum, Lectores eruditi admittantur; & Græcos Latinoſque Hiſtoricos, quos diligentiſſimus rerum verique indagator Dio, & nunquam volvendi bonos authores piger, legiſſe debuit valuitque, eis per claſſes, & tempora digeramus. Fons Dioni Polybius fuit, Siculus Diodorus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Appianus Alexandrinus, & Plutarchus Chæronenſis: ex quibus ei authores innumeri innotuerunt. Initium mihi & exemplum a priſca Italia, unde Dio; & deinceps ſecum.

2. Inter multos, qui Italica conſcripſerunt, tenuſque nomine evaſère, Ageſilaus eſt, Antigonus Caryſtius, Lycus Butheras, Timæus, non ille Locrus, ſed Tauromenius, Ariſtocles Rhodius, Alexarchus, & Mileſius Ariſtides. Chryſippus Solenſis eadem ſcripſit, uti & Clitophon Rhodius, & Conon, & Dercyllus, & Diocles Peparethius, & Dorotheus Athenienſis, & Doſitheus, & Promathion,

(1) Ælianus variæ Hiſtoriæ lib. 1. c. 13. Περὶ Γέλωνος. de Gelone.
Ὁ Συρακούσιος Γέλων κατ' ὄναρ ἐβέβλητο κεραυνῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἐβόα, οὐκ ἀμυδρὸν, οὐδὲ ἀσθενὲς, ὡς ἐν ὀνείρῳ, ἀλλ' ἀνδρικῶς, ἅτε δεινῶς ἐκπλαγεὶς ὑπὸ τοῦ δέους. ὁ δὲ κύων, ὅσπερ οὖν αὐτῷ παρεκάθευδεν, ἐκ τῆς βοῆς διεταράχθη, καὶ περιβὰς αὐτὸν, ὑλάκτει πάνυ σφοδρῶς ἀπειλητικὸν καὶ σύντονον. Καὶ ἐκ τούτου ὁ Γέλων ἅμα τε ἀφυπνίσθη, καὶ τοῦ δέους ἀφίετο. *Gelon Syracuſius per inſomnium ictus fulmine, exclamavit non tacite, neque infirma voce, ut ſolet in ſomniis fieri, ſed ſtrenue, tamquam graviſſimo metu perculſus. At canis, qui prope eum dormiebat, vociferatione perturbatus, & ſupra eum conſiſtens, vehementer & terribiliter latrabat. Atq; his Gelon expergefactus, metu ſolutus eſt.*
Idem Hiſt. Animalium lib. 13. c. 1.
Γέλωνος δὲ τοῦ Συρακουσίου παιδὸς ὄντος, λύκος μέγιστος εἰσπηδήσας ἐς τὸ διδασκαλεῖον, ἥρπασεν τῶν χειρῶν τοῖς ὀδοῦσι τὴν δέλτον. καὶ ὁ Γέλων ἐξαναστὰς τοῦ θάκου ἐδίωκεν αὐτὸν, τὸ μὲν θηρίον μὴ καταπτήξας, περιεχόμενος δὲ τῆς δέλτου ἰσχυρῶς. ἐπεὶ δὲ ἔξω τοῦ διδασκαλείου ἐγένετο, τὸ μὲν κατηνέχθη, καὶ τοὺς παῖδας σὺν τῷ διδασκάλῳ κατέλαβε. θείᾳ δὲ προμηθείᾳ ὁ Γέλων περιῆν μόνος. καὶ τό γε παράδοξον. οὐκ ἀπέκτεινεν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἔσωσε λύκος. *Lupus maxima magnitudine, cum in ludum invaſiſſet, & de manibus Gelonis Syracuſani pueri tabellas dentib. rapuiſſet, Gelon de ſede ſurrexit, non quidem feram timore perterrens, ſed acerrimo tabellarum ſuarum deſiderio, eum inſequebatur. Poſtea autem quam hic extra tabernam ludi literarii fuiſſet; hac quidem labem fecit & repentina ruina concidens, pueros una cum præceptore confecit & oppreſſit. Solus Gelon Divina providentia munere, ſodalibus ſuis ſuperfuit. Quod ipſum (non a Lupo occiſum, ſed potius ſervatum fuiſſe, magnum profectò admirationem habet.*

thion, & Pyrocles Samius, & Theophilus, & Theotimus. Xenion quoque Italica condidit, & pariter Alcimus Siculus; inſtarque Hippios Rhegini, qui origines urbium Italicarum reliquit (jam tum ab temporibus Darii & Xerſis Regum) C. Julius Hyginus, Hiſpanus genere, & Auguſti libertus, ſcripſit pleniſſime de ſitu urbium Italicarum. Antiochus Xenophanis, & qui eum refert, Antiochus Syracuſius, origines item Italicas tradiderunt. Utque miſſos faciam, Demagoram, Agathyllum, Cephelonem Gergithium, Damaſtem Sigeenſem, Ariſtotelem Stagiritam, Calliam, Philiſtumque Syracuſios, Dionyſium Chalcidenſem, Hellanicum Lesbinm, Xanthum Lydum, Carminium, alioſque qui de rebus Italiæ conſcripſerunt; Sybaritica Clitonymus; res Cumanas Sibyllamque Demo Hyperochus Cumanus, Umbricam hiſtoriam Zenodotus Trœzenius, & Hetruſcarum rerum Commentaria, Soſtratus quidem Phanagorites, multis libris, ſed viginti Claudius Cæſar græco idiomate tradiderunt. Ac tandem, ſi cui uſui erant recentiores, niſi antiquiſſimæ, res Siciliæ; eas ediderunt (præter laudatos modo Calliam, Timæum, Lycum, & Ariſtidem) cùm Agrigentinus Philinus, Hermejas Methymnæus, Artemon Pergamenus, atque Athanis; tum Dorotheus Athenienſis, & Doſitheus, & Siculi Dionyſius & Diodorus.

3. Ad geſta tranſeo Romanorum; quorum Annales ab U.C. & Hiſtorias, ad ſua plerique tempora adduxerunt, hinc Cn. Nævius, Q. Ennius, Num. Fabius Pictor, Q. Fabius Pictor, C. Licinius Macer, L. Cincius Alimentus; illinc M. Porcius Cato, C. Acilius Glabrio, L. Scribonius Libo, & Calpurnius Piſo Frugi. Adhuc autem tunc proſtabant L. Caſſius Hemina, A. Poſtumius Albinus, A. Fabius Maximus, C. Fannius, L. Attius, Cn. Gellius, & Sex. Clodius Licinus: & oportuit etiam volutare Q. Valerium Antiatem, C. Junium Gracchanum, L. Valerium Feneſtellam, (1) C. Procilium, Sex. Venonium Vindicem, non ſecus ac L. Arunculejum Cottam, M. Terentium Varronem, Q. Hortenſium Hortalum, Q. Lutatium Catulum, & C. Julium Senatorem. Porrò tum nec difficiles erant inventu, Q. Ælius Tubero, M. Æmilius Lepidus, Cn. Aufidius Baſſus, P. Cornelius Scipio Africani F., L. Cornelius Siſenna, M. Tullius Cicero, T. Pomponius Atticus, M. Artorius Naſo, M. Junius Brutus, Tanuſius Geminus, C. Vellejus Paterculus, T. Livius, L. Annæus Florus, Æmilius Macer, C. Julius Cæſar, Annius Fæcialis, Tib. Claudius Cæſar, A. Gabinius, Sulpicius Galba, C. Cornelius Tacitus, C. Suetonius Tranquillus, Sex. Pompejus Trogus; Cornelius Nepos, & Q. Aſconius Pædianus. Qui omnes Latinè, aut Græcè, & ſoluta aut ligata oratione res Romanas, omnes ferme Latina gente; ab initiis deſcripſerunt. Quod verò ad homines ſpectat Græcos, eoque nomine Dioni parabiliores, Polybius primas obtinet, Cornelius Alexander dictus Polyhiſtor, Poſidonius Apamenus, M. Pompilius Andronicus, L. Cœlius Antipater, Diodorus Siculus, Dionyſius Halicarnaſſeus, Strabo Amaſenus, Juba Rex Maurus, & Nicolaus Damaſcenus: ſecundas verò Agatharchides Cnidius, Memnon, Favorinus Arelatenſis, Ptolemæus, & Appianus Alexandrini; & Butas, & Clemens, & Diocles, & Plutarchus.

4. Gallica Calliſthenes tradidit Sybarita (ex celeberrima illa Sybari) qui quæ Galli Senones Romæ, & inde digreſſi, per noſtras Regiones Campaniæ, Apuliæ & Calabriæ, aliaſque in Regno Neapolitano geſſerunt, ſcripſit: & quanta modo jactura! Clitophon Rhodius eadem exaravit, præſertim verò Demetrius Byzantius, qui Gallorum ex Europa in Aſiam cum Rege eorum Brenno, tranſitum deſcripſit, coævus, Olympiade 125.

5. Ad Scriptores rerum digredior ſingularium. Res Pyrrhi in Italia & Sicilia geſtas, Zeno Cottiæus (qui Alexandri floruit magni tempore) literis conſignavit, Callias Syracuſius, Timæus Tauromenius, Lycus Butheras Rheginus (ex quo ut cive, & æquali rebus, quas Decium Campanum Romanoſque milites, Dio Rhegii geſſiſſe narrat, opinor ducere) Diodorus Siculus ex Agyrio, & Dionyſius Halicarnaſſeus & Plutarchus Chæroneus. Res Hannibalis in Italia, Punicaſque, Chryſippus Solenſis ſcripſit, Soſilus Ilienſis; qui cæteroqui in Græcis Hannibalis magiſter, & nugarum anilium conſarcinator, vix nomine Hiſtorici dignus dicitur a Polybio; Eumaehus civis Neapolitanus, a quo, ut autopte Dionem duco accepiſſe, quæ de Neapolitanis narrat cum Hannibale, & quæ de Nucerinis, Nolanis, Acerraniſque: & quæque alia Campana, etiam Zonaræ epitomaticum inſtitutum nobis eripuit. Ita Scriptores Patrios; fatum, tempus edax, & barbari Patriæ inviderunt. Hannibalem ſcripſit etiam L. Cœlius Antipater, dum adhuc Gracchorum turbæ fervebant. Bella Punica primus Zeno tradidit Cittiæus, hinc Philinus Agrigentinus, qui ſignatè bellum Carthaginenſes inter, Romanoſque circa Siciliam deſcripſit, & Q. Fabius Pictor. Sed, ut hic Romanis nimis addictus, quædam longe aliter narrat ac geſta ſunt; itidem Philinus familiaris Hannibali, partium ſtudio, nimium velificatur honori Carthaginenſium. Idem argumentum Cn. Nævius, tractavit, qui bellum Punicum primum, in quo militavit, verſibus ſcripſit jambicis, & paulo poſt eam ſecundo, Heroico carmine Q. Ennius. Eadem proſequutus eſt M. Porcius Cato, L. Caſſius Hemina, Polybius Megalopolitanus, Hippagoras, qui famam ſibi proprie peperit, opere de Carthaginenſi Republica ejuſque rebus, L. Arruntius Stella; T. Livius, C. Silius Italicus (ſed poëticè) Alfius Avitus, & L. Annæus Florus. Etiam Hannibal ille magnus, tempus nanciſci ſapiit, quo græce ſcriberet de Cn. Manlii Vulſonis in Aſia rebus geſtis. Virtus hominem eò impulit.

6. Quod ad bella attinet alia, Numantinum P. Rutilius Rufus græce ſcripſit, in quo Tribunus militum, ſub P. Cornelio Scipione Africano Æmiliano militaverat; Polybius Scipioni cariſſimus, & L. Cornelius Siſenna rebus æqualis. Caſus Pruſiæ Regis, Nicander Chalcedonius tradidit; & eos Philippi & Perſei cum Romanis, Strato. Aſclepiadem Bithynum, oriundum Nicæa Dionis patria, Apamiæ verò natum, nemo dubitet, an Dio legerit, habuerit, in Bithynicis, ſub Attalo Rege & Eumene ſcriptis; & hinc refixis continuatiſque a Bithyno etiam Nicomedienſi, Arriano ſuo (cujus; ut diximus, vitam ſcripſit) pariter in Bithynicis. Jugurthinum bellum C. Saluſtius Criſpus dedit: quod Græcæ fidei Zenobius Sophiſta ſub Hadriano vertit; & Conjurationem Catilinariam; quam ſe legiſſe Dio ipſe, libris 40. & 43. expreſſe teſtatur.

Sul-

(1) *C. Valerius Feneſtella*, habetur in Inſcriptione Numi Auguſti *Duumvir cum L. Caſſio*, apud Fitiſcum verbo *Feneſtella*.

Sullanas res Sulla ipſe in ſuis Commentariis, modo allatus L. Cornelius Siſenna, & Plutarchus ſcripſit; C. Marii verò geſta M. Tullius Cicero, C. Oppius Metellus, & L. Calpurnius Piſo. Sequuntur Cimbrica, quæ A. Licinius Archia (poëta pro quo Cicero habuit orationem) & Dorotheus concinnarunt: etſi id hic, in rerum Sicularum opere ſcripſerit, libro 4. ubi, ut Marius bello Cimbrico vivus, narrat, ſomnio monitus Calpurniam filiam ſacrificavit. Quod Sociale & Marſicum, & Italicum bellum dicitur, amicus Ciceronis, & certe Aquinas, Caſſinaſve, L. Lucceius deſcripſit, & Alexander Epheſius Polyhiſtor, L. Licinius Lucullus (celeberrimus ille) omnes contemporanei, & pars rerum maxima. Poſt Sociale, Servile (1) quod natum eſt, duce Spartaco, bellum, Cæcilius Siculus Calactianus, deſcripſit omnium diligentiſſime: Sequanicum M. Terentius Varro, non Romanus ille; ſed Atacinus ex Galliis: Hiſtricum Hoſtius: Cypriam M. Porcii Catonis minoris expeditionem Munatius Rufus: & C. Oppius Metellus bellum Hiſpanienſe: Gallicum C. Julius Cæſar, idem qui eos domuit, & A. Hirtius proſequuntur. Bellum inter Brutum & Cæſarem P. Volumnius Eutrapelus ſcripſit; inter Cæſarem & Pompejum C. Aſinius Pollio (quæ libertus Aſinius Pollio Trallianus, græce ex latino vertit) Cn. Aufidius Baſſus, Tib. Claudius Cæſar, & M. Annæus Lucanus. Prælium denique inter Auguſtum & M. Antonium, ad Promontorium Actium, C. Rabirius poſteris commendavit.

7. Lucullum Memnon, & Plutarchus; ejus verò triumphum, qui ei interfuit, C. Memmius tradiderunt. Parthicam M. Antonii expeditionem, autoptes ſcripſit Q. Dellius. Bellum Siculum Cornelius Severus conſcripſit. Mithridatis res abundè conſignarunt Cornelius Balbus Theophanes, (non Lesbius ille) Memnon, & Appianus Alexandrinus. Sed una tamen civilia ſcripſerunt bella, L. Cornelius Siſenna, ipſe C. Julius Cæſar, Tib. Claudius Cæſar, & modo relatus Appianus Alexandrinus. Cn. Pompeji Magni vita a Cornelio Balbo Theophane Mitylenæo, a Poſidonio Apamienſe, qui Polybii opus continuavit, a Memnone, a C. Oppio Metello, a L. Otacilio Plito deſcripta eſt, & a Plutarcho; qui Plitum ſervum, hinc magiſtrum, & libertum Pompeji, & Theophanem eſt ſequutus; hominem amicum, parvæque fidei: contra, ac fecit Dio, qui Poſidonium Provincialem ſuum (in Bithynia namque Apamia) non expreſſit, æqualem quidem Pompejo, ſed Strabone teſte, corruptæ fidei. Pompejus Theophanem Civitate donavit. Vitam M. Antonii & Cleopatræ, literis conſignavit, Olympus Cleopatræ, medicus & libertus, & Q. Dellius: veritatem deſidero in liberto. Vitam Cæſaris Cornelius Balbus Theophanes, alius a ſupra allato, per Ephemeridas, L. Arunculejus Cotta ejus Legatus in Gallia & C. Oppius Metellus ſcripſerunt. Quem tamen Oppium, Plutarchus in eodem Cæſare, dubiæ dicit fidei; & quòd amicus Cæſaris, ſtuduit Cæſari in Pompejum. Necem Cæſaris Empylus Bruti contubernalis deſcripſit, opere inſcripto *Brutus*; Sed non puto cum veritate. P. Rutilii Rufi geſta, ipſe Rufus & fide magna; uti M. Æmilius Scaurus de vita ſua tres libros dedit. C. Sempronii Tuditani Commentaria rerum ſuarum, ipſe Sempronius exaravit: & Commentaria item ſuarum P. Cornelius Sulla, Res ſuas Cicero, T. Pomponius Atticus, L. Lucceius, amici, M. Tullius Tiro ejus libertus, & Brutidius Niger deſcripſerunt. A jactatore, ab amicis, a liberto, ab encomiaſta ſub Tiberio (quum *hiſtoriam* ſcripſit, & *elogia Ciceronis*) crediderim ilicet, omnia ad fidem ſcripta.

8. Vitas P. Cornelii Scipionis Africani ſuperioris C. Marii, Cn. Pompeij, C. Caſſii; Q. Ennius, C. Oppius Metellus, Cornelius Nepos, & Plutarchus: præter tot aliorum vitas, quas habemus in ejus opere. Auguſti res ipſe Auguſtus tredecim libris, & A. Cremutius Cordus, & C. Julius Marathus ejus libertus congeſſerunt. Ejuſdem Auguſti tempora literis conſignavit A. Jubentius Martialis, & illa etiam Tiberii, Caij, & ſua Tib. Claudius Nero Cæſar. Bellum Germanicum ſub Tiberio, P. Aufidius Baſſus, & C. Plinius Secundus, qui & Neronis geſta, conſcripſit. Cn. Cornelius Lentulus hiſtoriam ſuorum temporum Tiberii & Caij; Fabius Ruſticus ſua tempora Claudii, & Neronis, tradiderunt. Sequuntur Cn. Domitius Corbulo, qui hiſtoriam rerum a ſe geſtarum in Oriente, & C. Suetonius Paullinus, qui quæ in Africa ipſe geſſit, pleniſſime conſcripſerunt: ſed quæ communi fato jam perierunt. Agrippina Neronis mater commentaria vitæ ſuæ, & ſuorum caſus compoſuit: M. verò Cluvius Rufus, res quæ Nerone Principe acciderunt. Galbæ, Vitellii, & Othonis res, & partem T. Flavii Veſpaſiani (præter tot alia in Annalibus a Tiberio ad Neronem) C. Cornelium Tacitum, nemo eſt, opinor, qui neſciat in Hiſtoriis deſcripſiſſe. Teſtis idemque in Annalium XI., ſe multis *libris res* etiam *Imperatoris Domitiani compoſuiſſe*: quod opus diu deſideratum. Bellum inter Flavianos & Vitellianos M. Vipſanius Meſſala; & bellum Dacicum a Domitiano cœptum uſque ad Trajanum, qui id abſolvit, Caninius poſteris commendarunt. Muſonii Baſſi vitam Claudius Pollio; Helvidii Priſci Herennius Senecio; Pomponii Secundi, & Veſpaſianorum C. Plinius Secundus; & Cn. Julii Agricolæ C. Cornelius Tacitus (quam habemus) & Julii Aſiatici Julius Secundus literis conſignarunt. Tandem, ut finis ſit tanto itineri, bella ſua Dacica ipſe Trajanus ſcripſit; cujus geſta omnia (ut viſum ſupra) Dio Coccejanus Chryſoſtomus tradidit: fortaſſe & C. Bruttius Præſens bis Coſ. ſub Antonino Pio (quem in cædo T. Flavii Clementis Coſ. a Domitiano, refert Chronicon Paſchale) a quo ipſam hiſtoriam habet Dio. Hadrianus res ſuas ipſe, Phlegontis libertorum ſuorum unius nomine adjecto ſcripſit: itaque M. Aurelius ſuam vitam, & ſua geſta Severus (ſub quo Dio ſuam compegit Romanam Hiſtoriam) concinnarunt.

9. Hos omnes, & his plures, tum Græcos, cum Latinos (facem altero alterius præferente) perquiſivit, obtinuit, legit, expendit, & ad veritatem eruendam, diligentiſſime ac æqua lance & libella, inter ſe contulit Dio noſter. Stabant equidem longe tunc pluris libri, quam modo poſt inventos typos: aſt non idcircò Bibliothecæ aut publicæ, aut privatæ; vel bibliopolæ non exſtabant, etiam propolæ & circumforanei; authoribus Ariſtomene, Luciano, & A. Gellio, qui, inſantia Dionis, ex Græcia Brundiſium appulſus; in foro illo, ab circumforaneo & triobolari propola, libros aliquot optimos vili emit. Noſtrum non eſt inventum, quo gloriemur: nos antiquam magnificentiam, & Ariſtotelis imitamur. Qui

(1) Titulo Περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων. Athen. Dipnoſophiſt. lib. 6. cap. 21. pag. 272.

PROLEGOMENA.

Qui primus omnium, quos Strabo noverit, Bibliothecam inſtituit, exemplo dato Regibus Ægyptiis: ut Piſiſtratus primus etiam omnium, ſuam publici juris fecit Athenis. Græcia victa, quaſi prædam & optima ſpolia, literas ſecum arteſque bonas intulit in Latium: inter hæc, etiam uſum Bibliothecarum. Sulla dictator & Capitolii reſtaurator, poſt expilatas Athenas, magnamque librorum vim, quæ integra erat Ariſtotelis, ejuſque amici & ſucceſſoris Theophraſti, hujus diſcipuli Nelei, aliorumque; tandem Apelliconis Teii tunc mortui Bibliotheca (Plutarchus refert, ſed Strabo latius lib. 13.) Romam adſportatam; nullibi videtur commodiùs, aut honorificentiùs, quā in Capitolio deponere potuiſſe. Ea fuit in arce Capitolina; eiq; Præfectus erat is ſub Auguſto, qui Tyrannioni Peripatetico, Ariſtotelis opera exſcribenda permiſit; ab Apellicone ſatis corrupta: eamque rapaci turbine concrematam, Domitianus impenſiſſime reparari curavit: exemplaribus undique petitis; quæ tandem erant cuncta ab illis Tyrannionis. Incenſa iterum eſt ſub Commodo, ſed poſteriorum Principum ſolicitudine reſtituta, ſexto ſeculo, funditùs everſa & combuſta conſultò legitur. At Sulla nequidquam hanc publicavit. Exiſtimarem ab Hadriano Cæſare, magna ex parte auctam & exornatam; qui gymnaſium bonarum artium in Capitolio excitavit, adiectum Bibliothecæ contiguæ Templo Jovis. Luculli quidem Bibliotheca (ex Plutarcho, Martialeque) fuit in Aventino, cunctiſque patuit, ſed amicis, & quibus Lucullus voluit; proinde non fuit publica, & ex titulo, ad communem utilitatem: etſi in ejus adjectas ambulationes ſcholaſque, omnes Græci, velut ad muſarum hoſpitium, divertebant; teſtimonio Ciceronis. C. Aſinii Pollionis hoc Romæ inventum: qui primus Bibliothecam ex manubiis ſuam dicando, in Aventino in atrio Libertatis, ingenia hominum publicam fecit rem. C. Julius Cæſar, quum Bibliothecas ſuas Græcas, Latinaſque publicare deſtinat, morte præventus non potuit. Bibliotheca tamen Apollinis Latina & Græca, Templo Apollinis in monte Palatino ab Auguſto eſt addita, & publicata. Ei Præfectum ſive magiſtrum novimus C. Julium Hyginum Aug. Libertum a Suetonio: & ab lapidibus amanuenſes, & antiquarios, a Bibliotheca Græca C. Julium Felicem, C. Julium Phronimum, & T. Flavium: a Latina Tib. Claudium Alcibiadem, Claudium Antiochum: ſed Tib. Claudium Hymenæum ab utraque, Græca & Latina. Quatuor enim Græci, & tres Latini Bibliothecis addicebantur antiquarii, qui libros componerent, & vetuſtatæ læſos deſcriberent, iiſque ex publico ſalarium dabatur. Manſit autem hæc etiam ad ſextum ſeculum; quum incendio data ſunt, *ſcripta Palatinus quæcumque tenebat Apollo*. Publica fuit & Bibliotheca Octavia, in Octaviæ porticibus ad Theatrum Marcelli ab Auguſto in Marcelli nepotis honorem, ſororis ſuæ memoriæ & nomini dedicata. In porticus tamen parte ſuperiore; cum inferior ambulationi locus, ædeſque Junonis eſſet. Bibliothecas namque procul a porticibus abeſſe noluerunt veteres: ut mortalium gloria, in Deorum tutela eſſet. Subiit verò Octavia idem fatum, ac Aſinia, & Palatina, & manu eadem.

10. Bibliotheca Pacis, memorata Galeno, & A. Gellio, a Veſpaſiano exſtructa, & Pacis Templo eſt adjuncta. Non fuit publica: attamen in ea Gellius *Commentarium L. Ælii ſtudioſè quæſivit, & repertum legit*. Privata etiam fuit Imperatorum Bibliotheca Tiberiana in Palatii parte remotiore. Eam non a Tiberio inſtitutam; ſed a ſucceſſorum aliquo eſt qui exiſtimat: cum Panvinio ego contra; qui a Tiberio Auguſto ex domo Pompejana in Carinis (Suetonio authore) ubi habitabat; poſt ejus adoptionem ab Auguſto, Tiberianam domum in Palatio exſtructam ſcio, a Notitia de XIV. urbis Regionibus, ab Alciato, & Panciroloedita, & illuſtrata. Proinde nec eam paratam dictamve autumo a Tib. Claudio Nerone, Cæſare poſt Caligulam, etſi doctus fuerit, ſcripſeritque; quod non Tiberiana, ſed Claudiana Bibliotheca nuncuparetur, Gellius *in domus Tiberianæ Bibliotheca ſedet*, & Flavius Vopiſcus *utitur præcipue libris ex domo Tiberiana*. Bibliotheca Ulpia ab Ulpio Trajano eſt dicta, eratque in ejus Templo. In ea edicta Prætorum, libri lintei atque elephantini, Principum geſta, ac Senatus Conſulta continebantur. Gellio *edicta veterum Prætorum ſedenti forte in* hac *Bibliotheca Templi Trajani, & aliud quid quærenti, cum in manus incidiſſent, legere atque cognoſcere libitum eſt*. Templum autem Trajani, ad ejus columnam fuit, in Regione Fori Romani. Bipartita fuit & diſcreta Græca a Latina, teſte Dione ipſo, & Sidonio, qui in iis ait ſtatua ærea ſe promeritum. Ad ornamentum Thermarum ſuarum, Diocletianus eò traduxit; authore ætate ejus Vopiſco: ſed luculentus teſtis Auſonius, iterum revectam ad locum priſtinum ſuo ævo. Tiburi fuit Bibliotheca Tiburtina, juxta Urbem, in Templo Herculis. Inſtuxit eam ſorte Hadrianus, qui loco & ſeceſſu Tiburtino impenſe delectabatur. Gellius *in ea in Claudii libro ſcriptum invenit*; & alibi: *Promit ex ea, quæ tunc in Herculis Templo, inſtructa ſatis commodè erat*. Ut parcam aliis; ſatis conſtat, Romæ Dionis tempore, triginta fuiſſe Bibliothecas: qua publicas, qua privatas: quarum nomina, præter quæ attulimus, perierunt. Lipſius adeatur in Bibliothecis. Habuerunt autem eas veteres & in Balneis & Thermis, ac in villis & fundis ruſticis, teſte Seneca, & Martiale. Suam & Plinius recordatur: & ſuas habebant, quique ſtudioſiores, & quibus opes: quod magnum ornamentum, quin gloria, & Domini & Domus erat. Rem acu tango, ſi noſtra tempora antiquis confero; adeo in omnibus una utriſque facies.

11. Alexandrina Ptolemæi Bibliotheca, nomine bibliothecarum quandoque venit: quod altera in Bruchio, regione ejus urbis, altera in Serapio, quæ longe minor; teſte Tertulliano, & Epiphanio, qui primam ſuo 4. ſæculo deſertam ait. Utraque a Ptolemæo Philadelpho inſtituta. Septingenta voluminum millia in Serapio repoſita, ſcribit Tertullianus; eaq; *omnia bello priori Alexandrino, dum diripitur ea civitas ſub Dictatore Cæſare conflagraſſe*: Livius verò apud Senecam (de tranquillitate animi c. 9.) *quadringenta millia librorum arſiſſe tradit*. Crediderim ex ſeptigentis millibus, quadringenta hæc tantum millia conflagraſſe. Revixit, ſed non eadem, reſtaurata a Cleopatra, quæ a M. Antonio, Attalica ſeu Pergamena impetrata Bibliotheca, *ducenta illa millia ſingularium librorum*, (ex Plutarcho) in eam invexit. Stetit autem hæc, donec ſtetit & Serapium, quod Theodoſii majoris imperio, noſtri a fundamentis ſunt demoliti. Ita duæ Alexandrinæ locupletiſſimæ, & non ſpernenda Attalica Bibliotheca peſſum ierunt. Privatæ Regum hæ tamen erant, non verò publicæ.

12. Præter Bibliothecas haſce aliaſque, quæ fermè ſingulis in Civitatibus erant, quas conſulere per

ſe

ſe Dio & quid ſuo uſui eſſet, libertorum ſuorum aliquibus, ut tunc mos græce & latine doctis, exſcribendum committere, aut ab amicorum aliquo erudito poterat expectare. Tabularia publica patentia ſibi habuit; in quibus Acta Populi (quæ & *Acta diurna*, & ſolum *Diurna*, & *Acta publica* dicta invenimus) ſervabantur. Iis continebantur res rationeſque Populi, judicia publica, ſupplicia, comitia, ædificia, natales, illuſtrium mortes, & matrimonia & divortia. De judiciis, ſuppliciiſque admonuit Ammianus: de ædificiis Tacitus; de natalibus Suetonius qui plerumque ſibi argumenta, de die cujuſque Principis natali, ex Actis ſumit. In aliis Tabulariis ὑπομνήματα, Acta Senatus & Commentaria ſervabantur; quibus breviter erat inſcriptum, quidquid apud Patres diceretur agereturve. Origo eorum a Julio Cæſare, qui *primus omnium inſtituit, ut tam Senatus, quam Populi diurna acta conficerentur, & publicarentur*; ut ſcribit Suetonius. Confectio verum manſit, publicatio ab Auguſto abrogata eſt: vetuit enim, *ne Acta Senatus publicarentur*; ut loquitur idem Tranquillus: hoc eſt, ne cuivis poſt proſtratam Remp. expoſita, & publica eſſent, ut Acta Populi. Conficiebantur idcircò a quopiam e Senatu, qui ab Actis dicebatur; ne arcana Senatus non Senatori paterent. Fuit hoc munus Junii Ruſtici Senatoris apud Tacitum; & Hadriani, qui, apud Spartianum *poſt Quæſturam Acta Senatus curavit*. Dio ergo, & Acta populi, ut publica, & cunctis adeunda, & Acta Senatus, ut Senator, ut Prætor, ut Conſul, ut Proconſul, potuit ſuo libito evolvere; & conſulta, ſuæ Hiſtoriæ utilia aut neceſſaria coaptare.

13. Ad hæc, ſuam Conſul & Conſulis filius, & Sapientum nepos, doctus ipſe & eruditus, Dio habuit Bibliothecam. Juriſconſultum autem haud facile, ſine libris, illuſtrem videris: nec Labeo, dum quolibet anno ſex menſes ruri agebat ſcribendo, ſine bibliotheca, quatuor centum ſuæ Minervæ volumina potuit reliquiſſe, Teſtem do L. 2. D. de origine Juris; Dio juriſconſultiſſimus fuit, & Prætor Urbanus, & Præſes, & Procoſ. in Provinciis. *Bibliothecas Philoſophorum*, qui memorat Cicero lib. 1. de Oratore, non eam negaret Caſſio, qui undique & paſſim profundiſſimus eſt Philoſophus, ex uſu, & proficuus Reipublicæ. De Sacris & Pontificalibus antiquorum; de auſpiciis, & auguriis, & prodigiis non unus ante Dionem ſcripſerat; neque de prodigiis, & oſtentis, & ſignis, & ominibus, & ſomniis, & ſortibus, & fulminibus, & ſexcentis ejuſmodi, quæ ſacram prophanamque eruditionem tunc conflabant. Ubi in hæc Dio incidit, accuratiſſimus, ſcientiſſimuſque eorum probatur; quod frequentiſſimè accidit, quia frequentiſſime in his immoratur; eaque faciunt, ut ajunt, utramque paginam. Tactica novit, & mathematica, qui pugnas & machinas tam ex artis vocabulis ſæpe deſcribit, & exquiſito contextu: item & Geographica, ut, dices gratia, in Britanniæ deſcriptione; quam nunquam, opinor, is peragravit. Naturalem hiſtoriam denique, regnandi artes, & ejuſmodi multa alia, (non dicam ejus hiſtorica), frequenter videmus, eum optime calluiſſe: Ut eque hæc compararentur, libris neceſſario opus eſt. Dio ſi non opulentus, dives erat; ab atavis hæres erat librorum, & proclivitatis ad idem ſtudium; & libris ſcribendo indiguit: unde & veriſimillimum etiam eſt, ut dictum, ſuam & habuiſſe Bibliothecam. Domum ejus, ſupra vidimus, in Palatio: in eaque, remanſiſſe Bibliothecam: quam credere par eſt, cum ſenex in patriam remeavit; ex parte ſaltem, ſecum advexiſſe; parte alia relicta filio; futura uſui (poſt mortem ſuam) integra una cum Domo etiam Nepoti cognomini ſibi, Caſſio Dioni. Adeo autem vulgare tunc erat habere Bibliothecas, ut Q. Serenus Sammonitus inter amicos Getæ Auguſti, ejuſque filius ejuſdem nominis ſub Gordianis, Bibliothecam 62. millium Codicum habuiſſe legatur Romæ a filio dono datam ſuo diſcipulo tertio Gordiano: (Tillem. in Vita Caracal. c. ult.) quod habemus ex hujus vita p. 159.

ANTIQUORUM TESTIMONIA DE DIONE.

CAP. IV.

1. QUi tertio quartoque ſeculo Dionis meminerint, nemo (qui pervaſerit noſtra tempora) prior eſt Tib. Claudio Æliano, Romano; ſed linguâ Attico. Is in Hiſtoria Animalium lib. x. cap. 1. Dionem citat ἐν Συγγραφῇ, ejuſque verba priùs reor huc afferenda, quam ad alia procedatur. De amore loquitur Elephantum: Ἀνὴρ τῶν τοιῶνδε ἀγρευμάτων οὐκ ἄπειρος, δύναμιν λαβὼν ἐκ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων πάλαι, Ἀλέξανδρος ὄνομα, καὶ ταλαὶς ἐς τὴν θήραν κατὰ τὸ ἔθος τοῖς Μαυρουσίοις ἐπιχώριον (φησὶν ἐν Συγγραφῇ Δίων) μόσχον ἐλέφαντος ὡραῖον, ὡς αὐτοὶ ἰδεῖν συνελθεῖν ἐλέφαντι νέῳ καὶ καλῷ· πρεσβύτερον δὲ ἄλλον, ᾧ τις ἦν ἐραστὴς, ὅ τε αὐτὸς τῶν προειρημένων, ὥσπερ οὖν ἐπιμανέντα, ἀγανακτῆσαι· θυμῷ γὰρ βιαίῳ ἐξαφθεὶς, ὁρμῆσαι μὲν, καὶ ὀλίγου πάντας διαφθεῖραι· ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὸν νέον καὶ καλὸν, καὶ συμπεσὼν, εἶτα ἐμάχετο, ὡς ὑπὲρ τινος ἢ νύμφης, ἢ ἐρωμένης ἀγῶνα· καὶ ἐς τοσοῦτον ἄρα ἀλλήλοις συνέρρηξαν, ὡς ἀμφοτέρους ζημιωθῆναι τὰ κέρατα· ἐνίκησε δὲ οὐδέτερος, ἀλλ' ἀπέστρεψαν ἀπ' ἀλλήλων, οἱ θηραταὶ βάλλοντες· ἐπεὶ καὶ ἀγρεῦσαι συλλαβεῖν τὸ λοιπὸν ἦσαν τῶν ὅπλων ἀφῃρημένοι. Ideſt (quidquid alii iſta verterint:) *Virum elephantes venandi haud imperitum, Alexandrum nomine, ab Imperatore Romano, quondam licentia impetrata, & ad venandam miſſum, de more Mauris peculiari, (in Hiſtoria, inquit Dio) pullum elephantis formoſam, coire vidiſſe cum elephanto, ſimiliter adoleſcente, pulcroque: alteram verò ſeniorem; ſive ejus erat amator, ſive maritus, tanquam dedecore affectum, ignominiæ iſtud duxiſſe loco: acri enim animo agitatum, impetum feciſſe, & penè utrumque perdiſſe. Aggreſſum verò juniorem formoſum illum, congreſſamque cum eo; pugnam ediſiſſe, veluti de ſponſa amicave erepta ſibi, dolentiſſimum: tandem adeo infeſtis animis utrumque cum altero pugnam commiſiſſe, ut cornibus ambo mutilarentur; neutrum verò viciſſe, quod multis jaculis eos diſtraxerint venatores: qui cornibus alioqui mutili, & difficiles captu erant.* Hæc Ælianus, ut verba Dionis refert, & Dionia verè ſunt; ex ſtylo ejus, & tum ex aliis, tum ex his patet; οὐκ ἄπειρος, δύναμιν λαβὼν: ταλαὶς ἐς: ἐς (iterum, & non εἰς) τοσοῦτον: ἐπιχώριον: συνελθεῖν: προειρημένων, (non προρρηθέντων): ἀγανακτῆσαι: ἐξαφθεὶς: ὁρμῆσαι: διαφθεῖραι: συμπεσών: συνέρρηξαν: ἀμφοτέρους ζημιωθῆναι: ἀπέστρεψαν: quæ ſunt verba, quibus ſæpiſſime gaudet Dio. Cæterum dicit Ælianus ἐν συγγραφῇ; & συγγραφὴ, uti notum, propriiſſime *hiſtoria* valet.

2. Quod autem facit difficultatem, ne de Dione noſtro ejuſque Rom. Hiſtoria locutus ſit Ælianus, eſt hujus ætas, quæ centum annos prior Dione eſt, Ta-

Tactica ipſe ſcripſit, πρὸς Ἀδριανὸν αὐτοκράτορα, *ad Hadrianum Auguſtum*; quod repetit in Proëmio, in quo ſe pridem cum Nerva Trajano Principe collocutum ait, & Julio Frontino apud Formias, legiſſeque Tacticon Julii Frontonis, *qui noſtra*, inquiens, *ætate vixit*, *Conſularis*; Φρόντωνι τῷ καθ' ἡμᾶς ὑπατικῷ, ut aſſerit primo capite. Do ejus verba: Τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τακτικὴν θεωρίαν, ἀπὸ τῶν Ὁμήρου χρόνων τὴν ἀρχὴν λαβοῦσαν, αὐτοκράτορ Καῖσαρ υἱὲ θεοῦ, Ἀδριανὲ σεβαστέ, πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν συνέγραψαν, οὐκ ἔχοντες ἣν ἡμεῖς ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐπιστήμην ἕξιν ἔχειν &c. ὄκνῳ κατειχόμην περὶ τὸ συγγράφειν, καὶ παραδιδόναι τὸ μάθημα τοῦτο, &c. Ἐπεὶ δὲ τῷ θείῳ πατρί σου Νερούᾳ συμβαλὼν παρὰ Φροντίνῳ τῶν ἐπισήμων ὑπατικῶν, ἐν Φορμίαις ἡμέρας τινὰς διέτριψα, δόξαν ἐνηνεγμένῳ περὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἐμπειρίαν· συμβαλὼν τ' ἀνδρί, εὗρον οὐκ ἐλάττονα σπουδὴν ἔχοντα εἰς τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τεθεωρημένην μάθησιν, ἠρξάμην οὐκ ἔτι περιφρονεῖν τῆς τῶν τακτικῶν συγγραφῆς. *Quæ apud Græcos, ad inſtruendam aciem ſpectat ſcientia, eam ab Homeri uſque temporibus, ducta origine, o Cæſar Divi Nervæ fili, Hadriane Auguſte; multi quidem, ante nos, literis conſignarunt, mathematicam ſcientiam non callentes, in qua nos multum excellere ſumus crediti*, &c. *Et primum quidem deterrebar a diſciplina hac conſcribenda*, &c. *quoniam verò cum Divo patre tuo congreſſus Formiis, aliquot dies apud Frontinum ſum commoratus, qui unus eſt inter Conſulares, illuſtres viros, qui magnam ex bellicæ artis peritia laudem tulit; cum eo de hac re collocutus, animadverti non minus illum ſtudii, in hac apud Græcos ponere diſciplina, cœpique non amplius ab ſcribendo de Tacticis abſtinere*. Porro a Trajani ultimo, ad ultimum Caracallæ; anni intercurrunt centum; & Ælianus quum hæc ſcribebat, & Trajano, Frontinoque locutus eſt, ut minimum, annorum mathematicus erat viginti & quinque. Adde annos tredecim, a Macrino ad ſecundum Dionis Conſulatum, quo deſiit iſte ſcribere, & hinc edere ſuum opus; habebimus Ælianum annorum centum triginta & octo, ſcribentem hiſtoriam animalium; & lecta jam, vix dum edita, Dionis Hiſtoria, eam etiam allegantem. Quis tantum ferat hiatum?

3. Interim Philoſtratus (qui æqualis Dioni, uſque ad Philippum Aug. authore Suida, vixit) in Sophiſtarum vitis, quas Antonio Gordiano Coſ. inſcribit, (ei utique, qui cum Dione a. Conſul ſuffectus eſt) tria habet a quib. impoſſibile ſit evadere. Ælianum ſuo vixiſſe tempore, collocutum cum Philoſtrato Lemnio ſuo amico; hunc ſub Caracalla viceſimum quartum egiſſe annum, corripuiſſeque Ælianum, quod orationem in tyrannum, non vivum, ſed mortuum conſcripſiſſet. Lemnius vivebat adhuc, cum vitas Gordiano Philoſtratus inſcribit, ac proinde ſe, ne in gratiam amici ſcribere credatur, de eo aliiſque viventibus ſilere. Ait tandem in Æliano, eum audiviſſe Pauſaniam, & Herodem Atticum (ante utique Conſulatum) quandoque Dionem, ejuſque dicendi genus & tonum imitatum; & vitam ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη, *ultra ſexaginta annos* produxiſſe: quæ ad hominem pugnant, cum illis centum triginta octo annis Æliani ſupra relati.

4. Quæ mea, in hac difficultate, ſententia eſt; plures ego admittendos dico Ælianos (a quo abhorruit Geſnerus, & oppugnavit) alterum ſub Hadriano qui de *Tacticis*: alterum qui *Animalium hiſtoriam*, & *Variam* forſan etiam *Hiſtoriam* (nam alii ab diverſo aliquanto ſtylo, tertium inferunt Ælianum) conſcripſerunt. Patrem illum, nepotem hunc; qui ſub Macrino, Helagabalove ſexagenarius & aliquanto major exceſſit, natus ſub M. Aurelio. Sed neque hic Dionem noſtrum legere referreque unquam potuit; ipſum enim mortuum jam dudum ſcribit Philoſtratus anno U.C. 98a., quo anno Dio Romanam Hiſtoriam complevit, & exin edidit. Nec Dio quem imitatur, eſt Dio noſter, ſed Chryſoſtomus, ab dicendi genere tonoque orationis; monente id etiam Gottfrido Oleario in Philoſtrati notis, ubi, *Pruſæenſem intelligit*, adnotat ad *Dionem*. Quid igitur & quem Dionem citat ille Ælianus in Hiſtoria Animalium? Subdubius dico, Dionem illum, quem in orationibus imitatur, Pruſæum, Chryſoſtomumque & Coccejanum, in opere aliquo, quo modo caremus, & quod *Syngrapha* ſit inſcriptus. Nec leve ſit argumentum; ſi de alio Dione locutus eſſet, additamentum aliquod, ad diſcrimen, Ælianum fuiſſe nomini adjecturum: quod vetat etiam, ne de alio opere Dionis noſtri, deperdito ignoratoque, locutum ipſum adſtruere valeamus. Verum amo; noſtrum Dionem hic Ælianus citat ex *Syngrapha*, hoc eſt ex Hiſtoria illa, quam de vita Commodi ſcriptam, ipſe legiſſe potuit; tanquam editam ſub initia Severi Auguſti, & quæ dum Ælianus moritur, a triginta propemodum annis prodierat. Præter propter autem, anno U.C. 950. eam legit, dum nondum Conſul ſuffectus Dio fuerat: aliàs enim Conſulem, Conſularemve, ὑπατικὸν eum diceret. Diſcrimen autem affatim appoſuit Ælianus, dum Hiſtoricum eum nuncupat, de Imp. Romano loquitur, & de re in Africa geſta. Dio Chryſoſtomus eſt orator in orationibus, in Encomio Herculis & Platonis; & in libris quatuor pro Homero adverſus Platonem: eſt philoſophus in Erotemate, an mundus interire poſſit, & in libris octo de Alexandri virtutibus. In Geticis equidem eſt hiſtoricus; ſed quid ad res Geticas, Hiſtoria Africana? Congruit & oratio Æliani, in qua ex Philoſtrato, invehit in *tyrannum*, *qui paulo ante*, *Romano imperio infamiæ labem*, *morum turpitudine inuſſiſſet*. Quæ trahi fateor rectè poſſent ad Helagabalum; ſed cum Philoſtratus Lemnius in his oſtendit legentem Ælianum, Caracalla adhuc imperabat, ut auctor eſt Philoſtratus in Philiſco; ac proindè de nemine alio turpi tyranno locutus eſt, quam de Commodo, qui poſt Domitianum, primus *paulo ante* morum turpitudine Rom. Imperio infamiæ labem inuſſit. Cuncta hujus, ſub oculos ponebat, hiſtoria Commodi, ſcripta a Dione noſtro; iiſque provocatus acriùs Ælianus (qui & ipſe multa viderat Commodi noveratque) ſcripſit in eum orationem. Ità Alexandri illius venatoris, tanquam a Commodo venatum miſſi in Africam, ex hac Dionis hiſtoria, narrationem; uti ex eadem etiam, materiam in Commodum Invectivæ, nactus fuerit Ælianus. Hæc habui pro Æliano altero, & pro Dione, quem refert: ſed pro Dione noſtro haud major ratio, quam ipſa ejus verba, quæ ſupra contuli; & quod verbum συγγράφω jã tũ a primis operis verbis familiare Dioni eſt.

5. Poſt Ælianum, æqualis Dioni eſt, ſed junior multò, Aſinius Quadratus qui Dionis Romanam Hiſtoriam, Jonica creditur reddidiſſe dialecto: opus dudum a ſexto, vel ſeptimo ſeculo jam deperditum. Aſinius fuit Italus, juxtà Agathiam, &, mea quidem ſententia, Calaber Tarentinus: quod ſuadet & Jonica dialectus, & urbs ſemper docta poſita ad mare Jonium. Plurima earum partium, & latiſſime Dio ſcripſerat, ſub Pyrrho & Hannibale: & Aſi-

nius rei patriæ ſtudioſus, ut hæc legit; ſuis Provincialibus etiam lecta cupit, & dialecto patria ea reddit. Amicus, non inveriſimiliter, Dionis, & gente fuit Aſinia, ex qua, illa ætate multi leguntur Conſules. Συνέγραψεν (inquit Suidas, verbo Κάσσιος) Ἰάδι διαλέκτῳ Ἱστορίαν Ῥωμαϊκὴν ἐν βιβλίοις ιε΄· ἐπιγράφεται δὲ Χιλιονταετηρίδα· καὶ περιέχει ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας υἱοῦ, Καίσαρος: *Romanam ſcripſit Hiſtoriam libris XV.* Jonica *Dialecto: eamque inſcripſit Chilieteridam* (*Milleſimum*, ſeu, ut Hermolaus Byzantius apud Stephanum de Urbibus; Ῥωμαϊκὴν Χιλιάδα, Χιλιαρχίαν) *quod Hiſtoriam complecteretur annorum mille, a Roma condita ad Mamææ filium, Cæſarem Alexandrum*. Ita vix vulgatam Dionis Hiſtoriam, in Epitomen libris XV. is redegit: additis, e ſuo forſan, qui ad milleſimum Urbis Conditæ, anni deerant decem & octo, uſque ad Philippum Auguſtum: ſub quo milleſimus Urbis eſt celebratus. Niſi malimus, rotundum numerum pro abrupto Quadratum poſuiſſe; aut animum habuiſſe de milleſimo, quem tamen poſtea non abſolverit. Conjecturæ favet & titulus, quo apud Suidam, ἕως Ἀλεξάνδρου, *uſque ad Alexandrum*, ſicuti & Dio, eum ſcripſiſſe ait. Cl. Kuſterus, *imo potius* ἕως Φιλίππου, *uſque ad Philippum*, Aſinium ſcribere debuiſſe contendit, quod tunc verus ſit, Milleſimus ille Urbis. Sed inveriſimile valde eſt, a Suida allegante & ex ſcribente Quadrati titulum, erratum eſſe; quo tempore Quadrati opus vulgo proſtabat, & legebatur. Utinam autem & exſtaret! quamquam enim Epitome eſſet Dionis, adhuc tamen uſui nobis eſſet; ut fuit uſui etiam Xiphilino, qui ex iſto Quadrati opere, Dionem, ubi nactus eſt eum mutilum, ſupplere ſe conatum teſtatur.

6. Æqualis Aſinio Herodianus, Dionem nullibi citat: uti nec inficeta illa Latinorum turba, quæ ſub Diocletiano, Conſtantinoque, de Cæſaribus ab Nerva Trajanoque & deinceps, ad ſua tempora, conſcripſerunt. Cæſarienſis Euſebius, paſſim in Chronico parte prima, verbis ipſis Dionis utitur; paria exſcribit Conſulum, reſque annales ſæpe ex eodem fonte derivat. Novit probe opus, legitque ſedulo; ſed nullatenus eum dignatur memoria, quem depilat. Ea Scaliger furta detegit; quæ nos alibi recitabimus: hujus enim loci non eſt, ea omnia numerare.

7. A quarto ad quintum ſeculum tranſgredimur; quo ſub Arcadio & Honorio, Philoſtorgius, e re nata; Dionem nominat, de Juſto locutus Tiberienſi. Hæc autem ſunt ejus verba, apud Suidam in Phlegonte: Φλέγων Τραλλιανὸς ἀπελεύθερος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, οἱ δὲ Ἀδριανοῦ φασιν, ἱστορικός· ἔγραψεν Ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις ιϛ΄. ἔστι δὲ μέχρι τῆς σκθ΄ Ὀλυμπιάδος αἱ πραχθέντα πανταχοῦ. * Τούτου τοῦ Φλέγοντος, ὥς φησι Φιλοστόργιος, Ἰοῦστος τὰ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους συμπεσόντα, διὰ πλείονος ἐπεξελθεῖν τοῦ πλάτους, Φλέγοντος καὶ Δίωνος, βραχέως ἐπιμνησθέντων, καὶ παρενθήκην αὐτὰ τοῦ ἰδίου λόγου ποιησαμένων· ἐπεὶ τῶν γε εἰς εὐσέβειαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἀνηκόντων, οὐδ' ὁτιοῦν οὐδ' οὗτος δείκνυται πεφροντικώς, ὅπερ οὐδ' ἐκεῖνος πρότερον. Τοὐναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηππος καὶ δεδοικότι ἔοικε, καὶ εὐλαβουμένῳ, ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι. *Phlegon Trallianus libertus Auguſti Cæſaris, vel (ut alii) Hadriani, Hiſtoricus; ſcripſit Olympiadas libris ſexdecim; quæ continent res ubique terrarum geſtas, uſque ad Olympiadem CCXXIX.* * *De hoc Phlegonte, Philoſtorgius ait, Juſtum* Tiberienſem, *res Judæorum fuſius quam Phlegon atque Dio, eſſe exſecutum: Ut qui breviter eas attigerint, earumque obiter tantum, in ſuis Scriptis fecerint mentionem. Nam illorum quidem, quæ ad pietatem aliaſque virtutes ſpectant, neque hunc, neque illum, ullam prorſus habuiſſe rationem: contra verò, Joſeppum videri timere, cavereque, Ethnicos ne offendat* (1).

8. Johannes Antiochenus (cujus per Valeſium Excerpta habemus) ad Anaſtaſium uſque Dicorum, Auguſtum, hiſtoriam texuit ſuam: octogeſimo ſaltem anno poſt Philoſtorgium. Num in fine quinti, an initiis ſexti ſeculi ſcripſerit, parum intereſt; & curioſiùs inquirere, anceps, nec adſequare. Is ex Dionis Hiſtoria multa exſcripſit; ſed ut modo in Excerptis eſt; ſemel dumtaxat in calce rerum Neronis, ita eum nominat: Τὰς περιττὰς μωρίας προγεγράφαμεν ἐκ τῆς Ἱστορίας Δίωνος. Neronis *inſignes has fœditates, ex Dionis Hiſtoria deſcripſimus*. Porrò cum Neronis alia ex Chriſtianis Scriptoribus excerpſerit; hæc ex Dione compulſus eſt, ſe dicere deſcripſiſſe. Evagrius Johannem hunc, ſuum civem & cognatum dicit, lib. 4. c. ult.

9. Sub Juſtiniano vixit Patricius & Magiſter Officiorum Petrus, cujus Excerpta, inter Legationes juſſu Conſtantini Porphyrogennetæ concinnatas, habemus edita. In his, ubi de Decebali Dacorum Regis ad Domitianum, & Trajanum legationibus loquitur, Dionis ſcrinia compilaſſe Petrum, advertit in notis Cl. Valeſius. Addo ego, ab Dione eum mutuatum etiam, quæ habet pauca alia uſque ad Marcum.

10. De ætate Suidæ multa digladiatio: neque ex multis temporum notis, & Imperatoribus, aliiſque, quæ in ejus Lexico apparent, ea tuto deduci poteſt; quod acceſſiones hæ fuerint, quibus alii decurſu temporis, opus illud inſerciverunt. Expiſcor autem eam ipſam ex antiquo Syllabo, qui Grammatico-Hiſtorico huic operi, eſt præfixus; in quo ex quibus authoribus ſua petierit, profitetur. Reapſe Philippus Jacobus Mauſſacus ad Harpocratem, & Joh. Gherardus Voſſius in Suida, tenent opus illud eorum eſſe complexum, quos ſuo Lexico præfixit. Interim authorum illorum, recentior nemo eſt, Eugenio Auguſtopolitano Phrygio, & Zoſimo Gazæo; quos ante, & uſque ad Anaſtaſium Dicorum vixiſſe ex eodem Suida conſtat. Eugenius enim, *grammaticus*, ab eo dicitur, docuiſſeque Cpoli valde clarus, & πρεσβύτης ἤδη ὢν ὑπ' Ἀναστασίου Βασιλέως, *jam Senex ſub Anaſtaſio Imperatore*: & Zoſimus Gazæus vel Aſcalonita, Sophiſta, κατὰ τοὺς χρόνους Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως, *temporibus Anaſtaſii Imperatoris*, ſcripſit Lexicon Rhetoricum, & commentarium in Demoſthenem & Lyſiam. Sed ipſum Syllabum hic afferre præſtat, quo Suidam, nomen Lexici potius eſſe conſtat, quam cujuſquam coagmentatoris. Quin Coactores ejus ipſoſmet eſſe, qui ſunt in Syllabo. En ipſum.

> Τὸ μὲν παρὸν βιβλίον Σουΐδα· οἱ δὲ συνταξάμενοι τοῦτο ἄνδρες σοφοί·
> Εὔδημος ῥήτωρ, Περὶ λέξεων, κατὰ στοιχεῖον.
> Ἑλλάδιος, ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου, ὁμοίως.
> Εὐγένιος Αὐγουστοπόλεως τῆς ἐν Φρυγίᾳ, Παμμιγῆ λέξιν, κατὰ στοιχεῖον.
> Ζώσιμος Γαζαῖος, Λέξεις Ῥητορικάς, κατὰ στοιχεῖον.
> Καικίλιος Σικελιώτης, Ἐκλογὴν λέξεων, κατὰ στοιχεῖον.

(1) Ipſius, e re fuiſſet, Philoſtorgii verba apponere, ex Photio, qui excerpſit: Sed Photio divagari non placuit.

PROLEGOMENA.

Λογγῖνος ὁ Κάσσιος, Λέξεις Ἀττικὰς, κατὰ στοιχεῖον.

Λούπερκος Βηρύτιος, Ἀττικὰς Λέξεις.

Ἰουστῖνος Ἰούλιος, σοφιστὴς, Ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν, βιβλίων ἐνενήκοντα ἑνός.

Πακᾶτος, Περὶ συνηθείας Ἀττικῆς, κατὰ στοιχεῖον.

Πάμφιλος, Λειμῶνα λέξεων ποικίλων, περιοχὴν βιβλίων ἐνενήκοντα πέντε· ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε στοιχείου, ἕως τοῦ ω· τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ α, μέχρι τοῦ δ Ζωπυρίων ἐπεποιήκει.

Πωλίων Ἀλεξανδρεὺς, Ἀττικῶν λέξεων συναγωγὴν, κατὰ στοιχεῖον.

Præſens quidem liber Suidæ eſt; qui verò ipſum compoſuerunt viri docti ſunt iſti,

Eudemus *Rhetor, De vocabulis, ordine alphabetico:*

Helladius, *Theodoſii junioris tempore, ſimiliter:*

Eugenius, ex ea Auguſtopoli quæ urbs Phrygiæ, oriundus; Miſcellaneam dictionum, ordine alphabetico:

Zoſimus Gazæus, Voces Rhetoricas, ordine alphabetico:

Cæcilius Siculus, Vocabulorum delectum, ordine alphabetico:

Caſſius Longinus, Voces Atticas, ordine alphabetico:

Lupercus Berytius, Voces Atticas:

Julius Juſtinus Sophiſta, Gloſſarum Pamphili compendium, libris 91.

Pacatus, De conſuetudine Attica, ordine alphabetico:

Pamphilus, Pratum dictionum, libris conſtans 95. Eſt autem a litera ε uſque ad literam ω: nam reliqua, ab initio literæ α, uſque ad δ, Zopyrion fecit:

Pollio Alexandrinus, Vocum Atticarum collectionem, ordine alphabetico.

Præter hos, nullos alios Syllabus recenſet. Eudemus autem fuit Parius, ſcripſitque ante bellum Peloponneſium, grammaticus; anno U. C. circiter 300. Et hinc meritò, prior eſt collocatus. Helladius (1) fuit Alexandrinus, & ſub Theodoſio juniore, poſt quinti ſeculi initia ſcripſit. Eugenius Auguſtopolitanus, quis & quando fuerit, dictum eſt. Zoſimus, Judæus fuit, patriæ ſupra dictæ, floruitque ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος; *ſub Auguſto Cæſare*, crediderim potiùs Anaſtaſium, etſi eum ſub Hadriano etiam vixiſſe, dicit Suidas, verbo Ζώσιμος. Cæcilius Siculus, indubie ille Calactianus, celebris bellorum civilium Hiſtoricus, & amiciſſimus Dionyſio Halicarnaſſeo; ex hac nota, floruit ſub Auguſto. De Caſſio Longino, notum eſt ex hoc Lexico, & Porphyrio, magiſtrum fuiſſe hujus philoſophi; occiſumque ſub Aureliano (tertio ſeculo) Imperatore, quod in ipſum cum Zenobia conſpiraſſet. Lupercus Berytius, Longino æqualis, ſed aliquanto ſenior, ſub Clandio juniore floruit. Ætatem Pamphili & Juſtini, ex ea oſtendo Zopyrionis. Hic enim Lexici, quod *Pratum* dixit, primas quatuor literas digeſſit; Pamphilus reliquas; Juſtinus *Gloſſas* Pamphili in Compendium redegit, uti ejuſdem Pratum in Epitomen miſit Diogenianus. De Zopyrione & Juſtino, locis ſuis, non loquitur, Suidas: & de Pamphilo, tantum ait: fuiſſe ariſtarchum, & grammaticum Alexandrinum. De Diogeniano verò dum ſcribit, eumque dicit fuiſſe grammaticum Heracleotam & Ponticum, mox ſubdit, floruiſſe ἐπὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, *ſub Hadriano Imperatore*. Ex his ergo apparet Zopyrionem, Pamphilum, & Juſtinum, ante Hadrianum vixiſſe: primum fortaſſe ſub Auguſto, ſecundum ſub Tiberio; tertium ſub Claudio, aut Nerone. Pacatus, quem ſuo loco Minucium Pacatum ſcribit, & Grammaticum Alexandrinum, qua ætate vixerit, ignoratur; ſecus verò de Pollione. Hunc enim, ſuo loco, Valerium nuncupat Pollionem, & Philoſophum ſcribit, & vixiſſe *ſub Hadriano*. Ut finis denique ejuſmodi imponatur; nemo horum grammaticorum, ex quorum operibus Lexicon Suidæ compactum eſt, recentior eſt quinto Seculo: ac proinde Lexicon idem, nec antiquius eſt eo tempore, nec recentius; quod recentiorem neminem habet grammaticorum, ex quibus compactum fuerit. Porrò Syllabum illum, præter Kuſterum, exhibet etiam Cl. Fabricius (tom. 9. Bibl. Græcæ) ſed, quod mirum, his non attendens, nono vel decimo Seculo, authorem & Lexicum illud ſiſtit. Sed a mea tam benè fulta ſententia, & ſub Juſtino ſeniore concinnatum, Suidæ titulo, non authoris nomine, non recedo,

11. Interim Suidas (loquor uſu communi) frequentiſſime Dionem refert, nec infrequenter detecto nomine, & librorum numero, quibus inſunt, quæ ipſe recitat: paſſim verò apud ipſum legas: Δίων ἐν Ρωμαϊκοῖς, veluti verbo βύας, verbo ἰσάλως, & ſic ſæpe. Ludolphus Kuſterus, ultimus ejus editor Cantabrigiæ anno 1705. ab Excerptis ex Dione Valeſianis, ex Zonara (apud quem quid lateret ignorabat) ſæpe ſua depromere vult Suidam: quamobrem nimis recentior, opus eſt, ipſi Suidas ſit, qui Zonaram etiam, duodecimi authorem Seculi volutavit. Sed genuinus Suidas, non ex his, quæ Conſtantini habent Excerpta, & Zonaras eſt probandus, ſed ex his, quæ hi non habent, & ipſe Dionis affert. Quod ſæpe fit, etiam librorum numero allegato: quod ex Excerptis Conſtantini, aut Zonara fruſtra quærendum eſſet; qui nec volam, neque veſtigium horum habent. Legit ſane in ipſo fonte Dionem Suidas integrum; & hinc deſumpſit ex libro VI. XIII. XV. XVI. XVII. XXXIX. XLI. XLIII. & aliis, quæ hoc in opere ſemper deregimus ſuis locis. Novitque hinc ejus gentile nomen, & Cocceianum; ut verbo ἐπιτάτις & alibi, & verbo Κοκκηϊανός: quod retulit etiam Photius, & Conſtantinus. Ac tandem in voce Δίων, opus & hominem probe callens, ea ſcripſit, quæ ſupra attulimus, mox poſt vitam.

12. Poſt Suidam, Lexicographus etiam, Heſychius, Alexandrinus grammaticus, (2) ſexto hoc ſeculo (pace V. Cl. Fabricii, qui eum tertio ſiſtit ſeculo) referri debet. Is in ſuo Lexico verbo σταδιὸν, paucis hiſce Dionem citat: Σταδιὸν, παρὰ Δίωνι, πολίτην. *Vox σταδιὸν apud Dionem, ſignificat civem*. Dubium quidem de quo Dione: nam ea vox mihi

(1) Helladius fuit Alexandrinus; venit Cpol. an. 389. ſub Theodoſio Seniore: venit autem cum Hammonio ſuo cive; & grammatici docuerunt Socratem Scholaſticum Auct. Hiſt. Eccl. Tillemon. ita art. 37. tom. 6. Hiſt. Imp. in Theod. jun.

(2) Heſychium enim Illuſtrem, illum duco, qui ſub Juſtiniano (Cod 69. Photii) ſex libris ſcripſit Ρωμαϊκὴν καὶ παντοδαπὴν ἱστορίαν, quam deſcribit Photius.

mihi nunquam occurrit in Dione, quem nunc habemus: ſed in dubio huc afferendus erat.

13. Sequitur Græcos Jornandes, primus, quod ſciam, Latinorum, qui Dionis meminerint. Vixit is Gotthus gente, & Epiſcopus Ravennatium, dum res Gotthorum, etſi præcipites, adhuc ſtabant in Italia nonnihil, Principe Juſtiniano ſeniore. Optimos Græcos Latinoſque legit authores, gente, non lingua barbarus; Livium, quem compilat, & Tacitum, alioſque, & inter Græcos Strabonem, Dionemque noſtrum, ex quo, Britanicæ Monæ inſulæ, totiuſque Britanniæ deſcriptionem deſumit, in libro *de Getarum origine & rebus geſtis*, cap. *de Britannia inſula*, in quo de Dione præclare meminit. *Ejus*, inquiens, *magnitudinem, olim nemo, ut refert Livius, circumventus eſt. * Refert autem Strabo, Græcorum nobilis Scriptor, &c. Memma, quam Cornelius etiam* Tacitus *Annalium Scriptor, narrat metallis copioſam &c. Calidoniam verò incolentibus, rutilæ comæ, corpora magna, ſed fluida *: inculti æque omnes populi, regeſque populorum: cunctis tamen in Calidoniorum metallum conceſſiſſe nominandi, autor eſt Dio celeberrimus Scriptor Annalium. Virgeas habitant caſas, communia tecta cum pecore, ſilvæque illis ſæpe ſunt domus. Ob decorem neſcio, an aliam ob rem, ferro pingunt corpora. Bellum inter ſe aut imperii cupidine, aut amplificandi quæ poſſident, ſæpius gerunt; non tantum equitatu vel pedite, verum etiam bigis, curribuſque falcatis: quos more vulgi Eſſedas vocant. Hæc pauca de Britanniæ inſulæ forma, dixiſſe ſufficiat.* Hæc autem omnia huc attuli, quod noverim multos de Dione ne noſtro, an alio, locutus ſit Jornandes, dubitare. Sed & res ipſa loquitur noſtrum, & ipſe Dio lib. 76. in Severo, ſe memoratum hic probat: ubi enim de Britannia & Caledonia ipſe loquitur, ſcribit eadem ferme ac Jornandes, ad verbum. Καληδόνιοι δὲ μετ' ἐκείνους· καὶ νέμονται ἑκάτεροι ὄρη ἄγρια καὶ ἄνυδρα καὶ πεδία ἔρημα, καὶ ἑλώδη, μήτε τείχη, μήτε πόλεις, μήτε γεωργίας ἔχοντες, ἀλλ' ἐκ τε νομῆς καὶ θήρας ἀκροδρύων τέ τινων ζῶντες· τῶν γὰρ ἰχθύων, ἀπείρων καὶ ἀπλέτων ὄντων οὐ γεύονται· διαιτῶνται δὲ ἐν σκηναῖς γυμνοὶ καὶ ἀνυπόδετοι, ταῖς γυναιξὶν ἐπικοίνοις χρώμενοι, καὶ τὰ γεννώμενα πάντα ἐκτρέφοντες· δημοκρατοῦνται δὲ, ὡς πλήθει; καὶ λῃστεύουσιν ἥδιστα· στρατεύονται δὲ ἐπί τε ἁρμάτων, ἵππους ἔχοντες μικρούς, ταχεῖς, καὶ πεζοὶ δέ εἰσι, καὶ δραμεῖν ὀξύτατοι, καὶ συστῆναι παγιώτατοι· τὰ δὲ ὅπλα &c. Τοιαύτη μὲν τις νῆσος ἡ Βρεττανία ἐστί, καὶ τοιούτους οἰκήτορας, ἥ γε πολεμία ἔχει. *Caledonii poſt illos* Mæatas *ſunt. Incolunt utrique montes aſperos & inaquoſos, itemque campos deſertos, plenoſque paludibus. Nec mœnia, nec urbes habent, nec agros colunt. De præda & venatione, fructibuſque quorundam arborum vivunt: nam piſces, quorum ibi maxima eſt, & innumerabilis turma, non guſtant. Degunt in tentoriis nudi, & ſine calceis. Promiſcuis utuntur uxoribus, & quemcumque ex eis naſcitur, alunt. Populari ſtatu, ut plurimum, reguntur, latrocinantur libentiſſime: militant in curribus: equos habent parvos & celeres: pedites etiam ſunt, tam ad currendum velociſſimi, quam ad conſiſtendum una firmiſſimi. Horum arma, ſunt ſcutum, &c. Talis eſt inſula Britania, & tales incolas, qua parte cum Romanis bellum gerit.* His poſitis, nemini amplius erit dubium, Jornandem de noſtro Dione locutum eſſe, præſertim quum denuò recordatur cap. 29. dum claſſem Ravennatium Romanam, deſcribit, illis vocibus: *A meridie Padus, qui & Eridanus, ab Auguſto Imp. altiſſima foſſa demiſſus: qui ſeptima ſui alvei parte mediam influit civitatem, ad oſtia ſua amœniſſima portum præbens, qui claſſem ducentarum quinquaginta navium, Dione referente, tutiſſime dudum credebatur recipere ſtatione.* Et nemo reor, ignorat, de Claſſe hac & aliis Dionem loqui libro 48.

14. Duodecimo Mauricii Aug. anno (quod eſt anno 595.) deſiit ſcribere ſuam Eccleſiaſticam Hiſtoriam Evagrius Scholaſticus, qui libro 5. cap. ult. de Romanis Hiſtoricis verba faciens, inter eos, locum Dioni præſtat, Αἱ δὲ κατὰ Ῥωμαίους πράξεις, * Διονυσίῳ μὲν γέγραπται τῷ Ἁλικαρνασσεῖ, ἀπὸ τῶν λεγομένων Ἀβοριγίνων τὴν ἱστορίαν ἐλάσαντι, μέχρι τοῦ Ἠπειρώτου Πύρρου. Ἐξ ἐκείνου δὲ Πολυβίῳ τῷ Μεγαλοπολίτῃ κατενεγκόντι, ἕως τῆς Καρχηδόνος ἁλώσεως· ἅπερ Ἀππιανὸς εὐκρινῶς διέτεμεν, ἑκάστην πρᾶξιν εἰς ἓν ἀγείρας· εἰ καὶ κατὰ διαφόρους γέγονε χρόνους, καὶ τὰ μετ' ἐκείνους, ὡσαύτως εἰργασμένα. Διοδώρῳ δὲ Σικελιώτῃ πεποίηται τὰ μέχρι Ἰουλίου Καίσαρος· καὶ Δίωνι τῷ Κασσίῳ γράψαντι μέχρις Ἀντωνίνου τοῦ ἐξ Ἐμέσης. *Quod autem pertinet ad Romanorum res geſtas *, ſunt ipſæ a Dionyſio Halicarnaſſeo accurate ſcriptis proditæ: qui hiſtoriam ab iis, qui Aborigines vocabantur, ad Pyrrhum Epiri regem deduxit. Ex cujus temporibus ad everſionem Carthaginis, Polybius Megalopolitanus, geſtas res explicavit: quas ſigillatim & ſolerter Appianus diſtinxit, &, quamvis variis temporibus confectas, in unum locum congeſſit; illas additis etiam, quæ poſt ipſos peracta ſunt. Porrò res uſque ad Julium Cæſarem geſtæ, a Diodoro Siculo ſunt expoſitæ, & ab Caſſio Dione, qui Hiſtoriam uſque ad Antoninum en Emeſa ortum deduxit.* Evagrius ergo Dionem legit, etſi non uſque ad Alexandrum Mamææ dicat, ſed uſque ad Elagabalum Antoninum, qui Emeſenus fuit & Syrus, eum ſcripſiſſe: quod non advertit Voſſius in Dione. Ignorat enim quis iſte Evagrii ſit Ἀντωνῖνος, aut Ἀντωνῖνος ἐξ Ἐμέσης, & placet homini intelligere Alexandrum. Sed & Dio Elagabalum, Emeſenum dicit, & Herodianus ἐκ τῆς Ἐμέσης, ne quis dubitandi locus ſuperſit. Scripſit autem ſic Evagrius, quod vix pauca Dio occeperit ſcribere de Alexandro; ut ex Dionis ultimo, edito a me libro, eſt perſpicuum. Quod ſcriptum dictumque velim etiam humaniſſimo Clariſſimoque editori Actorum Lipſiæ, qui ideirco de ultimo Dionis libro, quod nimirum brevis eſt, non uſquequaque fidebat mihi de Diônis ſtylo loquuro, & de integritate libri hujus: apud Photium, Conſtantinumque Auguſtum, & Xiphilinum & Zonaram, inter ſeſe collatos, tutiùs judicandi. Evagrius autem ſuo etiam ſilentio, locuples teſtis eſt, a Dione jejune ſatis, & tantum obiter, Alexandri eiſe Principatus initia delibata: unde brevitas libri illius: tanquam ac ſi de Alexandro non actum eſſet.

15. Nicolaus quidam, qui τῶν Δίωνος συναγωγὴν, integram *ex Dione collectionem* compegit, ſaltem ad hæc tempora, quibus Evagrius, eſt referendus; quandoquidem eum nominat Abbas, B. Maximus Africanus, ſed ſcientiſſimus græcè, qui ſeptimo ſeculo, ab anno 645. ad 662. (quo martyr Lazyci obiit) inclaruit; Dionis multa, ex hac Dionia collectione, habet: in ſuis tractatibus Περὶ ἀνδρείας καὶ ἰσχύος, *de viriliter fortiterque geſtis*; & Περὶ φίλων, *de amicis*, aut *amicitia*: quos manuſcriptos adhuc exſtare, ait Cl. Monfauconius, in olim Segueriana, hinc Coisliniana, modò in Regia, Codice 371. operum Sancti Maximi. In iis enim *præter Scripturæ loca* (pag. 16. 17. & 27.) *afferuntur loca, vel dicta Baſilii &c. Dionis* ἐκ τῆς Νικολάου συν-

αγω-

Digitized by Google

ϛ... ἐξ Νικολάου, *ex Nicolai collectione* ; ut ſcribit ad hanc Bibliothecam Monſauconius pag. 575. Sanè mihi ex Dione noſtro eſt veriſimiliter hæc collectio ; ſuadentque non parum, hiſtorica illa, *de viriliter fortiterque geſtis*, & *de amicis* aut *amicitia* : quod tamen eruditi Pariſienſes poterunt experiri.

16. Ad octavum poſſunt referri Seculum, Etymologici magni author (quem nono, vel decimo ſiſtit Cl. Fabricius, in Bibl. Græcæ tom. x. : utique poſt Suidam) & multa Lexica, quæ ſunt in Codice 345. *elegantiſſimè ſcripto, decimi Seculi* ; teſte Monſauconio, Bibliothecæ Coiſlinianę pag. 471. 472. & 496. In his autem Dionis exempla afferuntur. Etymologus namque verbo Κέλα, iſtud adducit: ἐγαλῆ ἐκ κεκαυμένων ξύλων αὐτὴν συνέπηξαν· Δίων, *Poſtquam ex judibus igne obduratis eam conſtruxerunt. Dio*. Habet & ipſum ἐν Ῥωμαϊκῇ ἱστορίᾳ, verbo ἐγκάλεσε; & Ῥωμαϊκῶν ιε XV. verbo ἐδικαιώθησαν, & ις' XVI. verbo ἡγκάλλιν Quæ etiam Suidas habet, & Ῥωμαϊκῶν XVII. ιζ', verbo ἐδημώθη. Lexica verò illa variorum anonymorum ; pag. 64. relati Codicis, verbo ἠγάπησεν, unum habet : Δίων ἐν ις' λόγῳ Ῥωμαϊκῶν· Διά τι οὖν ταῦτα, (καὶ) ὅτι τὸ θεῖον ἀκριβῶς ἠγάπησεν (quæ habet & Suidas eodem verbo ; quod alter alterum certè exſcripſerit, & hîc ſuo loco leguntur, lib. XVI., & apud Valeſium, pag. 602.) κέχρηνται δὲ τῇ λέξει ταύτῃ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, καὶ Εὐνόμιος ὁ δυσσεβής. *Dio libro XVI. Romanæ Hiſtoriæ* : Idcircò igitur, & quod Deos ſedulo coleret. *Uſi hac dictione ſunt, cum multi alii, tùm impius ille Eunomius*. Quæ poſtrema verba innuunt non obſcurè, paulo poſt Eunomium (qui labente quarto ſeculo dogmatizans, cum ſuis damnatus eſt) authorem Lexici hæc ſcripſiſſe. Ni fallor, Helladius ille, de quo ſuperius, Alexandrinus, qui ſub Theodoſio juniore περὶ λέξεων ſcripſit ; author Lexici hujus fuit, poſt initia quinti ſeculi ; & Suidas ex eo exſcripſit. Hæc ſuſpicio : attamen in re dubia, nos octavo contenti ſumus.

17. Lexicon aliud ejuſdem Codicis pag. 25. ſequitur, titulo Περὶ συντάξεως, *de conſtructione* verborum, ordine alphabetico ; in quo, verbo Ζημιῶ, iſta refert, Καὶ Δίωνος ϛ' βιβλίον· Ἐπειδὴ ἦρχεν, ὡς εἴρηκεν, καὶ χρήμασιν ἐζημίωσεν, οὔτε περὶ τοῦ σώματος εἰς κίνδυνον κατεστήσε. *Et Dionis libro VI*. Poſtquam rebus præfuit, introductum ære multavit, haud verò in vitæ diſcrimen venire *voluit*. Opinor tamen in Dione fuiſſe, εἰς κίνδυνον. Et verbo Ἡττῶμαι· γενετικῇ &c. Καὶ Δίωνος μα' βιβλίον· (fortè βιβλίον) Δεινὸν, τὸ, τῶν πολεμίων κρατοῦντας, ἡδονῶν ἡττᾶσθαι. *Et Dionis lib. XLI. Horribile illud eſt ; qui hoſtibus potiuntur, a voluptatibus eos vinci*. Hæc autem habui de horum ætate authorum, qui in hac collatione Dionem allegant. Codex, ſaltem *decimi ſeculi* eſt peritiſſimo Monſauconio ; & authores illos aliquanto pridem ſcripſiſſe concedi debet, & volitaſſe nonnihil ſolos, antequam eorum hæc opera in unum volumen compingerentur.

18. Photius Caput & author Schiſmatis, Cpolitanus IX. ſeculo Patriarcha, in ſuo Myriobiblo, Codicem LXXI. Dioni tribuit. Ἀνεγνώσθη, inquiens, βιβλίον Κασσίου Κοκκηιανοῦ (ἢ Κοκκίου) Δίωνος ἐν λόγοις π'. ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς Αἰνείου ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐκ Τροίας καθόδου, καὶ τῆς κτίσεως Ἄλβα καὶ Ῥώμης· διέρχεται δὲ καθεξῆς· ἀποπαύεται δὲ εἰς τὴν τοῦ Ἀντωνίνου, ὃν Ἐλεγάβαλον ἐκάλουν, σφαγὴν, * καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν Ἀλεξάνδρου, ὃς, Ἀντωνίνου σφαγέντος, τὴν βασιλείαν ὑπεδέχεται. *Lectus eſt Codex Caſſii Dionis Coccejani, vel Coccei, qui octoginta libris diſtributus ; incipit ab Æneæ in Italiam ex Troja appulſu, & ab Alba, & Urbe condita, & deinceps ; deſinit verò in Antonini cæde, qui Elagabalus dicebatur, Alexandrique Principatu, qui Antonino confoſſo, imperium ſuſcepit*. Quod reliquum eſt Photii judicium de Dione ; inter criticorum illud judicia, infra adducam.

19. Conſtantinus Aug. Porphyrogenneta, tanta decimo ſeculo, Dionis habet, & adeo ipſum verſat aſſidue ; ut ineptum ſit, de his aliud hic addicere, quam in toto opere, & ſuperius dictum eſt. Attamen e re fuerit, eos producere eruditos, quibus ad deducendas ex Dione Eclogas, *De virtutibus, & de legationibus*, uſus eſt ; nam hæc non uſquequaque liquere duco. Incipiam a Conſtantino, verbiſque Valeſii Henrici, in Præfatione ad Excerpta, De virtutibus & vitiis. *Conſtantinus Auguſtus, Leonis Aug. F., Baſilii Aug. N. * cum admodum puer a patre eſſet derelictus, tutoribus Summam Imperii, ut fere ſit, penes ſe retinentibus, lene ac placidum ingenium ad humaniorum artium ſtudia contulit. In quibus cum magnoque profeciſſet, * tandem conſilium prorſus Regio animo dignum cepit : quo non ſibi ſolum, ſed etiam ſtudioſis omnibus prodeſſet. Primum itaque optimorum ſcriptorum, in omni doctrinæ genere, exemplaria * undique conquiſivit, iiſque Palatinam bibliothecam inſtruxit * ; deinde cum tanta tamque immenſa librorum moles, pleroſque a legendo deterreret ; ipſe ut Principem decuit, ſingulorum utilitati & compendio conſulens, auctores omnes, qui idem argumentum tractaverant, in unum compegit corpus, reſectis ſuperfluis, ac ſelectis ex unoque Scriptore iis locis, quæ quiſque elegantiſſime tractaverat. Verum his, & ſi qui præterea ejuſmodi libri ad notitiam noſtram non venerunt ; & magnitudine operis, & utilitate longe præſtant*, Collectanea Hiſtorica, *in tres & quinquaginta titulos (quos locos communes vocant) ab eodem Conſtantino diſtributa, ac ſex ſupra centum libris comprehenſa : ſingulos enim titulos Conſtantinus, in duo volumina diviſerat. Priori continebantur antiquiſſimi quique hiſtoriæ Scriptores ; aut certe, qui hiſtoriam ab origine mundi repetebant : ii verò qui res geſtas Cæſarum compoſuerant, in poſterius volumen erant rejecti. Ex his autem tribus & quinquaginta titulis Excerptorum, unicus hodie ſupereſt, qui*, De legationibus, *inſcribitur, in duos, ut dixi, diſtributus libros. Prior a Fulvio Urſino, alter a Davide Hoëſchelio, viris doctiſſimis, eſt editus. Quibus jungendus etiam eſt hic noſter, qui nunc primum in lucem prodit, beneficio V. Cl. Doctiſſimique, & ad juvandas literas unicè nati, Nic. Fabricii Peireſcii, titulo* Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. *Ita unus adhuc & quinquaginta horum Collectaneorum libri deſiderantur : gravi ſane ac deflenda jactura. * Et hæc de Conſtantini conſilio ac methodo, in his conficiendis libris dicta ſufficiant*. Et in Nuncupatoria ad Peireſcium : *Nunc vero*, inquit, *operâ noſtrâ prodit in lucem, non magis Conſtantini Aug. purpurâ, quam nominis tui titulo, conſpicuus. Ac de Conſtantino quidem alii viderint, ſit ne de iis Scriptoribus, quos tot in centones carpſit ac diſtribuit, benemeritus, nec ne. Equidem, ſi quod ſentio dicere licet, magnam ei gratiam a nobis deberi puto, qui has antiquitatis reliquias conſervaverit*. Quibus Valeſius verbis, Conſtantinum videtur, verè ſuam operam, manumque, his excerpendis præſtitiſſe, cenſere ; eique ſententiæ ſubſcribunt alii, inter quos Pagius in Critica ad Annales Baronii : tamquam ſub magiſtris Stephano Johanneque Gari-

da ;

da, & Johanne Rhetore, puer, his inſudaſſet. Faveteque in ſpeciem Theodoſius ille, qui proëmium Excerptis concinnans, eo tempore in jambis græcis appoſitis, ſic alloquitur Conſtantinum:

Collecta, quæ nunc cum labore ſedulo
Communicaſti literatis omnibus,
Conſtantine Auguſte, Principum decus, &c.
Ergo univerſi fundite has Deo preces:
Annos ei donare Tithoni velis,
Bona erogare pergat ut mortalibus.

Doctiſſimum quidem & laborioſiſſimum fateor Conſtantinum; ſed eum authorem Excerptorum non fuiſſe, detegit Fulvius eruditiſſimus Urſinus, qui & verum Scriptorem exinde prodit, in Nuncupatoria ad Antonium Card. Perenottum Granvelanum, dum græcè tantum, *Ex libris Polybii*, &c. *Dionis Caſſii Nicæi Selecta de Legationibus*, edit. *Antonius*, inquiens, *Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis, omnis politioris doctrinæ vindex & aſſertor, miſit ad me ſuperioribus annis, Polybii* (& aliorum, ut Dionis; quos edit, & præfixerat libri fronti) *fragmenta quædam, ut titulus indicabat*, Περὶ πρεσβειῶν *a JOHANNE QUODAM CONSTANTINOPOLITANO COLLECTA, qui Romanam antiquitatem, in capita, & locos communes digeſſerat; ut eum librum a mendis, quibus pene infinitis corruptus erat, vindicarem, & cum ſtudioſis etiam, ſi videretur, communicarem*. Johannes ergo hic Cpolitanus (quem Johannem Gaiidam illum cogito, aut Johannem Rethorem) anthor fuit horum *de Legationibus* Excerptorum. Theodoſius enim, qui ſe μικρὸν, *parvum*, apud Leunclavium ex codice manuſcripto Friderici Sylburgii, nuncupat, Excerpta omnia collegit, & uno vel pluribus voluminibus ἑνώσας congeſta (Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, ait, ὁ ἑνώσας ταῦτα: *Theodoſius parvus, qui hæc univit*) ea, dato proëmio (quod habemus apud Hoëſchelium & Valeſium græcolatine editum) dedicat Conſtantino; additis iis jambis, quorum mox partem dedimus. Qui cæteroqui non ea elaborata ſcribit a Conſtantino, ſed quod ea *collecta labore ſedulo*, ab aliis indubie, quibus datum fuerat illud penſum, *communicavit cum literatis*: ac proinde ei precatur *Tithoni annos*, ut beneficia alia *mortalibus pergeret erogare*. Conſonat nobis Hoëſchelius David, qui in epiſtola dedicatoria Johanni Matthæo Vackero, præfixa editioni ſuæ Excerptorum *De legationibus*: *Conſtantinus*, ait, *Porphyrogenneta, ut a Theodoſio proditum invenio, non contentus ex omnibus terrarum orbis partibus, libros quoſque optimos, cura ſumma conquirere, id etiam opere publicè utilis NAVARI VOLUIT, UT pro rerum diſcrimine, AUCTORUM quorumcumque SCRIPTA IN CERTAS CLASSES, quæ LIII. fuerunt, TRIBUTA CONGERENTUR*. Qui ſic loquitur, jubentem inducit Conſtantinum, non verò Excerptorum authorem facit. Idemque tenet Cl. Fabricius, qui *Excerpta a Theodoſio quodam ſervata* ſcribit, & *juſſu Conſtantini confecta*. Cæterum tituli *de legationibus* partem primam Urſinus edidit; partem alteram Hoëſchelius, (*ex Sereniſſimi Maximiliani Bojorum Ducis, & Cl. V. Andreæ Schotti* Antuerpienſis *bibliotheca*) quæ ex libris educta eſt Dexippi Athenienſis, Eunapii Sardiani, Petri Patricii, Priſci Rhetoris, Malchi Philadelphienſis, Menandri Protectoris, & Theophylacti Simocattæ; qui ſunt authores a tertio ſeculo ad ſextum. *Inſcriptio hujus operis in exemplari Græco eſt*, Ἐκλογαὶ περὶ πρεσβειῶν, *quæ Excerpta de Legationibus, vertimus*, inquit Hoëſchelius, qui ante *recenſionem authorum, qui in hoc opere continentur*; ponit: *Proëmium in volumen legationum, Theodoſii cujuſdam: ex Codice MS. Andreæ Schotti*: idemque prorſus proëmium Valeſius nactus eſt in ſuo Codice, Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Conſtantinus ergo non aliud fecit, quam ſuis auſpiciis opus curandum committere; qui alioqui multa diverſi argumenti ſcripſit; quorum parte vel hodie non caremus. Interim Excerpta *de Virtutibus* ab ignoto alio tunc concinnata, ſub ejus cum vulgo, nomine; *Legationes* verò ſub eo Theodoſii, voluimus in decurſu hoc operis nuncupare: quòd Leunclavius item voluit. Theodoſius autem fuit monachus; quæ gens ſe μικροὺς, & ἐλαχίστους, & ταπεινοὺς, & ἁμαρτωλοὺς, nominabant: ut inter Latinos olim, *peccatores*, & *exiguos*; & nunc *minores*, & *minimos*, & ſimiliter.

20. Gloſſaria Nomica multa habentur; ſed manuſcripta. Eorum unum vidit Valeſius, quod decimo ſeculo, ni fallor, eſt affigendum, poſt publicationem Βασιλικῶν, indeque ejus deduxit auctor, quæ de Tribubus a Romulo inſtitutis, Dione citato habet: ὥς φησι Δίων ἐν πρώτῳ λόγῳ τῆς Ἱστορίας; *ut ait Dio in primo Hiſtoriæ* Romanæ *libro*. Nos verba ipſa adſcripſimus lib. 2. cap. 3. hicque damus quæ de noſtro aliiſque Gloſſariis Nomicis Cl. Fabricius ſcribit, Biblioth. Græcæ tom. 4. pag. 571. *Novi plura ejuſmodi Lexica Juridica, ſive Gloſſas Nomicas extare in Bibliothecis variis manu exaratas; ut quibus uſi ſunt Meurſius & Cangius: & quales ſunt illæ, e quibus inſigne Dionis fragmentum excerpſit Henricus Valeſius, in Notis ad Excerpta Peireſciana*: Labitur memoria Vir doctiſſimus; non enim *in Notis*, ſed ante Notas, pag. 770. Valeſius id appinxit.

21. Georgius Cedrenus (an *Cedrinus* a *Cedro*, legendum eſt?) monachus & ipſe ſeculi undecimi, univerſum videtur Dionis opus legiſſe, ex his, quæ in Annalibus ſuis, Romuli & Numæ habet: Οὕτως μὲν οὖν ἐξ ἀμφοτέρων καὶ ἰσχυρὰ ταχέως, καὶ κόσμιος ἡ πόλις ἐγένετο, τοῦ μὲν τὰ πολιτικὰ καὶ εἰρηνικὰ ἐπιτηδεύσαντος, τοῦ Ῥωμύλου δὲ τὰ πολεμικά. *Sic utriuſque regis induſtriâ, civitas confeſtim & valida & ornata facta eſt; a Numa quidem civilibus rebus & paci aptis, a Romulo verò, quæ ſunt bellica, inſtitutis*: quæ ſunt ex libro Dionis primo, etiam apud Excerpta Valeſiana. Verum, dicendum potiùs hæc apud iſta legiſſe, quam in Dione ipſo; adeo aliàs ſub Regibus, aut Republica, nunquam Dione utitur. Excipio, quod ſcribit, & ex aliis habere potuit, de Jano Januarioque menſe, *Dione Romano* Hiſtorico allegato: quod vidit & inter Dionis fragmenta Valeſius repoſuit, pag. 770. Ea namque apud Excerpta nunquam apparuere; ſpectant autem ad Numam Regem, & IV. Dionis librum, quinto capite, in cujus notis dedimus ejus verba. Hæc pertinent ad primam Dionis partem; at ſecundam indubie Cedrenus legit, & aliquando Dionem citat; ut ſemel ac iterum pag. 173. & 256., in M. Antonio, & Elagabalo; ibi ὥς φησι Δίων ὁ Κοκκηῖος, hic ὡς δέ φησι Δίων, inquiens. Alibi, etſi Dionem ſileat, ejus tamen magna veſtigia in ipſo apparent; in omnibus ferme Imperatoribus, à Julio Cæſare ad Elagabalum; ut conferenti cum Dione patebit. Nos contulimus pagina 170. 171. 172. 215. 216. 217. 242. 244. 245. 248. 249. 250. 251. 252. 255. 256., & collata, ſuis locis in hoc opere afferentur.

22. Johannes Xiphilinus, monachus Trapezuntius,

tius, & Johannis Xiphilini Patriarchæ Cpolitani (ab anno 1064. ad 1075.) ex ſratre nepos, deciduo XI. Seculo, ſub Michaële Duca Parapinacio, Imperatore, integrum nactus Dionis Codicem, ejus Epitomen eſt molitus. Cl. Fabricius (tom. 4. Biblioth. Græcæ pag. 306.) recte corrigit Henricum Stephanum, Gherardum Voſſium, Hadrianum Bailletium, Ludovicum Morerium, alioſque & Tillemontium, qui cum Patriarcha patruo Xiphilinum confundunt. Ipſe enim hic lib. 53. pag. 71., quis fuerit; & quando ſcripſerit clarè prodit: Λέγω γάρ, inquiens, αὐτόν, οὐχ ὡς ὁ Δίων ὁ Προυσαεύς, ὁ ἐπὶ τοῦ Σευήρου καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν αὐτοκρατόρων γενόμενος, ἀλλ' ὡς ὁ Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος, ἀδελφόπαις ὢν Ἰωάννου τοῦ Πατριάρχου, ἐπὶ δὲ Μιχαὴλ αὐτοκράτορος τοῦ Δουκᾶ τήνδε ἐπιτομὴν αὐτὴν τῶν πολλῶν (an π'?) βιβλίων Δίωνος συνταττόμενος. *Quod ego, non ut Dio Pruſæus dico, qui ſub Severo fuit, Alexandroque Imperatoribus; ſed ut Johannes Xiphilinus, qui Johannis Patriarchæ, ex fratre filius, ſub Michaële Ducæ filio Imperatore, ex MULTIS* (corrigo *octoginta*) *Dionis libris, Epitomen hanc compoſui.* Reapſe integrum nactus ipſe Dionis opus, ut dixi, ipſum in Epitomen redegit; cujus pars tantum altera modo ſupereſt, eo titulo: Ἐπιτομὴ τῆς Δίωνος τοῦ Νικαέως Ῥωμαϊκῆς Ἱστορίας· ἣν συνέτεμεν Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος, περιέχουσα μοναρχίας Καισάρων εἴκοσι πέντε ἀπὸ Πομπηΐου Μάγνου, μέχρι Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας. *Romanæ Hiſtoriæ Dionis Nicæni Compendium, per Johannem Xiphilini Filium: continens Principatus, quinque & viginti Cæſarum, a Pompejo Magno ad Alexandrum Mamææ filium.* Conatur ipſe aliquando ſupplere, vel emendare Dionis opus; ubi mancum ſit vel corruptum; veluti ex Quadrato, & Euſebio Cæſarienſi (pag. 369.) ſed ex Plutarchi Parallelis non ipſe ſupplet, ſed Dio ipſe iis uſus interdum eſt. Criticenque exercet alibi in Dionem; quod inter authorum judicia de Dione, audietur.

23. Sequitur Johannes Zonaras Xiphilinum: qui pridem Magnus Excubitorum Præfectus, & Protoaſecretis Aulæ Cpolitanæ, hinc ex perſecutione monachus, in quadam inſula, longiſſime ab urbe diſſita (Athon & monte Sanctum quidam exiſtimant, quæ peninſula) ſub Alexii Comneni filio Johanne, nepoteque Manuele Imperatore, anno circiter M. CL. æræ noſtræ, vitam vixit, & obiit. De eo, placet, hîc ſermonem habere, verbis Cl. Ducangii in Præfatione ad ejus Annales: *Johannes Zonaras * vix aliquot in Aſceterio annos exegerat, cum eum convenere amici, hortatique ſunt ut * hiſtoriam conſcriberet. * Ægre tamen ceſſit, * victuſque; * ad Annales conſcribendos ſe accinxit. Neque tamen ſibi ipſi ſatisfecit omninò; cum, quibus (ad operis, quod in manus ſumpſerat, abſolutionem) neceſſe erat Codicibus perſæpe careret; * ſeu temporum injuria eſſent amiſſi, ſeu negligentius ab iis inquiſiti, quibus id negotii dederat: dum ipſe extorris & procul ab Urbe, in parva inſula vitam ageret. Neque porrò mirari debere, ſubdit, lectorem, ſi * ſcriptionis character ubique ſibi ſimilis non occurrat: cum aliter fieri vix queat, ut qui Hiſtoriam e variis Scriptoribus, veluti ſtipem, colligit, illorum & dictione & compoſitione, in multis non utatur.* Rem ipſi experti in Dione ſumus. *Quod ita tamen confecit, ut ſi aliquid de ſuo interjecerit, id illius ſtilo, quem ſequebatur, auctoris, quantum fieri potuit, accommodaverit; ne ſcriptionis ratio a ſeſe ubique diſſidere videretur.* Et hoc etiam experti ſumus, & cum lectore communicavimus. *Hiſtoriam uſque ad Alexii Comneni exitum perſequitur, ideſt ad Seculum, quo ipſe vixit, undecimum. Non ſolum enim Johannis Comneni Imp. Alexii filii meminit; Sed & Manuele Johannis filio imperante vixiſſe, infra docemus.* Quod eſt duodecimum ſeculum, non undecimum'. Quidquid autem de his ſit; Zonaræ beneficio, quæ Dionis habemus, diximus primo capite: in aliis, Epitome fruimur Xiphilini. In qua, nec Zonaras aliquoties nos deſtituit (quod ſuis quoque locis monemus) allegato expreſſe Dione; quem, indubie, in prima parte ignoravit, dum exſcribebat.

24. Johannes Tzetzes Zonaram ſequi oportet, cujus ferme fuit æqualis: dum ſenex enim erat Zonaras, Tzetzes adoleſcebat. Is non monachus, ſed literator fuit Cpolitanus, ut vaſtæ lectionis, & memoriæ ſtupendæ, ita indigeſtæ eruditionis. Nobilis, & auctus filiis: qui aliquando in corruptos, ſuorum Eccleſiaſticorum mores invehit, ſub initia natus videtur ſeculi duodecimi. Pro Leone Stypiota, Patriarcha Cpolitano (qui ad annum vixit 1144.) in Epiſcopum, ni fallor, Baſilium Camaterum poſtea Patriarcham; detractorem ejus, (Chiliade IX. Hiſt. 299. a verſ. 969.) ſtringit calamum, inquiens,

Iſte bubalopapas & Momoſcopus, iis,
Quæ in utilitatem ſcripta ſunt juniorum,
Ipſe barbarè & nugaciter, inſtar Comœdiæ
uſus eſt
In Patriarcham Stypen;
Dum ejus cerebrum, dixit telephum.

Εἰς Πατριάρχην τὸν Στύπην, ὅτε τηλέφιον εἶπε. Si *Telephium* ille dixerit, non erat ob vocem hanc arguendus: τηλέφιος enim ἐγκέφαλος, ut τηλέφιον ἕλκος, valeret *malignum, inveteratum in malo caput*: ut *ulcus inveteratum malignumque*. Idem Chiliade XI. Hiſt. 381. meminit Michaëlis Pſelli, quem centum ante annos vixiſſe ait.

Michaël quidem Pſellus pulices laudat,
Ante annos centum florens in vita.

ἀκμῶν πρὸ χρόνων ἑκατόν. Et Michaël Pſellus magiſter fuit Ducæ Michaëlis, qui ab anno imperavit 1071. ad 1077. Saltem ergo poſt hos centum a Pſello annos, Tzetzes vivebat, anno 1177. cum nondum Patriarcha quis erat Camaterorum; vel Baſilius, qui ab anno 1183. ad 1186., vel Johannes, ab anno 1196. ad 1204. Poſt annum autem 1191. vixiſſe Tzetzem, argumento ſint, quæ de quibuſdam ipſe vaticiniorum leris, qui tum circumferebantur; tanquam in ſuos Græcos, ſcribit. Loquitur enim de Latinis, veluti *jam tranſiiſſent* (ἦλθον) Imperium Græcum; Chriſtianis, rebuſque afflictis Orientis, laturi opem; quod factum conſtat anno 1191. Et hæc ſufficiant pro ætate. Johannes iſte Dionem habuit integerrimum, quem & ſæpe refert in ſuo ad Lycophronis Alexandram Commentario (quod pridem nomine fratris Iſaacii audiebat) dum de Ænea, Albanis Regibus, Romulo, Roma, Auruncis, Latinis loquitur, aliiſque; quæ ſuis locis, in noſtris notis aſcripſimus: Et in Chiliadibus, in quibus, quum toties ipſum habeat; mirum dictu audituque eſt, ſemel tantum in Archimede, deprehenſum fuiſſe Valeſii diligentiæ. Dionem enim Tzetzes citat in Auruncis, in Caco, in M. Manlio Capitolino, in Coriolano, in Hannibale, in Catone majore & minore, in mœnibus Babylonis, in Trajano, & in Ha-

dria-

da, & Johanne Rhetore, puer, his inſudaſſet. Favetque in ſpeciem Theodoſius ille, qui proëmium Excerptis concinnans, eo tempore in jambis græcis appoſitis, ſic alloquitur Conſtantinum:

Collecta, quæ nunc cum labore ſedulo
Communicaſti literatis omnibus,
Conſtantine Auguſte, Principum decus, &c.
Ergo univerſi fundite has Deo preces:
Annos ei donare Tithoni velis,
Bona erogare pergat ut mortalibus.

Doctiſſimum quidem & laborioſiſſimum fateor Conſtantinum; ſed eum authorem Excerptorum non fuiſſe, detegit Fulvius eruditiſſimus Urſinus, qui & verum Scriptorem exinde prodit, in Nuncupatoria ad Antonium Card. Perenottum Granvelanum, dum græcè tantum, *Ex libris Polybii*, &c. *Dionis Caſſii Nicæi Selecta de Legationibus*, edit. *Antonius*, inquiens, *Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis, omnis politioris doctrinæ vindex & aſſertor, miſit ad me ſuperioribus annis, Polybii* (& aliorum, ut Dionis; quos edit, & præfixerat libri fronti) *fragmenta quædam, ut titulus indicabat*, Περὶ πρεσβειῶν *a JOHANNE QUODAM CONSTANTINOPOLITANO COLLECTA, qui Romanam antiquitatem, in capita, & locos communes digeſſerat; ut eum librum a mendis, quibus pene infinitis corruptus erat, vindicarem, & cum ſtudioſis etiam, ſi videretur, communicarem.* Johannes ergo hic Cpolitanus (quem Johannem Gatidam illum cogito, aut Johannem Rethorem) author fuit horum *de Legationibus* Excerptorum. Theodoſius enim, qui ſe μικρὸν, *parvum*, apud Leunclavium ex codice manuſcripto Friderici Sylburgii, nuncupat, Excerpta omnia collegit, & uno vel pluribus voluminibus ἀθροίσας congeſta (Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, ait, ὁ ἀθροίσας ταῦτα: *Theodoſius parvus, qui hæc univit*) ea, dato proëmio (quod habemus apud Hoëſchelium & Valeſium græcolatine editum) dedicat Conſtantino; additis iis jambis, quorum mox partem dedimus. Qui cæteroqui non ea elaborata ſcribit a Conſtantino, ſed quod ea *collecta labore ſedulo*, ab aliis indubie, quibus datum fuerat illud penſum, *communicavit cum literatis*: ac proinde ei precatur *Tithoni annos*, ut beneficia alia *mortalibus pergeret erogare*. Conſonat nobis Hoëſchelius David, qui in epiſtola dedicatoria Johanni Matthæo Vackero, præfixa editioni ſuæ Excerptorum *De legationibus*: *Conſtantinus*, ait, *Porphyrogenneta, ut a Theodoſio proditum invenio, non contentus ex omnibus terrarum orbis partibus, libros quoſque optimos, cura ſumma conquirere, id etiam opere publicè utilis NAVARI VOLUIT, UT pro rerum diſcrimine, AUCTORUM quorumcumque SCRIPTA IN CERTAS CLASSES, quæ LIII. fuerunt, TRIBUTA CONGERENTUR.* Qui ſic loquitur, jubentem inducit Conſtantinum, non verò Excerptorum authorem facit. Idemque tenet Cl. Fabricius, qui *Excerpta a Theodoſio quodam ſervata* ſcribit, & *juſſu Conſtantini confecta*. Cæterum tituli *de legationibus* partem primam Urſinus edidit; partem alteram Hoëſchelius, (*ex Sereniſſimi Maximiliani Bojorum Ducis, & Cl. V. Andreæ Schotti* Antuerpienſis *bibliotheca*) quæ ex libris educta eſt Dexippi Athenienſis, Eunapii Sardiani, Petri Patricii, Priſci Rhetoris, Malchi Philadelphienſis, Menandri Protectoris, & Theophylacti Simocattæ; qui ſunt authores a tertio ſeculo ad ſextum. *Inſcriptio hujus operis in exemplari Græco eſt*, Ἐκλογαὶ περὶ πρεσβειῶν, *quæ Excerpta de Legationibus, vertimus*, inquit Hoëſchelius, qui ante *recenſionem authorum, qui in hoc opere continentur*; ponit: *Proëmium in volumen legationum, Theodoſii cujuſdam: ex Codice MS. Andreæ Schotti*: idemque prorſus proëmium Valeſius nactus eſt in ſuo Codice, Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Conſtantinus ergo non aliud fecit, quam ſuis auſpiciis opus curandum committere; qui alioqui multa diverſi argumenti ſcripſit; quorum parte vel hodie non caremus. Interim Excerpta *de Virtutibus* ab ignoto alio tunc concinnata, ſub ejus cum vulgo, nomine; *Legationes* verò ſub eo Theodoſii, voluimus in decurſu hoc operis nuncupare: quòd Leunclavius item voluit. Theodoſius autem fuit monachus; quæ gens ſe μικροὺς, & ἐλαχίστους, & ταπεινοὺς, & ἁμαρτωλοὺς, nominabant: ut inter Latinos olim, *peccatores*, & *exiguos*; & nunc *minores*, & *minimos*, & ſimiliter.

20. Gloſſaria Nomica multa habentur; ſed manuſcripta. Eorum unum vidit Valeſius, quod decimo ſeculo, ni fallor, eſt affigendum, poſt publicationem Βασιλικῶν, indeque ejus deduxit auctor, quæ de Tribubus a Romulo inſtitutis, Dione citato habet: ὥς φησι Δίων ἐν πρώτῳ λόγῳ τῆς Ἱστορίας; *ut ait Dio in primo Hiſtoriæ* Romanæ *libro*. Nos verba ipſa adſcripſimus lib. 2. cap. 3. hicque damus quæ de noſtro aliiſque Gloſſariis Nomicis Cl. Fabricius ſcribit, Biblioth. Græcæ tom. 4. pag. 571. *Novi plura ejuſmodi Lexica Juridica, ſive Gloſſas Nomicas exſtare in Bibliothecis variis manu exaratas; ut quibus uſi ſunt Meurſius & Cangius: & quales ſunt illæ, e quibus inſigne Dionis fragmentum excerpſit Henricus Valeſius, in Notis ad Excerpta Peireſciana*: Labitur memoria Vir doctiſſimus; non enim *in Notis*, ſed ante Notas, pag. 770. Valeſius id appinxit.

21. Georgius Cedrenus (an *Cedrinus* a *Cedro*, legendum eſt?) monachus & ipſe ſeculi undecimi, univerſum videtur Dionis opus legiſſe, ex his, quæ in Annalibus ſuis, Romuli & Numæ habet: Οὕτως μὲν οὖν ἐξ ἀμφοτέρων καὶ ἰσχυρὰ ταχέως, καὶ εὔκοσμος ἡ πόλις ἐγένετο, τοῦ μὲν τὰ πολιτικὰ καὶ εἰρηνικὰ ἐπιτηδεύσαντος, τοῦ Ῥωμύλου δὲ τὰ πολεμικά. *Sic utriuſque regis induſtriâ, civitas confeſtim & valida & ornata facta eſt; a Numa quidem civilibus rebus & paci aptis, a Romulo verò, quæ ſunt bellica, inſtitutis*: quæ ſunt ex libro Dionis primo, etiam apud Excerpta Valeſiana. Verum, dicendum potiùs hæc apud iſta legiſſe, quam in Dione ipſo; adeo aliàs ſub Regibus, aut Republica, nunquam Dione utitur. Excipio, quod ſcribit, & ex aliis habere potuit, de Jano Januarioque menſe, *Dione Romano* Hiſtorico allegato: quod vidit & inter Dionis fragmenta Valeſius repoſuit, pag. 770. Ea namque apud Excerpta nunquam apparuere; ſpectant autem ad Numam Regem, & IV. Dionis librum, quinto capite, in cujus notis dedimus ejus verba. Hæc pertinent ad primam Dionis partem; at ſecundam indubie Cedrenus legit, & aliquando Dionem citat; ut ſemel ac iterum pag. 173. & 256., in M. Antonio, & Elagabalo; ibi ὥς φησι Δίων ὁ Κοκκηϊανὸς, hic ὡς δέ φησι Δίων, inquiens. Alibi, etſi Dionem ſileat, ejus tamen magna veſtigia in ipſo apparent; in omnibus ferme Imperatoribus, a Julio Cæſare ad Elagabalum; ut conferenti cum Dione patebit. Nos contulimus pagina 170. 171. 172. 215. 216. 217. 242. 244. 245. 248. 249. 250. 251. 252. 255. 256., & collata, ſuis locis in hoc opere afferentur.

22. Johannes Xiphilinus, monachus Trapezuntius,

tius, & Johannis Xiphilini Patriarchæ Cpolitani (ab anno 1064. ad 1075.) ex fratre nepos, deciduo XI. Seculo, ſub Michaële Duca Parapinacio, Imperatore, integrum nactus Dionis Codicem, ejus Epitomen eſt molitus. Cl. Fabricius (tom. 4. Biblioth. Græcæ pag. 306.) recte corrigit Henricum Stephanum, Gherardum Voſſium, Hadrianum Bailletium, Ludovicum Morerium, alioſque & Tillemontium, qui cum Patriarcha patruo Xiphilinum confundunt. Ipſe enim hic lib. 53. pag. 71., quis fuerit; & quando ſcripſerit claré prodit: Λόγω γάρ, inquiens, τοῦτο, εἰκὼ ὡς ὁ Δίων ὁ Προυσαεύς, ὁ ἐπὶ τοῦ Σευήρου καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν αὐτοκρατόρων γενόμενος, ἀλλ' ὡς ὁ Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος, ἀδελφόπαις ὢν Ἰωάννου τοῦ Πατριάρχου, ἐπὶ δὲ Μιχαὴλ αὐτοκράτορος τοῦ Δουκᾶ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τῶν πολλῶν (an π'?) βιβλίων Δίωνος συνταττόμενος. *Quod ego, non ut Dio Pruſæus dico, qui ſub Severo fuit, Alexandroque Imperatoribus; ſed ut Johannes Xiphilinus, qui Johannis Patriarchæ, ex fratre filius, ſub Michaële Ducæ filio Imperatore, ex MULTIS (corrigo octoginta) Dionis libris, Epitomen hanc compoſui.* Reapſe integrum nactus ipſe Dionis opus, ut dixi, ipſum in Epitomen redegit; cujus pars tantum altera modo ſupereſt, eo titulo: Ἐπιτομὴ τῆς Δίωνος τοῦ Νικαίως Ῥωμαϊκῆς Ἱστορίας· ἣν συνέτεμεν Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνου, περιέχουσα μοναρχίας Καισάρων εἴκοσι, πέντε ἀπὸ Πομπηΐου Μάγνου, μέχρις Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας. *Romanæ Hiſtoriæ Dionis Nicæni Compendium, per Johannem Xiphilini Filium: continens Principatus, quinque & viginti Cæſarum, a Pompejo Magno ad Alexandrum Mamææ filium.* Conatur ipſe aliquando ſupplere, vel emendare Dionis opus; ubi mancum ſit vel corruptum; veluti ex Quadrato, & Euſebio Cæſarienſi (pag. 369.) ſed ex Plutarchi Paralelis non ipſe ſupplet, ſed Dio ipſe iis uſus interdum eſt. Criticenque exercet alibi in Dionem; quod inter authorum judicia de Dione, audietur.

23. Sequitur Johannes Zonaras Xiphilinum: qui pridem Magnus Excubitorum Præfectus, & Protoaſecretis Aulæ Cpolitanæ, hinc ex perſecutione monachus, in quadam inſula, longiſſime ab urbe diſſita (Athon & monte Sanctum quidam exiſtimant, quæ peninſula) ſub Alexii Comneni filio Johanne, nepoteque Manuele Imperatore, anno circiter M. CL. æræ noſtræ, vitam vixit, & obiit. De eo, placet, hîc ſermonem habere, verbis Cl. Ducangii in Præfatione ad ejus Annales: *Johannes Zonaras * vix aliquot in Aſceterio annos exegerat, cum eum convenere amici, hortatique ſunt ut * hiſtoriam conſcriberet. * Ægre tamen ceſſit, * victuſque; * ad Annales conſcribendos ſe accinxit. Neque tamen ſibi ipſi ſatisfecit omninò; cum, quibus (ad operis, quod in manus ſumpſerat, abſolutionem) neceſſe erat Codicibus perſæpe careret; * ſeu temporum injuria eſſent amiſſi, ſeu negligentius ab iis inquiſiti, quibus id negotii dederat: dum ipſe extorris & procul ab Urbe, in parva inſula vitam ageret. Neque porrò mirari debere, ſubdit, lectorem, ſi * ſcriptionis character ubique ſibi ſimilis non occurrat: cum aliter fieri vix queat, ut qui Hiſtoriam e variis Scriptoribus, veluti ſtipem, colligit, illorum & dictione & compoſitione, in multis non utatur.* Rem ipſi experti in Dione ſumus. *Quod ita tamen confecit, ut ſi aliquid de ſuo interjecerit, id illius ſtilo, quem ſequebatur, auctoris, quantum fieri potuit, accommodaverit; ne ſcriptionis ratio a ſeſe ubique diſſidere videretur.* Et hoc etiam experti ſumus, & cum lectore communicavimus. *Hiſtoriam uſque ad Alexii Comneni exitum perſequitur, ideſt ad Seculum, quo ipſe vixit, undecimum. Non ſolum enim Johannis Comneni Imp. Alexii filii meminit; Sed & Manuele Johannis filio imperante vixiſſe, infra docemus.* Quod eſt duodecimum ſeculum, non undecimum. Quidquid autem de his ſit; Zonaræ beneficio, quæ Dionis habemus, diximus primo capite: in aliis, Epitome fruimur Xiphilini. In qua, nec Zonaras aliquoties nos deſtituit (quod ſuis quoque locis monemus) allegato expreſſe Dione; quem, indubie, in prima parte ignoravit, dum exſcribebat.

24. Johannes Tzetzes Zonaram ſequi oportet, cujus ferme fuit æqualis: dum ſenex enim erat Zonaras, Tzetzes adoleſcebat. Is non monachus, ſed literator fuit Cpolitanus, ut vaſtæ lectionis, & memoriæ ſtupendæ, ita indigeſtæ eruditionis. Nobilis, & auctus filiis: qui aliquando in corruptos, ſuorum Eccleſiaſticorum mores invehit, ſub initia natus videtur ſeculi duodecimi. Pro Leone Stypiota, Patriarcha Cpolitano (qui ad annum vixit 1144.) in Epiſcopum, ni fallor, Baſilium Camaterum poſtea Patriarcham; detractorem ejus, (Chiliade IX. Hiſt. 299. a verſ. 969.) ſtringit calamum, inquiens,

> *Iſte bubalopapas & Momoſcopus, iis,*
> *Quæ in utilitatem ſcripta ſunt juniorum,*
> *Ipſe barbarè & nugaciter, inſtar Comœdiæ*
> *uſus eſt*
> *In Patriarcham Stypen;*
> *Dum ejus cerebrum, dixit telephum.*

Εἰς Πατριάρχην τὸν Στύπην, ὅπερ φλαύρως ἔπε. Si *Telephium* ille dixerit, non erat ob vocem hanc arguendus: σκλήφιον enim ἐγκέφαλον, ut τηλέφιον ἕλκος, valeret *malignum, inveteratum in malo caput:* ut *vulcus inveteratum malignumque.* Idem Chiliade XI. Hiſt. 381. meminit Michaëlis Pſelli, quem centum ante annos vixiſſe ait.

> *Michaël quidem Pſellus pulices laudat,*
> *Ante annos centum florens in vita.*

ἀκμῶν πρὸ χρόνων ἑκατόν. Et Michaël Pſellus magiſter fuit Ducæ Michaëlis, qui ab anno imperavit 1071. ad 1077. Saltem ergo poſt hos centum a Pſello annos, Tzetzes vivebat, anno 1177. cum nondum Patriarcha quis erat Camaterorum; vel Baſilius, qui ab anno 1183. ad 1186., vel Johannes, ab anno 1196. ad 1204. Poſt annum autem 1191. vixiſſe Tzetzem, argumento ſint, quæ de quibuſdam ipſe vaticiniorum leris, qui tum circumferebantur; tanquam in ſuos Græcos, ſcribit. Loquitur enim de Latinis, veluti *jam tranſiiſſent* (ἤδη) Imperium Græcum; Chriſtianis, rebuſque afflictis Orientis, laturi opem; quod factum conſtat anno 1191. Et hæc ſufficiant pro ætate. Johannes iſte Dionem habuit integerrimum, quem & ſæpe refert in ſuo ad Lycophronis Alexandram Commentario (quod pridem nomine fratris Iſaacii audiebat) dum de Ænea, Albanis Regibus, Romulo, Roma, Auruncis, Latinis loquitur, aliiſque; quæ ſuis locis, in noſtris notis aſcripſimus: Et in Chiliadibus, in quibus, quum toties ipſum habeat; mirum dictu audituque eſt, ſemel tantum in Archimede, deprehenſum fuiſſe Valeſii diligentiæ. Dionem enim Tzetzes citat in Auruncis, in Caco, in M. Manlio Capitolino, in Coriolano, in Hannibale, in Catone majore & minore, in mœnibus Babylonis, in Trajano, & in Hadria-

driano: modò ſolo nomine Δίωνος: modò Δίωνος Κοκκηιανοῦ; modò Κοκκηίου Δίωνος; modò tandem Κασσίου Δίωνος Κοκκηιανοῦ. Porrò habet, & in Horatio Coclite, & Mutio Scævola, & alibi; etſi Dionem non citet: quod contra, facit ex Dionis libro de ſomniis & prodigiis, in Gelone Syracuſano; ut ſuperius ſcriptum eſt.

25. Ad idem Seculum XII. Anonymus ille referri poteſt, qui Appendiculam adjecit manuſcripto Codici Appiani Alexandrini (quam & in altero manuſcripto Reip. Auguſtanæ, ſe vidiſſe ait Xylander) de qua ſupra dixi in epiſtola ad Lectorem. Integram modo affero: Τὸ προοίμιον μόνον τῆς Ἰταλικῆς τοῦ Ἀππιανοῦ Ἱστορίας τῇ παρούσῃ ἀνέταξα δέλτῳ· ἐπειδὴ ἡ τῆς ἡμῶν δέλτου, ἡ τοῦ Ἁλικαρνασσέως Διονυσίου Ῥωμαϊκὴ Ἀρχαιολογία πασῶν ἐστιν ἱστοριῶν ἀξιολογωτέρα, ἐν εἴκοσι τοῖς ὅλοις βίβλοις διεξοδικώτερον διαλαμβάνουσα, περί τε τοῦ οἰκισμοῦ τῆς Ῥώμης, καὶ τοῦ γένους αὐτῆς, καὶ τῶν πράξεων, ὅσαι μέχρι τοῦ πρώτου περὶ Καρχηδονίους αὐτῆς πολέμου ἐπράχθησαν. Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ συνεγράψαντο, ὧν καὶ Δίων ἐστί, τὰ μὲν ἀρχαιότερα ἐπιδραμών, τὰ δὲ τελευταῖα, καὶ μάλιστα ὅσα μετὰ τὴν μοναρχίαν ἐγένετο τῶν Καισάρων, καὶ μέχρι τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας, εἰς ὃν ἀπετέλευτα τὴν Ἱστορίαν, διεξοδικώτερον ἀναγράψας. Δεῖ μέν τοι τὴν μὲν ἀρχαιολογίαν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου, εἴ τις μὴ τὴν ἱστορίαν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶτταν ὠφελεῖσθαι ἐκ τῶν ἀναγινωσκομένων αἱροῖτο· τὰ δὲ μετὰ τὰς μονάρχους ἐκ τοῦ Δίωνος· τὰς δὲ κατὰ ἔθνους πράξεις, ἐκ τοῦ παρόντος Ἀππιανοῦ &c. *Italicæ Appiani Hiſtoriæ ſolum proœmium contuli in hunc codicem: nam quod attinet res Italicas, Dionyſii Halicarnaſſei Hiſtoria, de Antiquitatibus Romanorum, & rebus eorum geſtis; omnes ea argumenti ejuſmodi Hiſtorias longè ſuperat: qua quidem ipſis viginti libris, & conditam Urbem prolixe narrat, & Romanorum genus, & quidquid geſtum ab iis eſt, uſque ad Punicum bellum primum. Scripſerant & alii multi Romanas res: in his Dio: qui antiquiora quidem, curſim; poſteriora verò, maximeque ſub Cæſarum imperio, ad Alexandrum Mamææ filium, (in quo finem Hiſtoriæ impoſuit) acciderunt, ſtylo uberiore proſequitur. Si quis ergo non in Hiſtoria ſolum, ſed etiam in dictione velit proficere, quidquid ad Romanas Antiquitates ſpectat, id illi omne, a Dionyſio Halicarnaſſeo petendum eſt: quæ verò ſub Imperatoribus, a Dione. Tandem: quæ cum variis Populis, Romani ſigillatim geſſerunt, Appianus iſte docebit;* &c. Carolus Stephanus Pariſiis anno 1541. poſt Appiani præfationem, hæc edidit græcè tantum: quæ mox vertit, & latinè dumtaxat dedit Guilielmus Xylander in ſua ad Dionem præfatione: hinc filius Henricus Stephanus anno 1592. Genevæ, græcolatine, rurſus edito Appiano; hiſce præmonitis: *Quæ ſequuntur, lector candide, ea incerti auctoris ſunt, qui Romanæ Hiſtoriæ corpus, ex variis Scriptoribus concinnatum, ediderat. Ac quum e ſcriptis Codicibus, in priorem editionem Appiani tranſcripta illa fuerint; ne nunc quidem placuit omittere. Vale.* Sane quod hactenus hiſce volui, eſt, Anonymum hunc, duodecimo legiſſe Dionem Seculo, eo ipſo indice, integerrimum: quandoquidem eum ait, τὰ μὲν ἀρχαιότερα ἐπιδραμών, τὰ δὲ τελευταῖα διεξοδικώτερον ἀναγράψας.

26. Sub Andronico Palæologo Seniore, qui uſque ad annum 1330. imperavit, Anonymos (ex Palatino Vaticano Codice græco, num. 129. pag. 119.) inter alia, quæ in ſuam indigeſtam miſcellam inſert; ἐκ τῆς Δίωνος τοῦ Νικαέως (ſic) ὃς ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Σευήρου, καὶ πρὸ Σευήρου, μέχρι Ἀλεξάνδρου τοῦ Καίσαρος: *ex Hiſtoria Dionis Nicæni, qui vixit temporibus Severi, & ante Severum, uſque ad Alexandrum Cæſarem*, multa excerpſit; ſed non eadem fortuna ac Tzetzes. Habet idem Anonymus & alia ex eodem de Nerone pag. 30. & 31., item addito in margine, ἐκ τῶν τοῦ Δίωνος; *ex Hiſtoria Dionis*. Ipſum autem, quiſquis is fuit, ſub Palæologo Seniore, ſcripſiſſe patet, ex verſa pagina 37., ubi ait: Ἐλθὼν τις ἐκ τῶν Ῥῶς πρέσβυς εἰς τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον Παλαιολόγον, οὕτως πεποίηκε τὴν προοίμιον, ὅτι Ὁ αὐθέντης μου ὁ Κύριος τῶν Ῥῶς, ὁ ἐπὶ τραπέζης τῆς ἁγίας βασιλείας σου, προσκυνεῖ δουλικῶς τὴν ἁγίαν βασιλείαν σου. *Ingreſſus ad Andronicum Palæologum, quidam Ruſſorum legatus ita orationem exorſus eſt: Ruſſorum Dominus, herus meus, qui eſt & Sacræ Majeſtatis tuæ pincerna, demiſsè Majeſtatem adorat tuam* &c. Qui ſic namque loquitur, non agnoſcit alterum Palæogolum juniorem; ſeniorem enim hominem illum diceret. Cum ergo Andronicus ſenior imperaverit ſolus, ab anno 1283., cum filio Michaële ab anno 1295., eoque mortuo, anno 1320., rurſus ſolus uſque ad annum 1325. Cum Collegam aſſumpſerit eo anno nepotem, ex præmortuo filio Michaële, Andronicum juniorem; ac tandem, qui tenus nomine uſque ad annum 1330. fuerat Imperator, obierit anno 1342., monachus; Antonius nuncupatus: Ex his conſtat, ante annum 1325., & poſt annum 1283., Miſcellam hanc ſuam, illum Anonymum conſcripſiſſe, Autographum impium & inhumanum, lituris frequentiſſimis, & charactere pene barbarico, utpote temporum nobis viciniorum: Acephalum adde, & Ateleuteton; ac proindè lectionis etiam, quæ hominem deterreat, & ex qua nil expiſcari Dionis queat. Sed prævaluit obſtinatio, qua inveni a pag. 119. ad 121. Excerpta illa, quæ ſunt a Julio Cæſare ad Alexandrum. Principium: Ὅτι ὁ Ἰούλιος Καῖσαρ τὰς ἡμέρας ἐρρυθμίσατο τὰς νῦν, &c. quæ in Dionis lib. 43., Leunclavii pag. 226. habentur: quod indicium eſt Codicem Dionis Anonymo, hinc incepiſſe. Finis: Ὅτι ὁ συγγραφεὺς οὗτος Δίων δεύτερον ὑπάτευσεν ἐν Ῥώμῃ, τυχὼν τὴν δευτέραν ὑπατείαν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, τοῦ μετὰ Σαρδανάπαλον αὐταρχήσαντος. *Scriptor hic Dio, ſecundùm Romæ proceſſit Conſul, ſecundum hunc Conſulatum ab Alexandro aſſequutus, qui poſt Sardanapalum, obtinuit Principatum.* Erat animus omnia hîc apponere, ſed viſum poſtea, quæ in corpore ſuis locis adjecta ſunt, non repetere, præter neceſſitatem.

27. Theodorus Metochita, frater Georgii Metochitæ, (qui anno 1285. in Conciliabolo Cpolitano, a Georgio Cyprio aliiſque ſchiſmaticis, in exſilium pulſus eſt) ex Logotheta (poſt dejectum Sede Johannem Glycam) Cpolitanus Patriarcha anno 1316., hanc eandem ipſe fortunam expertus eſt, anno 1320., cum Geraſimus ejus loco ſucceſſit. Multa Theodorus ſcripſit, ſed non *Romanam Hiſtoriam*, ut Meurſius credidit, ediditque: nam eum falli Cl. Labbæus oſtendit, dum libri tertii Annalium Michaëlis Glycæ partem, illam eſſe demonſtrat. Noſtri autem Theodori operum Codex, in Coiſliniana exſtat, num. 165., omnino recens, *deque rebus Philoſophicis, Politicis, Ethicis*, &c. ediſſerit. Is in principio habet materiarum indicem, quas inter hæc una eſt: Περὶ Δίωνος. Περὶ Ξενοφῶντος. *De Dione. De Xenophonte.* Et quod ad Dionem pertinet, quidve in iis pertractarit; ex his mihi videor ſubole-

ſubolere, quæ Cl. Monfauconius ibi ait, pag. 523.; *Capita omnia*, ſubdens, *centum viginti numerantur*. * *Præcipua ſolum notabimus* *. *De Carthagine ejuſque Republica*. *De Romanis rebus*, *ab origine*, *capita quatuor*. Hæc autem indicant, ſi verè Dio noſter is eſt (quod dubito) Metochitam decimoquarto ſeculo; aliquid nactum eſſe Dionis integri.

28. Nicephori Gregoræ amicus Thomas Magiſter, poſt Metochitam & initia 14. ſeculi, Lexicon de vocibus ſcripſit Atticis; in quo, in vocibus ἡμίσεα, & νενηφότως, Dionem affert; &, quod ridiculum, accuſat erroris, quia ἡμίσους ſcripſerit, & non ἡμίσεος; & ἐγρηγόρως non verò ἐγρηγορότως. Inquit enim: Ἁμαρτάνουσιν οἱ τὰ ἡμίση λέγοντες, καὶ οὐ τὰ ἡμίσεα. Τὰ γὰρ τριγενῆ τῶν ὀνομάτων, ἐπὶ τῶν οὐδετέρων διῃρημένας ἔχουσι τὰς τοιαύτας πτώσεις· οἷον, οἱ γλυκεῖς, αἱ γλυκεῖαι, τὰ γλυκέα· οἱ ὀξεῖς, αἱ ὀξεῖαι, τὰ ὀξέα. Οὕτως ἄρα καὶ οἱ ἡμίσεις, αἱ ἡμίσειαι, τὰ ἡμίσεα· καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνικοῦ, ἡμίσεος λέγε, ὡς ὀξέος καὶ γλυκέος, ἀλλὰ μὴ ἡμίσους. Δίων οὖν, ἡμίσους λέγων ἁμαρτάνει. Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· τρίτον μέρος ἀνθ᾽ ἡμίσεος τῆς τροφῆς ἐδίδου. *Errant, qui ἡμίση dicant, & non ἡμίσεα: nomina enim, quæ tria genera habent, in neutris, diviſos habent hos caſus: veluti* οἱ γλυκεῖς, αἱ γλυκεῖαι, τὰ γλυκέα· οἱ ὀξεῖς, αἱ ὀξεῖαι, τὰ ὀξέα. *Ita prorſus etiam*, οἱ ἡμίσεις, αἱ ἡμίσειαι, τὰ ἡμίσεα, dimidii, dimidiæ, dimidia: *& ſingulariter*, ἡμίσεος *dic*, *ut* ὀξέος, & γλυκέος, *ſed non* ἡμίσους, dimidii. *Dio igitur*, *qui* ἡμίσους, *dicit*, *errat*. *Thucydides in 8. Pro dimidia cibi parte*, *tertiam dabat*: ἀνθ᾽ ἡμίσεος. Idem in νενηφότως, ait: Νενηφότως· καὶ ἐγρηγορότως, οὐκ ἐγρηγόρως· οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἐγρήγορος, ἀλλ᾽ ὁ γρήγορος, ὃ καὶ ἀσύνηθες· ἀντὶ γὰρ τούτου, ὁ νήφων, καὶ ὁ γρηγορῶν. Δίων οὖν ἐγρηγόρως λέγων ἁμαρτάνει. Ideſt: Νενηφότως *dicitur &* Ἐγρηγορότως, *non verò* ἐγρηγόρως: *non enim invenitur*, ἐγρήγορος, *ſed* γρήγορος, *etſi inuſitatum*, *cujus loco dicitur* ὁ νήφων, *&* ὁ γρηγορῶν. *Dio itaque qui* ἐγρηγόρως, *dicit*, *errat*. Sed vanæ hæ Grammatici voces ſunt: ἡμίσους enim habet & Athenæus in Dipnoſophiſtis, & ἐγρήγορος habent Threni 4., unde ἐγρηγόρως.

29. Michaël Apoſtolius, inter profugos illos, qui Cpoli, decimoquinto ſeculo, in Italiam confugerunt, eſt unus. Qui Romæ Collectionem ultra viginti millium Proverbiorum, græce ſcripſit & illuſtravit; opus autem diu poſt græce tantum Baſileæ editum eſt, anno 1538., græcolatine verò Lugduni Batavorum anno 1619. Is inter alios, quos refert, Dionem ἐν Ῥωμαϊκοῖς habet, ſcribens in hæc verba Lib. IX. n. 42. Ἐφ᾽ ἑνὶ παιδὶ σαλεύει· ὅταν ἔχει τὰς ἐλπίδας τοῦ γένους· λέγεται καὶ ἐπὶ πλοίων· ὡς Δίων ἐν Ῥωμαϊκοῖς· ὀλίγα μὲν γάρ, καὶ τὰ κουφότατα τῶν πλοίων πρὸς τῇ γῇ ὥρμει· τὰ δὲ δὴ πλείω καὶ μείζω μετέωρα διὰ τὰ τενάγη ἐσάλευεν. *Super uno filio fluctuat*; *hoc eſt*, *ſpem generis ſui habet*. *Dicitur & de navibus*; *at Dio in Romana hiſtoria*: Paucæ namque & maxime veloces naves, in continentem ruerunt; plures verò & majores in vadis *fluctuabant*. Quæ ſunt in Dionis libro .... Porrò Apoſtolius hæc indubie e Suida ſumpſit, verbo ἐσάλευε, ubi totidem prorſus verbis Dio ἐν Ῥωμαϊκοῖς recitatur. Dionem ergo, ſi hæc reſpicias, Apoſtolius non legit, ſed Suidam, quem ſæpe ſæpius compilat. Sed hoc Seculo Latinis auribus innotuit Dio, dimidiatus, quod ita poſt captam a barbaris Cpolim, a profugis eruditis in Italiam allatus eſt. Sanè in Etruria Coſmus Magnus cum illis Græcas excepit literas (& hinc duos Dionis Codices habet Laurentiana) Romæ verò Nicolaus V. Pont. Max. (& hinc duos alios poſſidet Vaticana) teſte æquali Platina in ipſo, & Raynaldo ad annum 1453. & 1454. Ex hinc Gallias Græcæ literæ, ſub Mæcenate Franciſco I., Germaniam, aliò, penetrarunt.

30. Arſenius denique Archiepiſcopus Monembaſiæ, opus Leoni X. Pont. Max. Apopthegmatum inſcribens, etiam ex Dione ſententias multas hauſit. Locum, tempuſque editionis in 8. græcè tantum, opus non habet, ſed puto Romæ, ante turbinem Lutheranum. Authores ordine alphabetico collocat, & hinc ſuo loco habet hæc Δίωνος.

31. Δίων ὁ Ῥωμαῖος, Καταγελάστους εἶναι ἔλεγε τοὺς σπουδάζοντας περὶ τὸν πλοῦτον, ὃν ἡ τύχη μὲν παρέχει, ἀνελευθερία δὲ φυλάττει, χρηστότης δὲ ἀφαιρεῖ. Ὁ αὐτὸς ἔφη· Πῶς οὐ δεινόν, τοὺς μὲν θεοὺς ἐνοχλεῖν, αὐτοὺς δὲ μὴ βούλεσθαι πράττειν ἅγε ἐφ᾽ ἡμῖν εἶναι δοκεῖ τοῖς θεοῖς; Ὁ αὐτὸς ἔφη· Αἱ μὲν ἡδοναὶ τοὺς ἀεὶ συνόντας, τά τε ἄλλα, λυμαίνονται, καὶ ταχὺ ποιοῦσιν ἀδυνάτους πρὸς αὐτάς· οἱ δὲ πόνοι τά τε ἄλλα ὠφελοῦντες ἀεὶ μᾶλλον παρέχουσι δυναμένους πονεῖν. Ὁ αὐτὸς εἶπε· Τὸ πλεῖστον ἐοικὲ τοῦ ἀνθρωπίνου, &c. *Dio Romanus*, *Deridiculos eſſe ajebat*, *qui divitiis enixè ſtudent*, *quas fortuna quidem præbet*, *parſimonia cuſtodit*, *bonitas verò aufert*. *Idem dixit*: *Quomodo non horrificum*, *Deos frequenter obtundere*, *nos verò ea nolle facere*, *quæ Diis placet a nobis fieri*? *Idem dixit*: *Voluptates*, *inter alia*, *eos corrumpant*, *qui ſemper in iis ſunt*, *& cito faciunt ad eadem impotentes*: *labores verò*, *inter alia quibus ſemper proſunt*; *eo magis faciunt laboribus aptiores*. *Idem dixit*: *Multum humani ſapit &c.* Reliquis abſtinemus, quod Dionis noſtri ea non ſunt, ſed Dionis Chryſoſtomi, quem Romanum fuiſſe, civitate a Trajano donatum, ſuo loco probavi. Interim quiſpiam eum ſumere pro noſtro Dione poterat, qui frequentius apud antiquos *Dio Romanus* audit (ut apud Tzetzem Chil. IX. hiſt. 275., apud Cedrenum, alioſque) quod Romanam Hiſtoriam Romanus Senator, Prætor, & Conſul ſcripſit; & ab hac allucinatione meum lectorem, aut Arſenii, oportuit præcaviſſe.

DIONIS EDITIONUM HISTORIA, ET INTERPRETES.

CAP. V.

1. QUinque ad hæc linguis Dio editus circumfertur: Græca, qua primum natus, Latina, Italica, Gallica, & Anglicana: & Pentaglottum authorem commendat publica Operis æſtimatio, & editio ſatis frequens. An *Franciſcus Tadeſchinus de' Piccolomineis* Senenſis, Pii II. ex Sorore Nepos, S. R. E. Cardinalis, titulo S. Euſtachii, & hinc anno 1603. Pontifex Maximus, nomine Pii III., per dies 26., prior ſit, qui Dionem latinè extulerit, allucinatio eſt palmaris *Cornelii Beughem*, qui affirmat. Ipſe *in INCUNABULIS TYPOGRAPHICIS*, *pag. 53. memorat Dionis Hiſtoriæ Romanæ libros quadraginta ſex*, *latinè factos per Franciſcum Piccolomineum*, *anno 1489. in 4.*: Ut teſtatur Cl. Fabricius in Dione; ubi ſubdit: *Piccolomineique hujus mentio in Politiani epiſtolis*. *Sed verſio iſta mihi nunquam viſa*: *pro 46. autem*, *puto legendum 26.* In quo & ipſe conjectans operam ſuam ludit, lavatque Æthiopem: nam Franciſcus is eſt, quem dixi, cuique Dio noſter nunquam eſt verſus. Quippe, is adoleſcens ſub Nicolao V. (natus enim eſt Senis, IV. Nonas Maji, anno 1429.) Dionem Chryſoſtomum *de Regno* latinè reddidit, eique Pon-

tifici nuncupavit. Hoc autem opus exſtat; inque ipſo, *Inter omnes*, inquit, *rerum Scriptores, Nicolaë Quinte Pontifex Maxime, qui juſſu tuo in Romanum vertuntur ſermonem; nullum ego Principi, nec aptiorem, nec magis neceſſarium puto, quam Dionem hunc Pruſeaſem, quem ego nuper interpretatus ſum. Scribit enim de Regno; ideſt, de rebus iis, quæ ad Principem inſtituendum pertinent*. Facta hæc anno 1454. diu poſtea jacuerunt, mortuo Nicolao, ſequenti 1455. Sed ab avunculo Pio 2., Senenſis Franciſcus Archiepiſcopus & Cardinalis creatus, *ad Illuſtriſſimum & Sereniſſimum Dominum, Dominum Maximilianum Divi Cæſaris Friderici III. filium*, miſit hoc ipſum opus, *ex Urbe Kal. Januarii* anno *M.CCCC. Sexageſimo nono*: addito in fine Epiſtolæ ſuo nomine: *Franciſcus de Picolhomineis Senenſis, S. Euſtachii Cardinalis*. Tandem aliquando poſt multa, hoc *Dionis opuſculum* typis datum, *explicit Mii, per Platonem de Benedictis Bononiæ, anno Domini M.CCCC.LXXXXIII.*, ut in fine editionis legitur; quæ in 4. eſt, charactere rotundo (præter titulum, *Dion de Regno*, quod eſt charactere Langobardico) foliorum undecim cum dimidio: in quo quæ ſubſignavi, cuncta leguntur. Proſtat autem hæc editio Romæ in locupletiſſima Bibliotheca Caſanatæa, ibique evolvi. Hæc autem multa congeſſi, nec mirum ſit, expugnando errori illi Corneliano, illuſtrandoque Fabricio. Placuit enim allucinationis fontem detegere, & ex audito Dionis dumtaxat nomine (opus namque neuter ipſorum vidit) erratum fuiſſe oſtendere.

2. Imaginaria hac noſtri Dionis apud Xiphilinum (idcirco enim, libros 46. Cornelius dixit) editione Latina exploſa; prima omnium, ex græco manuſcripto aliquo Xiphilini, verſio & editio *Venetiis* facta eſt, anno 1516. & 1519., in 8., charactere curſivo: in cujus fine legitur: *In ædibus Aldi, & Andreæ ſoceri*: in prima, *menſe Julio*. M.D.XVI.: in ſecunda, *menſe Auguſti. M.D.XIX.* ex collectione, & cum Notis Johannis Baptiſtæ Egnatii, inter eos Latinos Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores, qui minores vocantur. Ibi eſt *Dionis Caſſii Nicæi Nerva Cocceius, Trajanus Nerva, Hadrianus*; & *Conflagratio Veſevi Montis ex Dione*, *Georgio Merula Alexandrino, interprete*, ex Xiphilino; quem forte græcè, (ſed certò Zonaram) Egnatium pridem legiſſe, ex ejus Præfatione patet. In qua: *Ego verò*, inquit, *præter Zonaræ græcam Hiſtoriam, & Nicetæ, Chriſtodulique Commentarios*, &c. Quamobrem in Notis ad Macrinum, recitat verſus illos: Ω γέρον ἦ μάλα δή σε, &c. qui apud Xiphilinum & Zonaram, & græce tantum, tunc legebantur in manuſcriptis. Nondum enim quiſquam iſtorum erat editus; neque Dio ipſe in Macrino, ex Fulvii Urſini Codice Vaticano, prodierat lancinatus. Cæterum latinus & non inelegans ibi Merula eſt interpres: qui XV. ſeculo anno circiter 1430., natus Alexandriæ in Italia, oriundus verò Aquis Statiellis; ſummis ob eruditionem laudibus, a Deſiderio Eraſmo, Hermolan Barbaro, Raphaële Volaterrano, Paulo Jovio, Hieron. Ghilinio, aliiſque donatus eſt. Vir criticotatus fuit, ſed maledicentioris oris, etiam in magiſtrum Franciſcum Philelphum; qui (ſi fides Voſſio in Hiſtoricis Latinis pag. 602.) Dionis Xiphiliniani Trajanum latine vertit, & anno obiit 1481. Literarios agones is habuit, inter alios cum Angelo Politiano, & Domitio Calderino; dum humaniores literas Venetiis & Mediolani, ad quadraginta propemodum annos docuit. Multa ejus habentur edita, quorum pars non ſunt minima, relatæ verſiones e Xiphilino: ex amicitia, & forſan hortatu Egnatii, cum ipſo, natæ. Obiit vir de bonis literis benemeritus, Mediolani, anno 1494., ibique magnifico funere elatus eſt.

3. Ubi paucula hæc Dionis Latinæ aures delibarunt; deſiderium operis in Italia excitatur; eique utcumque, Italico idiomate ſatisfecit, Nicolaus Leonicenus. Qui natus Leonici oppido (unde a patria Leonicenus) medicus & philoſophus Vicentinus, & orator inſignis, XV. ſeculo: filiuſque, Omniboni Leoniceni, anno natus 1428., pluſquam ſexaginta annos medicinam Ferrariæ (unde vulgò audit Ferrarienſis) docuit: primuſque latinè Claudium Galenum reddidit: ut latè ſcribunt, Juſtus Caſtellanuſque, in Chronico, & vitis illuſtrium medicorum. Homobonus pater, amicus Theodori Gazæ fuit, (qui græcè forſan noſtrum docuit Leonicenum) & ſi cætera ſileant, ex nomine Græcus origine; Ἀνδράγαθος, *Andragathus* namque, *Homobonus* latinè ſonat; vel Παντάγαθος *Pantagathus* ſi *Omnibonum* velis; quo vir ille nomine, in Italia dici voluit) ante Byzantinam cladem in Italiam venit, Venetias; hinc variis caſibus jactatus, Leonicum in agro Vicentino, domum ſtatuit (1). Filius latinè doctus, præceptor datus eſt Friderico Gonzagæ Ferrarienſium Marchioni; & exinde liberis hujus: In quorum uſum Grammaticam Latinam ſcripſit, dedicavitque Friderico; editam Ferrariæ anno 1473. in 4. apud Bernardum Cannerium typographum; quam habemus in celeberrima Bibliotheca Caſanatæa. Amicitiam ejus cum Gaza, Auguſtinus teſtatur Cannerius, typographi filius, in carmine ad calcem operis; qua Homobonum, gloriantem inducit de amicitia Theodori:

Hoc meus affirmat Theodorus Gaza, Minervæ
Gloria Romanæ, Cecropiæque decus.

4. Redeo ad rem noſtram: Nicolaus Leonicenus, Codicem Dionis nactus, Herculi Domino placiturus, qui nec Latinè, nec Græcè noverat (placuitque reapſe, etiam in Luciano); a libro 35. ad 60. Italicè eum reddidit, ea balbutie, qua patet Latinè ſcripſerat; ſed initio facto a Pompejo, & bello Piratico, ideſt, a libro 36. Quæ verſio in manus Bernardini Barboji, Ferrarienſis presbyteri incidit manuſcripta; iſque exoratus, cum Rep. Literaria, Domino ſuo, tunc Herculi Ateſtenſi nuncupatam, communicavit. Ipſe hæc Barbojus narrat in Epiſtola ad Herculem; & Peregrinus Moratus, civis item Ferrarienſis, in Epiſtola ad Lectorem. Poſt mortem autem Leoniceni, (quæ ei prope centenario, anno contigit 1524., VI. Idus Junias) hæc editio facta eſt, *Venetiis anno* 1526. in 8. charactere curſivo; cujus exemplar penes me habeo; alibi autem, Romæ, Neapolique non invenitur. Ex celerrima autem

exem-

(1) Bayle: Omnibonus, (en Italien *Ognibene*) fut l'un des bons Grammariens du XV. ſiecle. Il ſe ſurnomma Leonicenus à cauſe qu'il étoit né à Lunige (Leandro Alberti) en Latin *Leonicum*, dans le Vicentin. Il fut diſciple de Victorin de Feltri, l'un des premiers reſtaurateurs de l'ancienne Latinité (ibid.) Il étudia la langue greque à Veniſe ſous Emmanuel Chryſoloras. Geſner. in Bibliotheca fol. 529.

exemplarium diſtractione, iterum *ibidem* edita eſt, *anno* 1532. *in* 4. charactere rotundo, *apud Nicolaum de Ariſtotile, dictum Zoppinum*: qui eam dicit, (*nuovamente venuta in luce, ne più in lingua alcuna ſtampata*) *tunc primum in lucem proditam, nullaque ante, editam lingua alia*. Deſiiſſe opus hoc edi, *menſe martio anni* 1533., nos in fine docet typographus. Placuit autem Gallis opus, & mox Gallicè ex Italico Nicolai Leoniceni, Dionem vertit Claudius Roſerius, anno 1542. Pariſiis . . . typis . . . . . Verſionem hanc Cl. Fabricius indicat ſe vidiſſe, ſed facile eſt contrarium; quod Xiphilini Dionem ſcribit verſum, non verò Dionem ipſum.

5. Quod uſuvenit, hinc factum eſt, ut paterna ſua lingua eruditius ſeculum Dionem expeteret; indeque Græca editio nata eſt. Pariſiis enim anno 1548. in folio, beneficio Roberti Stephani, unico, de quo queritur, uſi Codice: eoque mendoſo manuſcripto (in Bibliotheca Regia aſſervatum, Antonius Pagius deſcribit, in Critice ad Annales Baronii, ad primum Chriſti annum, num.1.) cum caſtigationibus in fine, ipſius Roberti prodiit: qui ait in epiſtola ad Lectorem: *Quodque omnium maxime nobis dolendum eſt, in iis excudendis, unico exemplari, uſi, & adjuti ſumus; eoque accuratam ac diligentem caſtigationem deſiderante*. Nos verò id (*quidquid erat incommodi*) *diligentia, quanta potuimus maxime ſarcire ſtuduimus: idque, ſi non omnino, aliqua certè ex parte conſecuti ſumus. Ita tamen ut locos mutilos & imperfectos, intactos reliquerimus; locos etiam adeo depravatos, ut nulla jam rectæ ac integræ lectionis veſtigia ſupereſſent; non modò non correxerimus ſed ne corrigere quidem conati fuerimus: medicorum hac in re auctoritatem ſecuti, qui deploratis, adhibenda eſſe remedia negant. Ac ne cui hac in parte, officio noſtro deeſſe videremur; parum eſſe exiſtimavimus, locis illis aſteriſci notam appoſuiſſe; niſi etiam iis, quibus plane deſperatum non eſſet, medicinam aliquam adhiberemus. Quo circa ad calcem libri, caſtigationes locorum aliquot rejecimus: quas non inutiles tantiſper fore ſperavimus, dum quid melius ac certius emendationis, alicujus exemplaris collatio nobis afferet. De cætero, hoc etiam te admonitum velim, primas has paginas, a quibus initium ſumimus, fragmenta quædam libri XXXV., nobis videri, &c.* Hæc græca omnium prima Dionis, & nitidiſſima eſt editio; in cujus poſtrema pagina legitur: *Excudebat Robertus Stephanus, typographus Regius Lutetiæ Pariſiorum, anno* 1548. *pridie Cal. Februarii*. Sed titulus fallit lectorem, dum habet: *Dionis Romanarum Hiſtoriarum libri* 23., *a* 36. *ad* 58. *uſque*: libri namque ſunt 25., quod libri 57. & 58., ſinguli, ſunt duo, non verò unus; ac proinde ad 60. pertingunt: ut etiam Xylandro, aliiſque; Clariſſimoque Fabricio animadverſum. Italicam Leoniceni habuit Robertus, eoque auxilio, tanquam alio MS. Dionis Codice, uſus eſt, in ſuis caſtigationibus: ut pag.474. *In Codice, quo Nicolaus Leonicenus uſus eſt, dum auctorem hunc in Sermonem Italicum transferret, integra remanſerat; quantum ex ejus interpretatione conjicio*. Et pag.486. *Atque id eo audacius affirmo, quod videam, Nicolaum Leonicenum hanc ſententiam eſſe ſecutum*. Et pag.490. *Id autem ſpatii Leonicenus quoque, in ſuo exemplari vacuum reperit*. Et pag. 495. *Nicolaus Leonicenus legit, εὔλογόν ἐστιν*, non ἄλογόν ἐστιν; *quomodo Dionem ſcripſiſſe arbitror*.

6. Dum hæc autem Latinum interpretem præſtolantur, Latine prodiit Epitome Xiphilini, Guillelmo Blanco interprete; quem Toloſanum male ſcribit Morerius in ſuo Dictionario: verbo *le Blanc*. Albienſis enim is fuit, eomet teſte in metopo libri, venitque Romam; ac anno 1549, a Georgio Card. Armeniaco domum ſuam ibi receptus; inter manuſcriptos Codices, quos ampliſſimus Cardinalis literarum literatorumque Mæcenas conquiſierat, Græcam Xiphilini Epitomen, ubi vidit, latine reddere occepit. Cæptum innotuit Armeniaco, qui laudat, Blancumque hortatur, ut verſionem reapſe adornet. Æſtate illa; dum apud Cardinalem Jacobum Sabellium ruſticatur, ea peracta eſt; ac tandem poſt Comitia Conclavata (a Novembri; quibus Pontifex Maximus proceſſit Julius III.) *Romæ, VII. Kal. Martias* 1550., verſionem hanc Patrono obtulit ſuo Georgio Cardinali, iſque probavit maximè; & *Pariſiis* quo redierat, *anno* 1551. typis mandavit, quarto majori, charactere rotundo. Verſio non inelegans, ſed quæ ſecundas authoris curas deſiderabat: quod in nuncupatoria (ex qua cuncta ſuperiùs dicta, & ex editione ipſa deducta ſunt) ipſe fatetur Blancus iis verbis: *Nec ego nunc poſtulo, ut tu hanc translationem meam in lucem proferas: nondum enim talis eſt; tamen cum ornatior erit, & limatior; ſi, ut tibi conſecrata eſt, ita apparebit in tuo nomine, non recuſo*. Favor ergo Domini, & authoris præcipitantia, ut illi placeret potius quam ſibi, perfectioni operis obſtiterunt. Quorum tamen utraque effecère, ut Guillelmus, Cancellarius primò Univerſitatis Toloſanæ, hinc Telonenſis Epiſcopus, Georgio Cardinale ſuo Armeniaco procurante, anno 1571. creatus ſit: ac poſtmodum Prolegatus Avenionenſis, ab eodem ſuo Cardinale, cum loci illius Archiepiſcopo. Denique paulo poſt, eodem ſecundo vento, homonymus ei nepos ex fratre, Graſſenſis & Veneticus Epiſcopus, patrui merito, factus eſt. De Cœlibatu, & de Sacramentis noſter Blancus in Heterodoxos ſcripſit, mortuuſque tandem eſt (magnus, ex aliquantula hac verſione; magis quam alio opere) menſe Februario anni 1588. Avenione in Vicariatu. Nam falli Thuanum Auguſtum docet Dionyſius Sammarthanus (ex Suareſio) qui martyrem eum dixit.

7. In dies autem, veluti illuſtrando Dioni conſpirabatur. Nam vix dum publici facta eſt juris, Latina hæc Dionis Epitome; cum Græca Regiis, nitidiſque typis prodiit, Lutetiæ item Pariſiorum, Robertus Stephanus ex diſtractione celerrima, quæ Dionis græci fiebat; iiſdem momentis ac Latina Blanci edebatur, Græcam hanc Xiphilini dare ſategit: quòd eruditi, poſt ſexageſimum Dionis librum, reliqua exoptabant; ut quando Dio ipſe haberi non poterat, ſaltem in Epitome haberetur. Prodiit in 4. ex Bibliotheca Regia, ſine nlla præfatione, præter aliquot in fine operis varias lectiones. Inſequenti verò anno, græcolatinè eadem publicavit Henricus filius, aut ipſemet Robertus Henrici nomine, item in 4. ſed majore. Sunt qui dubitant, Lutetiæ ne, an Divione, vel Genevæ editiones hæ factæ ſint: putoque ego Græcam Lutetiæ, paulo ante quam Robertus Romana caſtra deſereret (deſeruit enim; quod commune ferme tunc fatum erat eruditorum): Græcolatinam verò Genevæ. Literator & typographus, & de humanioribus literis benemeritus, Henrici filius, & Pariſienſis civis fuit Robertus; ſed noxia curioſitas in Grammatico; ex lectio-

ctione Inſtitutionum Calvini, Calvinianum & ipſum: & poſt ſeveriſſimum Henrici II. Francorum Regis edictum, hoc anno 1651. in hæreticos; Calvini ipſius amicum effecit Genevæ, quo fugam fugit odio Catholicorum, timore pœnæ. Ex filiis, Henricus patrem ſecutus eſt, quod hæreticus; Robertus verò patri cognomen, quòd Catholicus, Pariſiis manſit, & ideircò exheres dictus a patre eſt. Septuagenarius Robertus moreens obiit Genevæ anno 1598., anno natus 1529., inter filios relicta filia, quæ Calviniano item nupta eſt Iſaacio Caſaubono. *Præparatio ejus ad Apologiam Herodoti*, cruentiſſima in Cucullatos noſtros eſt Satyra.

8. *Cœlii Secundi Curionis, Selectarum epiſtolarum duos habemus libros: Ejuſdemque orationum librum unum. Inter quas, & Agrippæ contra Monarchiam, & Mæcenatis pro Monarchia, adverſariæ orationes duo lectu digniſſimæ, ex Dione, Latinitate donatæ, continentur, Baſileæ per Joannem Oporinum in 8.* Sic Curio primus eſt, qui Dionis aliquid hocce Latinam dedit, hortatu (quod fatetur, in epiſtola Nuncupatoria) Johannis Balmæ Rom. Eccleſiæ Protonotarii. *Quod ſi nihil eſſet aliud novi*, inquit, *præter duas illas Agrippæ & Mæcenatis contrarias de Principatu orationes, quas tua etiam ex cauſa, ex Dione Hiſtorico nobiliſſimo, convertimus; ſat erit in hoc opere, novæ utilitatis & commendationis.* Epiſtola ſine die, data eſt *Baſileæ anno Chriſti Servatoris* M.D.L.III., proinde eodem anno editio hæc facta eſt. Orationes hæ, a pagina ſunt 135. ad 182.: *Prioris finis* pag. 149. ubi ſcribit Curio: *In fine hujus orationis, aut nihil, aut parum deeſſe videtur. In ſequenti principium omnino deſideratur.* Prima incipit: *Agrippæ ad Octavium Cæſ. Aug. oratio, contra Monarchiam ex Dione libro 52. Cœlio Secundo Curione interprete: Ne mireris, Cæſar, me qui ab ipſo tuo Principatu tot tantiſque bonis affici poſſem, tibi hunc ipſum diſſuadere*, &c. Finis: *Sed eam talem eſſe, illud unum ſatis arguit, quod ea eſt ejus natura, ut vel bonos viros, in improbos convertat. Finis.* Hinc incipit *Mæcenatis oratio pro Monarchia ad Cæſ. Aug. ex Dionis libro 52. Cœlio Secundo Curione interprete: Si tibi, Auguſte Cæſar, patria chara eſt, pro qua tot bella geſſiſti*, &c. Finis: *aliiſque te nominibus ornabunt, adeo ut omnia Regni inſtrumenta, ſine ullo odioſo, aut invidioſo titulo, re ipſa poſſideas. Finis.* Rariſſima ad hæc, editio me impulit, charactere curſivo pulcherrimo, in cujus pagina ultima legitur, *Anno Domini* 1553. *menſe Martio* expleta eſſe. Quod ſpectat ad Curionem, Vide Adamum, Hofmannum, Bayle, & Moreriumn.

9. Sic paulatim Dio reſtituebatur ab eruditis, & utraque lingua audiebat; nec deerat aliud, quam latina verſio lancinati Dionis editi; eaque Provincia Guillelmo Xylandro forte obvenit: Tyrocinium Xylandri, anno ætatis ejus XV., verſio fuit verſibus hexametris Excidii Trojani per Tryphiodorum; ex quo tempore primùm cepit, cognomentum ſuum, *Holtzman*, ex Alemannico Græcum reddere in *Xylandrum* (quod *ligneum* ſonat *hominem*) ut Hadrianus refert Ballletius in Authoribus perſonatis, par. 3. pag. 332. (*Xylander au lieu d'Holtzman*) & Melchior Adamus, in ipſo, tomo 5. Ætatem ipſe teſtatur in Elegia ſua præfixa Dionia operi qua ipſe Dionem vertit.

Scilicet at quinto curarem talia luſtro,
Cum noſtra famæ conditione nihil.

ætate Interpretis immatura. Natus enim Auguſtæ Vindelicorum VII. Kal. Januarius anni 1532., viginti quinque annos tunc numerabat Xylander; &, quod mirere, ſeptem menſibus verſionem tantam abſolvit, pauper, & paupere natus domo. Cum paupertate autem vir doctiſſimus aſſidue conflictatus eſt uſque ad mortem, quæ ei Lutherano contigit ex morbo a nimio vino, & ſtudii aſſiduitate, Idelbergæ anno 1576., ætatis ejus 44., juxta Melchiorem Adamum in ejus vita. Dionis hæc fuit verſio, edita latine dumtaxat anno 1557. in 8. typis Johannis Oporini Baſileenſibus: eamque Xylander occepit, invitatus lucello alimentorum, pluſquam gloriæ deſiderio, apud Johannem Henricum HerWartum Patricium Auguſtanum, qui eum domi ſuæ, ad eam verſionem hortatus eſt. Verum ſecundum opus, & feſtinatum; non uſquequaque, vel ipſi Xylandro placuit. *Quæ mea interpretatio* (verba ejus ſunt, in præfatione ad HerWartum pag. 19.) *ſi cui aliquando non ſatisfaciat (ut neque ipſe mihi ubique ſatisfeci) is cum animo ſuo reputet, in tam difficili negotio, quam proclive fuerit mihi, vel errare, vel allucinari. Omitto ingenii imbecillitatem, ætatis imprudentiam, exercitationis defectum; temporis quoque (nam totus hic labor nobis, quod noſti, intra ſeptimum menſem deſudatus eſt, utcumque aliunde etiam impeditis) anguſtiam: Ex bonis Græcis, bonos Latinos libros facere, ſciunt, qui ſunt experti.* Nec Italicè, nec Gallicè novit homo; quod ſibi auxilio, futurum fuiſſe profitetur. *Doctiſſimus vir Nicolaus Leonicenus Italicè jampridem edidit Dionem: vidi etiam Gallice redditum: ſed mihi cum harum linguarum cognitionem fortuna mea negaverit; neſcio an potuiſſem aliàs; certè adjuvari inde nihil potui.* Leonicenum Xylander *doctiſſimum* fatetur; non ex Italico quod ignorat, ſed ex verſione Claudii Galeni latina, quam prior omnium ille adornaverat.

10. Abſoluta hac editione, protinus *Lugduni*, altera eſt adornata, iterum in 8., anno 1559. *apud Gulielmum Rovillium ſub ſcuto Veneto*; adeo eruditis Baſilienſia exemplaria non ſuffecerant. HerWarto enim fuit in votis, aut Oporino; ut editio ſua, nundinis Francofortenſibus venum iret; quod perfici per Xylandrum non potuit; ſed anni initiis cœpta, & ſimul edita paulo poſt: Ita ut vix publici juris fieri potuerit, *Calendis Novembris*, eodem *anno a partu Virginis* 1557.: quo data eſt epiſtola ad HerWartum. Compenſavit autem hæc qualiacumque HerWarti Xylander vota, dum interea *addidit* JOANNIS XIPHILINI COMPENDIUM, QUOD *jam* ANTE, *cum* ESSET LATINE FACTUM; *& me graves* (ſic ipſe loquitur pag. 20.) *neceſſariæque occupationes, ne de novo converterem, prohiberent; emendavi tamen diligenter, &* GRÆCUM, QUI SIMUL EDITUR, CODICEM, *& ipſam interpretationem, ſicubi (ut erat innumeris in locis) opus fuit.* Ait ergo Xylander, tunc emendatam recenſitamque a ſe Blanci verſionem Xiphilini, & una cum Græco textu ab Oporino pariter eſſe editam, anno 1557. Sanè verò hanc ego editionem adhuc non vidi; uti nec illam Henrici Stephani in 8. quam memorat Montfauconius in Coisliniana pag. 587., etſi eam viderim, quam idem Henricus anno 1592. adornavit, ut mox dicam; etſi in fronte editionis hujus Latinæ noſtri Caſſii per Xylandrum, Lugdunenſis, anni 1559. per Rovillium, *additum eſt*, legatur, *Joannis Xiphilini e Dione Compendium, Gulielmo Blanco Albienſi interprete, ab eodem Xylandro diligenter*

caſti-

PROLEGOMENA.

conſigatum. Ea enim additio in tota hac editione nuſquam comparet; facileque eſt, ut prodierit quidem, ut Xylander ait, una cum Græco textu. Sed neſcio, quo modo me expediam, ab editione anni 1592. cui primum Latino textui, Græcum adjectum volunt Xiphilini. Juannes Oporinus carmine præfixo operi, ad Xylandrum, Dioni voluit ſic auſpicatò præfari:

Hactenus optatus crebrò, votiſque petitus,
Exit Romanus nunc, Gulielme, Dio:
Quæſitoque diu latitans interprete fruſtra,
Nunc operâ loquitur verba Latina tuâ.
Acceptum nobis, feret, hoc Reſpublica donum,
Doctorumque favor publicus excipiet. &c.

Et tamen ea latine tantum, brevi forma, & typis inelegantibus. Quid modò diceret Oporinus?

11. Eſt autem adhuc aliud in Xylandri verbis, quod creat difficultatem: Verſio illa Dionis Latina apud Italos pridem facta, quam ei impius Lælius Socinus, Tiguri fidentiſſime affirmavit: de quo Xylander ſic queritat, queriturque, in Præfatione pag. 14. *Equidem ferunt vulgò, impreſſos in Italia libros Dionis XXXVIII. eoſque LATINOS. Et cum Auguſta Baſileam proficiſcens, Tigurum divertiſſem, doctiſſimorum hominum videndorum gratia; Lælius Socinus, Italus, homo apprimè doctus & honeſtus* (quæ in impio eſt honeſtas?) *ea de re candidè & amicè ibi me admonuit*. Imo effronti mendacio admonuit. *Verum neque ego habere unquam certi quicquam potui; quod eorum librorum initium; qui finis; a quo editi, aut converſi eſſent. Et demiror non viſos ab iis unquam in Germania, quos multos, & d-ctos, diligenteſque, de hoc percontatus ſum. Fieri... nè poteſt ut Xiphilini aliquid ſit, non Dionis: quando Merula quoque, uti retuli, Xiphilini Nervam, Trajanum, Adrianum, & conflagrationem Veſuvii, de vita Titi ſumptam, Dioni inſcripſit*. Si hoc admittatur; decepti illi decipiebant; & Blanci verſionem Xiphilini, pro Dionis ipſius opere adſtruebant: Sed neque ea editio in Italia facta eſt, ſed Lutetiæ; neque XXXVIII. conſtabat libris, ſed XLVI, a XXXV. ad LXXX., ut vel nunc patet, & palam eſt. Quod autem eos interrogabat Xylander, Dio ipſe erat, non Xiphilinus, quem norat optime & & recenſebat; oportuitque eos monere, ne in Xiphilino deciperentur. Confidenter Lælius, alii; ſe non decipi.

12. Quidquid autem de his omnibus, velitis, jubeatis; verſio hæc Xylandri taxatur, ut non exacta, utque liberior ab Huëtio, in Claris interpretibus, qui etſi hominem impenſè laudet; quod *quæ vix diuturno alii labore, ipſum intra perpaucas horas, vivido mentis acumine, & innata alacritate profligabat*; & excuſet *a ſumma præterea, quæ hominem toto vitæ decurſu miſerè torſit, egeſtate*; non idcircò tamen non ait: *præcipiti eum feſtinatione; id quod properantibus ferè contigit, aliquando lapſum eſſe; atque ipſum interpretandi genus, quod attinet, neque verbis; neque interpunctionibus alligatum, ſententias ſolum fuiſſe intuitum*. Ita ille in Claris interpretibus, pag. 175.

13. Vix dum autem Dio Latinè prodiit, quum Franciſco Baldellio viro *humillimi loci* (*di baſſiſſima condizione*, qualem ſe dicit ipſemet in Epiſtola nuncupatoria ad Sereniſſimum Guidobaldum Feltrium Urbinatium Ducem) Academico Humoriſtæ, & civi Cortonenſi in Hetruria, viſum eſt, Italicè eum vertere: non quòd Italicè prius non prodiiſſet ab Nicolau Leoniceno, quod diſſimulat Baldellius, inquiens ex Latino Xylandri ſe eum reddere; ſed quod Chronica ea verſio, vix Italis ejus temporis, ex obſcuritate & dictione barbarica, uſui ulli erat. Præfixit ei Dionis vitam Baldellius, a Thoma Porcacchio deſcriptam, inter alias Hiſtoricorum, quos ante Dictys Cretenſis Hiſtoriam affixit, ex iis Xylandri, ſe eam deſcripſiſſe ingenuè profeſſo; ediditque Venetiis in 4. anno 1565. charactere curſivo, apud Gabrielem Julitum de Ferrariis. Vita illa nil habet novi, niſi verboſitatem; ſcriptaque eſt a Porcacchio, dum Dio Baldellii edebatur: ac dedicatur Sfortiæ Cardinali, data Venetiis epiſtola XII. Kal. Decembris anni 1565. Quo iterum iidem typis excuſa eſt is & eadem inſcriptione, forma, & anno 1584. Sed aliquot ante menſibus, Epitomen Dionis dederat Italicè Baldellius, edideratque Julitus, eadem in 4. forma; qua iterum anno 1585. recuſa eſt per Julitos. In hac anni 1565. Gabriel Julitus, ita Lectorem monet. *Vi facciamo avvertiti, benigniſſimi Lettori, che queſt'Epitome di Dione,* * *ſono ſtate poſte in luce da noi, ALCUNI MESI A DIETRO, in queſta medeſima forma, acciocche ve ne poſſiate accommodare, e congiungere inſieme, queſte due hiſtorie*, ideſt: *Lectores benigniſſimi, monitos vos optamus, hanc Dionis Epitomen, a nobis, ALIQUOT ANTE MENSIBUS, hac eadem in 4. forma, in lucem fuiſſe proditam; ut eam vobis procurare, & una hiſtorias haſce unire valeatis*. Res indubia: in ea anni 1585. dicitur *riſtampata: recuſa typis*. Nuper autem vidi iſtam editionem Epitomes a Baldellio, item in 4. & charactere etiam curſivo, apud eoſdem Julitos Venetiis facta, anno 1563., apud V. Cl. Marchionis Gregorii Alexandri Capponii, inſtructiſſimam omnium pene rariorum editionum, Authorum Italici idiomatis, precioſam Bibliothecam. Amor ita, publicus ſenſim Dioni conciliabatur. Editum eum legebant Græci, Europæique ferme omnes Latine: legebant Itali lingua ſua, & ſua lingua etiam Galli; quibus ſubiit deſiderium, aliud ſuorum auribus Dionium exhibere. Franciſcus Belleforeſtius Sparſam ſibi vacuam aſſumpſit: qui nobilis, e Comitatu in Gallia Comingenſi; anno natus 1530. apud Sammatanum ad fluvium Savam, & mox orphanus anno 7. a matre in Collegium Margaritæ Reginæ Navarræorum, ut admitteretur curatum eſt. Studuit Burdegalæ ſub Georgio Buchanano, Matthia Dineto, aliiſque; item Toloſæ. Profectus Pariſios; ibi, quæ ejus merita, eruditorum amicitiam facilè ſibi conciliavit. Laborioſiſſimus vir a Renato Luſinga in ſuo Tractatu, de ratione legendi Hiſtoriam, ut vir magnæ lectionis, & illuſtrator antiquitatis, laudatus; merebatur noſtro clariori vixiſſe ſeculo (quod optat Morerius) ut immortalia verè opera relinqueret. Inter multa, quæ ſcripſit, ediditque, ut Coſmographiam, Annales Gallicanos, Hiſtoriam Carolorum Franciæ Regum, multaſque verſiones e Græco, Latino, Hiſpano, Italico; Dionis noſtri undecim Conciones orationeſve, ex libris 36. 38. 41. 43. 44. 45. 50., Gallicè; inter multas aliorum authorum Græcorum, Latinorumque emiſit, anno 1572. Quibus typis ignoro. Lutetiæ quidem editæ ſunt in folio (ut ex epiſtola dedicatoria conſtat, ad Ludovicum Gunzagam Ducem Nivernenſem & Mantuanum, data *Pariſiis XVIII. Kal. Dec. anni* 1572.) iterumque *recuſæ anno* 1588. ſimiliter in

fo-

ſolio, *apud Petrum Menerium Via Atrebatenſi*, *ad Portam Sancti Victoris*. Noſtrorum temporum elegantiam Galli, in eo, & exactitudinem deſiderant: qui obiit tandem Lutetiæ Pariſiorum, Kal. Januariis anni 1583., ætatis ſuæ 53., & ſepelitur in Eccleſia Fratrum Minorum, quos Obſervantes appellant. Quod evidenti argumento eſt, nil contagionis a magiſtris Buchanano, Vineto, aliis; per ea iniqua & ſalebroſa tempora, in Religionis negotio contraxiſſe. Gratulandum itaque ejus felicitati, non incidiſſe in eas Syrtes, quæ tunc fata propemodum erant ingeniorum.

14. Interea autem, jam ſenſim & ſine ſenſu, ad Fulvium Urſinum, ad annum 1582. ventum eſt. Porro qui Fulvium ignorat, eruditus eſſe non poteſt. Romanus patria, & Urſinorum etiam forſan nothus, anno natus 1530., quod a propinquis puer negligebatur, a Gentili exceptus eſt Delphinio cive ſuo, Lateranenſis Baſilicæ Canonico, & Antiquitatis admodum ſtudioſo. Is ingenium adoleſcentis, Græcis primùm Latiniſque literis excoluit; tum in Antiquitatis ſtudium immiſit; cui labori alioqui ſuapte factus, adeo Fulvius in eo excelluit, ut non æqualium ſuorum modo, ſed ſuperiorum etiam omnium laudes æquarit. Gentili in Canonicatu, ubi ex libera reſignatione ſucceſſit, ſelectiſſima vetuſtorum Codicum ſuppellectili comparata, & Cimelio Muſæoque collecto ampliſſimo, *de Romanis* ſcripſit *Familiis*, *de Triclinio*, *Notas in Feſtum*, *Hiſtoricorum Latinorum* fragmenta, & alia. Inter quæ non minimum vendicant ſibi locum *Excerpta de Legationibus ex* Polybio, aliiſque, & *Dione*, quæ ex Codice V. Cl. Antonii Auguſtini, Typis Chriſtophori Plantini, Antuerpiæ edidit in 4. anno 1582. Sed Græcè tantum, cum notis. Sane Codicem hunc, eum nactum eſſe in Sicilia, refert J. Lipſius in epiſt. 3. lib. 4. Franciſco ſcripta Raphelengio. (An Abbas item Farina invenit, ut ibidem ille Chronicon Paſchale, ſeu Faſtos Siculos?) *J. Lipſius Franciſco Raphelengio. O evangelia tua de Dionyſii, Polibii, Dionis fragmentis, in Sicilia repertis! Certa res ſit modò, nec ut in Livio, ut in libris Ciceronis de Rep. fallamur. Sed audivi etiam qui diceret, Antonio Auguſtino tradita illa in manus eſſe. Credamus igitur & gaudeamus.*

15. Hiſtoriam rei ſupra dedimus; & hîc luculentiùs eam dare e re eſto, quod ſuo loco; verbis ipſius Fulvii in Nuncupatoria ad Antonium Perrenottum Card. Granvelanum: *Antonius*, enim inquit, *Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis, omnis politioris doctrinæ vindex & aſſertor, miſit ad me ſuperioribus annis Polybii fragmenta quædam, ut titulus indicabat, περὶ πρεσβειῶν, * ut EUM LIBRUM a mendis, quibus pene infinitis CORRUPTUS ERAT, vindicarem, & cum ſtudioſis etiam, ſi videretur, communicarem. * Atque has quidem antiquitatis reliquias, animus fuerat, in Latinum verſas, cum aliis ejuſdem argumenti fragmentis, quæ Græcè tantùm nunc prodeunt, in lucem dare: Sed mirum eſt, quam hoc noſtrum conſilium, aliud ex alio, quotidie impedierit.* Tandem edidit, prædicto anno 1582.: primumque ex Dione Excerptum ab *Æquis* incipit, & ab Romanorum ad eos legatione: Οὗτοι Αἰκανοὶ (quæ modò leguntur hic, octavo Dionis libro) octogeſimum verò ſecundum & ultimum, deſinit in Macrino: & hæc ex Codice Antonii Auguſtini. Quod octogeſimum ſequitur ut fragmentum, non monet Urſinus, ex vetuſtiſſimo illo ſuo, nunc Vaticano prodire Codice, quem plenius nos edidimus: quum tamen ex Epigraphe illa præfixa operi, Ἐκλογαὶ πρεσβειῶν, ſi quis ignoret hæc ex alio prodire Codice, & non excerpta eſſe ex Dione, ſed eſſe Dionem ipſum; ex eodem ea prodire Codice exiſtimabit: donec ad calcem legat in ejus notis pag. 547. ut ſe res habet, in Excerpto 82., quod in corpore, octogeſimum tertium malè dixit fragmentum. Sane, quas vir benemerentiſſimus de Dione, notas adjecit, a nobis ſuo loco collocatas, &, jam tum ab anno 1581. ante *XII. Kal. Decembris*, qua die *Romæ* literas dedit ad Granvelanum, perfectæ erant. Annum tunc agebat Urſinus 52.: defunctus eſt autem *ſeptuagenarius*, anno 1600. XIV. Kal. Julias; ut Miræus refert in Claris Scriptoribus XVI. ſeculi.

16. *Francofurdi apud Wechelii Andreæ heredes, Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, anno* 1590., *ab Kalendis Aprilis* (quæ data eſt epiſtolæ Nuncupatoriæ ad Antonium Fuggerum Virum Clariſſimum, Ferdinandi Archiducis, a conſiliis ſecretioribus) tertius prodit tomus, Scriptorum Romanæ Hiſtoriæ, quos Græcos minores vocant; in folio: inter quos Dionis Epitome, Græcolatine, elegantibus typis excuſa eſt, opera & ſtudio Friderici Sylburgii, & cum ejuſdem, Xylandrique Notationibus. Doctiſſimus vir hic Græcè, patria Veterenſis (locum *Caſtra vetera* dixit Tacitus) quod in Haſſia apud Marburgum eſt oppidum, cum egeſtate & ipſe parentibus natus agricolis, æternum conſtixit; & jam tum ab anno 1583. horum Typographorum Francofurti vivebat ſumptibus. *Non exiguum eorum eſt beneficium* (inquit hîc ipſe in epiſtola ad Lectorem) *quorum ſumptibus hanc Reip. operam navavi: In quo genere cum primas ſibi vendicent Wechelii heredes Marnius, & Aubrius; quorum quotidianis impenſis, octavum jam annum, in hac Provincia verſor.* Heu magnam indignitatem, & Scelus Seculi! rerum inverſos ordines! virtutes & ingenia artibus, quin artificibus, famulari! equiſque & canibus non deeſſe, quod hiſce deeſt. Vix vi, tandem honorarium tenue virtus Sylburgio procuravit. *Proxima*, ſubdit ipſe, *Illuſtriſſimis clementiſſimiſque Haſſiæ meæ Principibus debetur gratia, qui ut promptiùs diligentiùſque in hoc ſtudiorum genere pergam; annuum mihi honorarium, in illuſtri Academia Marburgenſi, velut extraordinario Profeſſori* linguæ Græcæ, *pro innato erga bonas literas ſtudio, decreverunt. In* hac autem *Xiphiliniana Dionis Epitome, AD ROBERTI, ET HENRICI STEPHANI EDITIONES*, ut ipſe ait in epiſtola ad Lectorem (unde apparet verè prodiiſſe antea, illam editionem Henrici Stephani in 8., quam memorat Monfauconius) *adhibui Palatinæ Bibliothecæ Codicem manuſcriptum: deinde duorum doctiſſimorum virorum exemplaria impreſſa, multiſque in locis emendata, Joachimi Camerarii, & Guilielmi Xylandri: tum emendationes, & conjectationes a Davide Hoeſchelio, partim ex Hieronymi Wolfii libro, partim aliunde collectas. Demum correctiones, & διττογραφίας, quas e Georgii Merulæ vetere Codice manuſcripto* (qui poſtea Jacobi fuit Hurtadi Mendoſæ, & tandem Franciſci Mendoſæ, Cardinalis Burgenſis) *deſumptas, Andreas Schottus ex Hiſpaniis ad me nuper miſit. Sed & Dionem ipſum paſſim adii, & ambos interpretes, Guilielmum Blancum, & Guilielmum Xylandrum. * His ergo auxiliis; Græcum pariter,*

ac

Digitized by Google

ac Latinum cujuſque libri textum, quantum fas eſſe videbatur, emendavi. Editum enim Xylandri, *ante aliquot annos* (do ejus verba) *e defuncti Bibliotheca ipſe mihi emeram; illam verò* Joachimi Camerarii, *Joachimus filius, medicus clariſſimus, pro ſuo erga Remp. ſtudio, ad tempus utendum miſerat.* * *Ad has exemplarium ſuppetias, aſſumpſi, quæ apud noſtrorum temporum criticos inveniebam. Italos, nempe, Carolum Sigonium, Onuphrium Panvinium, Petrum Victorium: Gallos, Joannem Brodæum, Hadrianum Turnebum, Henricum Stephanum; Joſephum Scaligerum, Petrum Fabrum, Petrum Pithœum, Iſaacum Caſaubonum; Germanos, Joannem Hartungum, Juſtum Lipſium, Paulum Leopardum, Ludovicum Carrionem, & alios.* Hos autem, etiam ſine hac ejus face, luculentiùs nos adivimus: ut in notis noſtris perſpicuum fiet. Denique, *in Blanci verſione*, fatetur, *ut Xylander quædam non ſine cauſa emendarat; ita ego quoque pauca quædam, quæ manifeſtum habebant vitium, corrigere non ſum veritus. In cæteris, ſicubi diverſum ab interpretibus ſentirem, in notationum libello, meam expoſui ſententiam. Porrò, cum alii ante me, in horum auctorum lucem, nonnullas adnotationes ediderint; in Dionis Epitome, Xylandri adnotationes ſeorſim poſui; Stephaneas, numero pauciores, meis inſerui.* Hæc & alia vir doctiſſimus præſtitit in Dionis Epitome a Xiphilino. Qui natus an. 1536. tandem mortem obiit anno 1596.; ætate annorum 60. VIII. Idus Februarii, poſt ſuas curas etiam adhibitas, Theſauro Græco Henrici Stephani, aliiſque; quæ conductus a typographis, in diem parva mercedula fundere, duris ſolique lucro mancipatis artificibus, cogebatur. Fuit autem Lutheranus.

17. Excepit hanc Friderici Sylburgii, editio Joannis Leunclavii, viri ejuſdem fidei, ſed nobilis, locupletis, & legationibus multis apud barbaros cum laude functi: qui Weſtphalus, patria Amelburnenſis, ſuis lucubrationibus, *anno* 1592., iiſdem *typis Wechelianis, Francofurti, in fol.* Dionem penè reſtituit Reip. Literariæ, e re nata, poſt mortem Chriſtiani Saxonum Ducis, quæ anno 1591. 7. Kal. Octobris contigit. Hiſtoriam fuſe narrat ipſe Leunclavius Philippo Ludovico Comiti Hanoviæ, in Nuncupatoria, qua eum de ſua nova Dionis editione docet. Nos ſtrictiùs, ſed ejus verbis, eandem damus. Eum *nihil antea tale quid cogitantem; ut in Dione nonnihil operæ poneret, caſus impulit*, dum moras nectit Coloniæ Agrippinæ. *Quum enim anno ſuperiori* (ideſt anno 1591.) *nuntius nec opinatus, de morte Sereniſſimi Principis Chriſtiani Saxonum Ducis, Romani Imperii Septemviri Electoris, Coloniam Agrippinam allatus eſſet; incredibile dictu, quantum* * *dolorem* * inde, Leunclavius conceperit. *Ad obligandum illud altum animi vulnus*, ſecedo, voluto libros, Dionemque in primis, *qui Græca Latinaque lingua, tunc, niſi fallor, in lucem exierat.* In Dione ipſo, *repurgatis haud parum libris illis viginti ſeu, qui tunc prodierant; etiam de cæteris viginti* apud Xiphilinum, *qui ſexageſimum ſequi ad octogeſimum & ultimum uſque debebant, cogitare incipio. Diſplicebat mihi aliorum expers judicii conſilium* (Sylburgium tacitè taxat) *qui reliquias Dionis Xiphilinianas, a cæteris ejus monumentis ſegregaſſent. Nec minus ingratum Lectoribus eruditis eſſe videbam, quod Hiſtoriæ continua quadam ſerie progreſſi, ad Neronis uſque tempora; Xiphilino perlegendo recurrere cum nauſea cogerentur, ad eorum repetitionem, quæ Dionis e libris, jam antè pleniùs percepiſſent.* In quo editionem ſuggillat Henrici Stephani. *Itaque rationem magis aptam, mihi ſequendam ratus*, priores Xiphilini libros omiſi; *deinde, quo ſeries Hiſtoriæ Dionia poſtliminio quaſi revocaretur; ſtatim Claudio Dionis*, Neronem Xiphilini, *Neroni cæteros ſubjeci Cæſares; Ea librorum* horum *viginti, diſtinctione, quam Xiphilinus a Dionis inſtituto diſcedens, temere mutarat, ex analogia totius operis Caſsiani ſollerter indagata. Nihil hic reprehendi jure poteſt; quum a Xiphilino repetita, quæ ille Dioniis e libris uſurparat, ipſi bonæ fidei poſſeſſori Caſſio reſtituerim* *. *In iiſdem, ab interprete Blanco malè reddita notavi, & meliùs expreſſa marginibus adjeci.*

18. Sed ad jactantiam fecit hoc Leunclavius, ut Blanci ſphalmata (idem dic de Xylandrianis) ſub oculos lectorum ſic frequentiùs caderent, & e vicinia ſuæ correctionis, ipſeque admirandus fieret: ex quo reapſe factum, ut Huëtius, aliique, omnium optimum interpretem dixerint Leunclavium. Etſi hæc a ſe, *non ad viri Xylandri laudes imminuendas* facta dicat; *cujus memoriam, velut amici ſinceri & veteris, uſurpo*: qui, *ſi per fata ei licuiſſet, id præſtitiſſet ipſe, quod a me diutiùs ſuperſtite, præſtitum* eſt. *Fragmenta quoque librorum Dionis 78. & 79. ſuis locis repoſui, a Fulvio Urſino*, Græcè dumtaxat edita. *Ne denique Dio noſter Auctario quodam deſtitueretur, quo priores editiones ſuperaret; Excerpta Theodoſii, poſterioribus libris inſerui,* * *ex quodam exemplari manu exarato; quod eſt eruditi Viri Friderici Sylburgii* *. *Quibus ea conjungenda judicavi, quæ de prioribus 34. Caſſii libris Excerpta continentur in voluminibus manuſcriptis, quæ titulo* de Legationibus *exſtant*, apud Urſinum. Suas poſtremo Notas Leunclavius, aliaſque Roberti Stephani & Henrici, Xylandrique & Sylburgii in fine addidit; ut in principio *Dionis vitam, hiſtoriæ fidem, & judicii præſtantiam* adjecerat. Charta indigna: typi non mali, excellentiam conſarcinationis hujus in folio, uti & editionis, *Hanoviæ* procuratam *anno* 1606. *typis* item, *Wechelianis, apud Claudium Marnium, & heredes Joannis Aubrii* (Hanoviam enim procucurrerant hi Typographi) non uſquequaque repræſentant. Opus in lucem venit *anno* 1592. poſt diem, 8. Kal. Junias, qua die Diploma Privilegiumque Cæſareum editoribus datur: etſi per errorem in editione Hanoviana, annus habeatur 1582., pro 1592. Vix annum advixit operi Leunclavius: mortuus enim eſt Vindobonæ in Auſtria (quo ſe ex Aula contulerat Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis Emmanuelis Philiberti: ubi diu ſe verſatum, Hanoviæ ſcribit Comiti) menſe Junio inſequentis anni 1593. in ea, qua vixerat, hæreſi Lutherana. Clariſſimus Huëtius neminem eo clariorem interpretem opinatur; a qua ſententia longiſſime ego abſum: qui confidentiſſimum eum habeo; mediocrem interpretem, vix Latinum, & in Romana re Antiquaria, infantem. Jacobus Gronovius eum audaciſſimum & temerarium ſæpe probat: non a perfecta utique idea operis commendandum, ſed quod perfecto operi, face prælata, indicarit viam potius, quam aperuerit, ſtraveritve. Clariſſimus Fabricius item, *Egregium Scriptorem, eximiam ejus editionem* ait: pace V. Cl., ſecùs ſentio, & rebus ipſis, paſſim in opere hoc oſtendam.

19. Antequam autem prodiret editio Leunclavii,

Hen-

Henricus Stephanus *Genevæ* initiis *anni* 1592., Dionem Græcolatine, ex verſione Xylandri, cum ejus, & ſuis notis dedit in folio; & poſt ſex menſes, Xiphilini Epitomen ex verſione Blanci a G. Xylandro recognita, item in folio, publici juris fecit: ſuis caſtigationibus ſubditis, nomine Spicilegii. Illam, iſtamque vidi Romæ, in Bibliothecis, Alexandrina in Athenæo, & Caſanatæa ſuper Minervam. Indeque planè cognovi, Sylburgium Henrico Stephano ſerviiſſe, ante annum 1583. (ex quo ſervire cepit Wechelianis) & ab eo Græcas literas didiciſſe. Tumque ſuas hujus Græco Theſauro impendiſſe curas: Xylandrum ex literaria æmulatione Henricum odiſſe Stephanum: ſed paulo ante mortem; anno 1575.; datis ei literis, fuiſſe conciliatum: Demum editionem hanc Xiphilini, ſexto poſt menſe, ab Henrico Genevæ publici juris factam; etſi Genevæ nomen in iis non appoſuerit. Dionis libros, a 35. ad 60. (ad Claudium & boletum) *Illuſtriſſimo & Sereniſſimo* dedicat, *Principi ac Domino, D. Chriſtiano IIII. Regi electo Daniæ, Norvegiæ* &c., præfatus a Dionis præſtantia, & utilitate: Sed nec locum, nec tempus datæ epiſtolæ apponit: uti nec in epiſtola ad Lectorem; quem ſic alloquitur. *Hiſtoricus ille longe celeberrimus Dio Caſſius, qui & Coccejus, ſive Coccejanus* ἐπιτομαιζόμενος * *quum AD SUAS ÆDES, vel potius ſuam officinam reverſus, meum, & AD SECUNDAM EDITIONEM auxilium imploraſſet, ac ſibi ſpem ejus factam videret; ſibi magnopere gratulari de illo poſtliminii jure cæpit.* * *Verùm SECUNDAM etiam ſimulque poſtremam ſuis vulneribus MANUM, a me adhiberi poſtulavit (ad illa enim membra, quod attinet, quibus eſt mutilatus, nullam ſibi de iis reſtituendis supereſſe ſpem videt;*

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas)

meam ego illi operam libenter quidem, ſed timidè tamen initio ſum pollicitus. Timebam enim, ne præter ea medicamenta, quæ Pariſiis (qui ſic loquitur non eſt Pariſiis: indicat eſſe alibi: & hæc Henrico Stephano erat Geneva) *partim a patre meo, partim a me, &, ALIQUOT POST ANNIS, a Guilielmo Xylandro interprete adhibita ejus vulneribus fuiſſent, valde pauca inveniri a me poſſent: ad gravia preſertim vulnera, quod attinet. Sed quum Annotationes Xylandri in manum ſumpſiſſem,* * *& noſtram quidem operam in curandis, vel patris ſanandis pleriſque Dionis vulneribus commendari ab eo, ſed nequaquam eandem in aliis præſtari animadvertiſſem (quod ab eo tamen factum eſſe credebam) ac viderem ſupereſſe tamen multa, quibus opem ferre me poſſe ſperarem;* * *& bono animo eſſe cæpi, & Dionem pariter eſſe juſſi: qui cum ſomnio, in quo mihi apparuerat, repente evanuit.* (Dionis in hoc ſomnio, agit Henricus Simiam). *Nec mea me ſpes, ut opinor, fruſtrata eſt: nam & eorum nonnulla, quæ inſanabilia eſſe exiſtimabantur, a me ſanata eſſe; & ne ipſam quidem invidiam hoc negaturam, perſuaſum habeo.* Adjicit hîc multas ſuas correctiones; hinc ſubdit: *At in ipſa interpretatione, nihil mutandum cenſui, licet locos animadverterem multos, quorum ſenſum interpres (vir alioqui in hoc munere, & apud hunc Scriptorem, & apud alios, non infeliciter, circa valde difficiles etiam locos verſatus) minime aſſequutus eſſet. Quorum e numero eſt quidam pag. 54. de Catilina,* &c. Refert & addit alios. *Ejus autem, quod dico, exempla, in meis Annotationibus proferam; ubi & alias emendationes plurimorum Dionis locorum, & quarundam interpretationum habebis: ſimulque XIPHILINI EX DIONE ECLOGAS, nec non alia hujus ipſius, DIONIS inquam, Deo favente accipies. Hæc enim ei prælo, quod nunc operam Appiano præſtat, committere decretum eſt.*

20. Ex his ergo conſtat, Dionem ipſum Græcolatine primum editum ab Henrico, ex anno 1591. & 1592., hinc Appianum hoc anno 1692., & poſtmodum eodem anno Epitomen Xiphilini. Quam dedicavit *Juſto Reubero Juriſconſulto præſtantiſſimo, Electoralis Palatinatus Cancellario*; crediderim, quod parum cum Rege Daniæ Chriſtiano, in dedicatione Dionis, ſibi expertus eſt profeciſſe. In cujus Nuncupatoriæ fine, nec loci etiam, nec temporis data viſitur; uti nec alibi in toto opere: præterquam in utriſque metopis, (Dionis inquam, & Xiphilini, qui quandoque una colligantur) ubi illud: *Excudebat Henricus Stephanus anno M. D. XCII.* Ex præfatione, reliqua, ad Spicilegium conſtant: *Nulla de re,* inquit ipſe, *minus cogitaveram, quam de hoc (poſt duos tam ſtrenuos meſſores, Guilielmum Xylandrum, & Fridericum Sylburgium) Spicilegio: partim, quod longa peregrinatio, animum a Xiphilini quoque Hiſtoria avocaverat.* Ergo poſt peregrinationem a Pariſiis, anno 1551., hac tantum vice, in longa peregrinatione Genevenſi, anno 1592. item hæc Epitome ab eo Græcolatine prodiit. Cum hæc ita ſint, prima Xiphilini editio, ab Roberto Henricove Stephano facta eſt, anno 1551. Pariſiis ante fugam: Græcoque Latine oportet, ut ſupra diximus: *Partim quod nihil illos, ne oculatiſſimo quidem Spicilegæ reliquum fuiſſe exiſtimabam. Nam etiamſi Guilielmus Xylander, quodam me, ex æmulationis radicibus pullulante, odio proſequutus ſit; cum tamen abſit, ut ſua laude fraudare velim: præſertim cum illud odium, literis paulo ante mortem ad me ſcriptis, velut ejuraverit. Ad Sylburgium autem quod attinet, ſi eum laudare non auſim, quoniam cum ejus laude, mea conjuncta eſſet; atque adeo IN ME, QUEM HABUIT, novo quodam more, DOMINUM SIMUL ET PRÆCEPTOREM (quod ille beneficium pro ſua ingenuitate agnoſcit) redundare videtur: haud illaudatus manſerit tamen, ſed ſua eum erudita diligentia, vel omnibus mecum tacentibus, laudaverit.* Hæc Henricus, qui in hac epiſtola ad Lectorem ſcripſerat: *Dionis Scriptorum, qui quidem exſtant; eam partem, in qua ore tantum ſuo loquitur, ANTE SEX MENSES, e mea officina accepiſti: nunc ex eadem accepturus es eam, in qua illum partim ſuo, partim alieno (ut ita dicam) loquentem ore audieris.* Hunc, ſequitur, eſſe Xiphilinum, quem commendat etiam ab Homiliis ineditis, (quas tamen Xiphilini patrui, & Patriarchæ ego exiſtimo) eumque non *Epitomen*, ſed *Eclogas* contendit opus hocce ſuum dixiſſe. Inſcite autem: quod vere ſit *Epitome*, itaque dicta inveniatur, cum in ſuo, tum in omnibus aliis manuſcriptis; & nunquam *Eclogæ*, quæ carptim, & non continenti opere (ut Ἐπιτομαί) deſcribuntur. Tandem in fine annotationum, hanc adjecit Lectori ſuo monitiunculam: *In iis hiſtoriis, ſuper quibus ad ipſum fontem, id eſt ad ipſum Dionem potes recurrere, id a te ſedulò faciendum eſt: quod Xiphilinus quædam, e neceſſariis etiam, omittat: alicubi Dionis verba in alia minus apta mutet: ſed & nonnulla alio ordine collocet.* Quod etſi verum ſit; in Henrico tamen Stephano; editore typographoque, mercatoriam ſapit vafritiem; dum veretur, ne venditioni Dionis ſui, hæc Xiphilini editio, ipſaque

Xi-

P R O L E G O M E N A.

Xiphilinus a ſe laudatus, ſe judice, quid officiat, ſi & Dionem, ut fontem, neceſſarium non proclamet.

21. Poſt Hanovianam*, nulla Dionis alia græcolatina, aut alterutra lingua, editio facta eſt: Gallicè tamen Dionis Epitomen, typis Pariſienſibus in 4., Antonium de Bandole Advocatum in Provincia, vertiſſe, Fabricius author eſt; ſed mihi non licuit editionem hanc pertractare; ut quidquam de ea referam vel de homine. Num autem Dio ipſe, an Xiphilini Epitome, rurſus a Baldovinio Johanne Gallice verſa ſint, eadem ex cauſa plane ignoro. Opus novi ex Sorelo in Bibliotheca Gallica, ubi inter interpretes Gallos eum numerat: qui inter cætera, Dionem verterit lingua Gallica. Habet idem & Peliſſonius in Hiſtoria Academiæ Gallicanæ; & Morerius in Dictionario: ubi eum, ut parum exactum differunt. Natus hic Pratellæ in Vivareſia, poſt aliquot itinera, vitam reliquam Pariſiis tranſegit, ubi lector fuit Margaritæ Reginæ, & hinc Academicus Gallicaræ. Inter alias valetudines, podagra laborans, in linguam patriam plures bonos traduxit libros. Davila ex eorum eſt numero, Dion Caſſius (illi inquiunt) Poëma Torquati heroicum, Iconologiam Ripæ, aliaque. Ætatem agebat pluſquam 60. annorum; cum obiit anno 1650. aut 1651. Natum hinc arguas anno circiter 1590., edidiſſeque poſt Bandole; niſi velimus inveroſimile; anno 20., jam vertiſſe Davilam, & Dionem: anno enim 1610. hanc ille ætate agebat. Typorum formam, characterem, Nuncupatoriam [an Reginæ?] alii dixerint, qui obſervarint.

22. Henricus Valeſius anno 1634. Dionium alium theſaurum nobis dedit. De Henrici hoc opere, ſatis ſuperque dixi ſupra, cap. 1. hujus præſationis. Quis ipſe fuerit, modò eſt operæ pretium recitare. Natus ipſe Pariſiis ex Carolo nobili inferioris Normanniæ, eoque mortuo, cauſarum patrocinio relicto, muſis ſeſe reſtituit. A Præſ. de Henrico Memmio anno 1633., annuam mille librarum ſtipem aſſecutus, ea fruitur ad annum 1650., quo Memmius diem obiit. Cardinalis Julius Mazarinus anno 1658., in iis temporum anguſtiis, pro mille Memmii, quingentas annuas ei ſtatuit; quæ ex teſtamento etiam poſt tanti Patroni obitum ſolutæ Valeſio ſunt. Hiſtoricum Galliarum anno 1660. Ludovicus XIV. (aſſignatis ei 1200. libris Gallicis, & hinc anno 1662. auctis ad 1400.) eum creavit. Vir fuit viſus hebetioris, & oculo tandem dextero orbatus, ſeptuagenarioque major, obiit Pariſiis anno 1676., relicta uxore juvene, Margarita Cheſnæa, & ſeptem filiis (inter quos, tres mares, Hadrianus, Henricus, Carolus) ſepultuſque eſt ad Sanctum Nicolaum de Campis, in majorum ſuorum tumulo. Hadrianus frater, ejus deſcripſit vitam. Opera viri doctiſſimi, eruditiſſimique; Euſebii Hiſtoria, Socrates, Harpocration, alia; in primis hæc Dionis excerpta, ſunt ejus mentis liberi æterniores. Excerpta hæc autem habuit a Cl. V. Nicolao Claudio Fabricio de Peireſcio, qui ea e Cypro nactus, magno emit, ac Reipublicæ data voluit.

23. Petrus Gaſſendus in Peireſcii vita; rem ſic enarrat; ut cui verè Reſp. debeat tantum munus. Natus ille anno 1580., multiſque præclare geſtis, (quæ in vita relata Gaſſendus habet) antequam diem obiret ſuum anno 1637., ita legitur ad annum 1627. pag. 310. & 311. libri 4. id inveniſſe: *Ab hinc commercium uberius, quam ante inſtituit cum conſulibus, mercatoribuſque illic (in Italia, Africa, Oriente toto) ubivis agentibus; ut illorum operâ uſus, Græcos, Hebræos, Arabicos, cæterarum exoticarum linguarum libros nanciſceretur. Hinc ſtatim aliquos obtinuit; ac nominatim ex Cypro præclarum volumen* περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας *Conſtantini Porphyrogenetæ; continens Excerpta ex Polybio, Diodoro, Nicolao Damaſceno, aliiſque hiſtoricis; ex quibus poſſent variæ Auctorum nobiliſſimorum ſuppleri lacunæ. Incredibile autem dictu, quam pro nihilo duxerit, ducentas Turonicas libras, numeratas in pretium; vel ex eo quod eſt conjectatus, ipſiſſimum eſſe exemplum, quod Imperator ſibi habuerat, ob characterum formam nitoremque, ob compactionis elegantiam, ob præclara carmina in illius laudem præfixa.* Ex libro 5. ad annum 1634. a pag. 430. ad 432. *Subjicio potius modeſtiam, qua excepit Nuncupationem Excerptorum Polybii, Nicolai Damaſceni, & aliorum Hiſtoricorum, factam a viro erudito, nobiliſque Notæ Henrico Valeſio, qui ipſa Græcè edidit, Latinè vertit, notis illuſtravit. * Nam Peireſcius planè ſuffuſus, * reſcribens ad Valeſium, ſatis futurum fuiſſe dixit, ſi facta alii nuncupatione, memoratum fuiſſet dumtaxat, viſum ſibi obiter librum, ac præ manibus habitum in angulo quodam obſcuro, cum ex Oriente adveheretur.* Sed de his; ipſum audire præſtat Valeſium, qui Nuncupatoriam, in qua reliqua pandit, ſic Peireſcio auſpicatur: *Jamdudum hic liber redire ad te, tanquam ad parentem & auctorem ſuum, geſtit, V. Clariſſime. Quid ni enim te parentem appellem & auctorem ejus libri, qui primum a te repertus, advectuſque ſumptibus tuis ex inſula Cypro, & in hanc urbem* (Pariſios) *eſt miſſus? Jacuit ille quidem in hac Urbe, nimium fortaſſe diu neglectus a quibuſdam, tranſcriptus a paucis, iiſque doctiſſimis viris, quibus (ut equidem exiſtimo) ad ejus editionem parandam atque abſolvendam, nihil, præter otium, defuit. Nunc verò tandem operâ noſtrâ prodit in lucem, non magis Conſtantini Auguſti purpura, quam nominis tui titulo conſpicuus. Ac de Conſtantino quidem alii viderint, ſit ne de iis Scriptoribus, quos in tot centones carpſit ac diſtribuit, benemeritus, necne. Equidem, ſi quod ſentio dicere licet, magnam ei gratiam a nobis deberi puto, qui has Antiquitatis reliquias conſervaverit. Cæterum & Conſtantinus ipſe, & priſci illi Scriptores tibi uni plurimum debent, cujus ope ac diligentia, nunc quaſi redivivi lucem aſpiciunt. Sed & quot quot hæc lecturi ſunt, univerſi mecum, ut ſpero, libentiſſime tibi gratias agent*; &c. Hæc ille quæ ad rem faciunt in Nuncupatoria, in cujus fine, nulla temporis nota apponitur; ſecus in Privilegio, quod datum eſt *Fontanis*, *XVIII. Kal. Junias*, *anni* ejuſdem 1633., quod argumento claro eſt, hæc Excerpta tunc prodiiſſe.

24. *Jacobi Palmerii a Grentemesnil, Exercitationes in optimos fere auctores Græcos; velut Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, Diodorum Siculum, Appianum, Memnonis fragmentum, Plutarchum, Arrianum, Dionem Caſſium*, &c. *anno* 1668. *in* 4. *Lugduni Batavorum ex officina Danielis, Abrahami, & Adriani a Gaasbeeck*, dedit Johannes Fridericus Gronovius; Jacobi Gronovii pater. Is militem egit primum; inque ſenio, dum calculis laborat in caſtris, ea conſcripſit. Nil antea unquam edidit; ſed octogenarius erat, quum ea Gronovius voluit edidiſſe. Palmerius hic

ipſe

ipſe Lectorem docet; atque a pagina 242. ad 257., multa Dionis editi, vel apud Excerpta Valeſii, vel alibi, corrigere, ſupplereque conatur. Sed optimo conſilio conatuique rarus reſpondet eventus: laudandus tamen quod ſit & ipſe conatus, Dioni reſtituendo.

25. *Jacobi* dehinc, *Joh. F.*, *Gronovii* ſuccedunt his, *Supplementa lacunarum in Æneа Tactico, Dione Caſſio, & Arriano de expeditione Alexandri*: quæ *Lugduni Batavorum* item, iiſdemque typis, *apud Danielem a Gaesbeck* anno 1675. *in 8.* viderunt lucem; dedicata, in Epiſtola, ad Cl. Magliabechium, Laurentianæ Magni Ducis Etruriæ Præfectum Bibliothecæ. Pater toto orbe celeberrimus, Leodii dudum humaniorum literarum publicus fuit profeſſor. Ejus filius hic Jacobus, poſt peregrinationes, & itinera; ut in Italia Magliabechium novit, & admiratus eſt; in patriam redux patri in Cathedra ſucceſſit. Antiquitates Græcæ eruditas habent & longas ejus Præfationes: celeberrimus etiam aliis operibus: ſed vir ſale Batavo, ſelle, in Leunclavium præſertim, odioque Vatiniano. Mus veluti (pace eruditionis ejus) in farina triumphat: quod ex duobus Codicibus, antiquiſſimo, antiquoque Medicæis, ſua ex collatione cum editis derivat. Aſt Leunclavius, alii, ad inopiam unius Regii & maculoſi, ſuas divinationes, ubi corruptio, ubi hiatus in Dione erat, Dioni reformando, effingere cogebantur. Cæterum, quod debeo veritati; longe utiliùs, quam alii, operam ſuam Gronovius, Dioni Reipublicæque navavit. Diſplicuit autem nimia exſultatio & inſultatio, & arrogantia, quæ moleſtiſſima eſt, vel in pædagogo.

26. Duobus voluminibus in 8., Xiphilinum Londini, anno 1704., interprete Manningo prodiiſſe, Cl. Fabricius teſtatur. Qua lingua; quorum typis, neſcio.

27. Ad Græcum tandem Xiphilini contextum, Gallicam etiam verſionem Ludovicus Couſinus, noſtris fermè temporibus, anno 1678. *Pariſiis in 4.* typis Foucaultianis adornavit; quam non vidi; vidit verò Cl. Fabricius, & teſtatur. Qua in re idem in Gallia accidiſſe mihi obſervatur, ac in Italia Dioni ipſi. Leoniceni Baldellius verſionem Italicam expurgavit, Bandolii Gallicam Couſinus. Simplicitatem, aut ruſticitatem priſtinam, eruditiora hæc tempora pati neſciunt. Pariſiis autem natus eſt Couſinus pridie Idus Auguſti anno 1637., ubi ſtuduit etiam Theologiæ, quaſi Eccleſiaſticam militiam amplexurus: ſed revocato conſilio, anno 1646. Cauſarum Patronus, Forum & lites, uſque ad 1657. frequentavit. Quo tempore Præſes in Curia Monetarum ſuſceptus; quod ſuo muneri tempus affatim ſupererat, meliorum inter Græcos Latinoſque authorum lectioni tribuens; Euſebium Cæſarienſem, Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Hiſtoricoſque Byzantinæ, ab ſeniore Juſtino ad captam Cpolim, novem voluminibus in 4. vertit Gallice, ediditque. Vertit opus utiliſſimum Euſebii contra Hieroclem, parabatque & edere optimos quoſque hiſtoricos Imperii Occidentis, a Carolo Magno ad noſtra tempora, quos verterat; ſed mors quæ ei octogenario obtigit, cauſa eſt, ut duo eorum tantum volumina lucem viderint. Obiit autem 4. Kal. Martias anni 1707. ut callentiſſimus linguæ ſuæ, ob quam in Academia Pariſienſi meruit dignum locum anno 1697., ita non imperitus linguæ Hebraicæ, quam ſeptuagenarius voluit didiciſſe: poſtquam ſumma cum laude, Pariſienſe Diarium eruditorum, ab anno 1687. ad annum 1702. conſcripſerat, annos ſexdecim.

28. Hactenus cogniti editiones Dionis: non abs re modò perſonati, eſto dicere editiones. Ipſe ἐκ προσώπου Johannis Zonaræ, pluries editus eſt ut Zonaras. Hujus *Compendium Hiſtoriarum, opus præclarum ac diu deſideratum: nunc verò demum, liberalitate magnifici & generoſi viri D. Antonii Fuggeri, & labore Hieronymi Wolfii, Græce ac Latine, (quinque Codicibus inter ſe collatis) in lucem editum, * Baſileæ, per Joannem Oporinum* anno 1557. prodiit: iterum Pariſiis anno 1667. per Guilielmum Chauderium: tertiò verò per Ducangium editione Regia, inter Hiſtoricos Byzantinos, anno 1686. *Annales* Ducangius, non *Compendium* eam dixit *Hiſtoriarum*, ex ratione, quam affert in Epiſtola ad Lectorem. Editionem Chauderii nondum vidi: ſed de ea Bailletium teſtem habeo in *Judiciis eruditorum*, tomo 3. quo agit de interpretibus, & de Zonara. Omnes editiones hæ ſunt in folio; ſed Regia ſplendidiſſima, & bipartita duobus tomis. Cæterum de Zonaræ editionibus & verſionibus, Fabricius latè dicit, volumine 6. pag. 156. Bibliothecæ Græcæ; iis verbis poſt alia: *Italicè quoque tranſlati Zonaræ Annales ſunt, a Marco Æmilio, Florentino, Venetiis,* anno 1560. in 4. *& Gallicè a Joanne Mileto Pariſiis*, anno 1583. Sed, & tomo X. pag. 241. ubi ait: *Exſtat & Gallica interpretatio Joannis de Maumont, Pariſiis* anno 1560. in *fol. apud* Michaëlem *Vaſcoſanum* (de quo fusè Andreas Chevilerius, in *Origine Typographiæ*, par. 2. cap. 3. pag. 147., & parte 4. pag. 384.): *& Joannis Milleſii de Sancto Amore, Pariſiis*, anno 1582. in *folio*. Idem hic ille eſt, quem ſupra, *Joannem* dixit *Miletum*, omiſſa forma illius editionis. De Carolo Freſnæo Ducangii Domino, Franciæ apud Ambianos Quæſtore, Viro toto orbe celeberrimo, non auſim verbum facere. Natus eſt an. 1610. mortuus anno 1688. ætatis 78. Quis fuerit, quid geſſerit, quid ſcripſerit, omnes norunt. Hieronymus Wolfius Oëtingenſis in Rhetia, exquiſita linguæ utriuſque facultate præditus, ad interpretandum acceſſit; qui vir alioqui verecundus & modeſtus, de ſe hæc ait in Præfat. ad Iſocratem: *Nihil fere addidi, nihil detraxi, nihil immutavi: nec modò Sententias appendere, ſed pene etiam annumerare verba; quatenus id diverſa Latini Sermonis ratio ſinit, ſum conatus.* Laborioſiſſimus fuit interpres, & (ſi fides Melchiori Adamo, aliiſque Germanis) interpretum eatenus omnium præſtantiſſimus; aſt Henrico Stephano neutiquam omni ex parte ſatisfecit.

29. Quanti autem ſteterit Wolfio Zonaræ editio, ex epiſtola Nuncupatoria ad Antonium Fuggerum, patet. Octo menſes huic impendit verſioni, an. 1556. a Martio ad *Novembrem*, cujus *calendis* dat epiſtolam *Auguſtæ Vindelicorum ex bibliotheca herili*: ideſt Fuggeri ejuſdem. En ejus verba: *Quæ ratio me quoque movit ut non conquieſcerem priuſquam ſaxum hoc, quod TOTO HOC ANNO VERSAVI; ad montis cacumen perductum, tandem aliquando conſtitiſſet; ingenti utique labore & multis ſudoribus, quocumque tamen eventu. Nam * quantum difficultatis in ipſa lectione fuit? ob characteres elegantiſſimos illos quidem, ſed lectu difficillimos, propter affectata illa ſcribendi compendia, & τῆς καλλιγραφίας ſtudium: unde infinita errata oriuntur, ex facili notarum mutatione *. Neque tamen hac ſolertia me expedire ubique potuiſſem, niſi plures mihi Codices ſuppeditati fuiſ-*

ſent:

*ſent: quorum tres e tua bibliotheca accepi; magnis ſumptibus Cpoli comparatos; opera atque induſtria egregii viri & * clari, Joannis Dernſchwam, qui in fronte vetuſtiſſimi illius Codicis hæc verba ſcripſit.* Chronicon Joannis Zonaræ duobus tomis diſtinctum, quorum prior Hiſtoriam Judaicam potiſſimum; * alter Impp. * res geſtas uſque ad Alexii Comneni obitum complectitur, anno Domini 1554. Cpoli in Pera, * 150. ducatis Hungaricis emi a Magnifico Domino Autonio Cantacuzeno: Cujus familia, dum res Byzantina ſtetit, Imperatoria fuit; nunc ſub Turcico dominatu, ad privatam conditionem redacta eſt. * Præterea ſecundum Zonaræ tomum, de Imperatoribus, conferendi gratia, ab Alexandro Chartophylace, triginta ducatis Hungaricis comparavi. * *Denique præter omnium ſpem, & expectationem meam; acceſſit Viennenſis Bibliothecæ Codex integer, benignitate ſingulari Cl. V. & Senatoris Regii, Domini Gaſparis a Nydprug, ultrò ſuppeditatus. Quem totum adjutore Hieremia Martio* (mihi nemo adjutor) *præclaræ indolis adoleſcente* (*cujus in hoc opere Græcè Latineque exſcribendo, ſolerti & fideli opera ſum uſus*) *contuli, & multas noſtri Codicis lacunas explevi:* * *quanto labore nemo æſtimabit meliùs, quam qui ipſe operis non diſſimilis periculum fecerit.* In priore illo Codice, Vaticano-Palatinum Codicem Zonaræ mihi videre videor, & forſan is ille eſt; poſt varios caſus, in Palatinam invectus, & hinc, in Vaticanam. *Elegantiſſimi characteres, ſed lectu difficillimi, propter affectata illa ſcribendi compendia*, etiam in iſto ſunt. *Ego verò*, ſequitur Wolfius, *iis qui, vel in hoc, vel in aliis operibus a me converſis laudem ſolidam aſſequuntur, gratulabor potius, quam invidebo. Cum enim quidquid hactenus edidi, id vel publica utilitate, vel temporibus meis adductus fecerim, nec tam* FAMAM CAPTARIM, *QUAM FAMEM VITARIM* (en ut Wolfius ſocius eſt Xylandri) *ſi eæ lucubrationes meæ illuſtrioribus aliorum editionibus* * *abolitæ fuerint, non iniquo animo ferendum erit.* Laudat infra Fuggeri *liberalitatem erga doctos: in quo numero, ſi quis mihi locus eſt*, ait, * *& HIC ANNUS* * *id mihi attulerit, quod per omnem ætatem exhauſti labores non contulerunt.* Signat autem decem vere fuiſſe menſes inſumptos huic verſioni. *Tamen SI HI DECEM MENSES, quibus in hac elucubratione continenter elaboro, cum omni ante acta vita mea comparentur, plane dormientis rete traxiſſe videor.* Wolfio, apud Freberum, os, barba, oculi prorſus viri Sinici. Obiit Auguſtæ Vindelicorum (cujus Annææ Scholæ ab edito Zonara præfuit) adhuc Fuggerorum Bibliothecæ Præfectus, ex lithiaſi literatis fatali, anno 1580. VIII. Idus Octobris (natus anno 1516. ex nobili, quod dubito, familia, de Wolffſthal, juxta Paulum Freberum in Theatro virorũ eruditione clarorum pag. 1474. & Melchiorem Adamum t. 2. in Wolfin) ætate annorum 64. in Secta, qua altus eſt, Dio ergo ſub hoc haud ſemel, editus eſt, προσώπῳ.

30. Quæ Cedrenus Dionis habeat ſupra dixi. *Georgii Cedreni Annales, nunc primum liberalitate magnificorum ac generoſorum DD. Marci & Antonii FF. Fuggerorum, Græce ac Latine editi ſunt, Guillelmo Xylandro Auguſtano interprete; Baſileæ per Joannem Oporinum & Epiſcopios fratres; anno*, (ut ex Nuncupatoria colligo) 1556., data *Heidelbergæ Nonis Januarii*. Typis Regiis in ſplendiſſima Byzantinæ editione, jamdiu recuſus eſt anno 1642. ex recenſione & notis Goarii, & Gloſſario Fabroti, duobus voluminibus in folio.

31. Denique ad me ventum, & quid ego præſtiterim ſupra dictum. *Anno 1724. Romæ ex Typographia Chracas apud S. Marcum in Via Curſus*, in 4. dedi *tres ultimos Caſſii Dionis libros*, (cum principio primi) Græcolatine, ex Codice Vaticano, cum meis notis in fine operis; quod textino græco typographus carebat, quo ſub calce cujuſque paginæ, ſuo loco ſubjicerentur. Natus ſum Neapoli anno 1681. XIII. Kal. Auguſti, Patre Joſepho, viro Lucano, filio Jacobi e Buxento (quò ex Hippono in Brutiis, ut Tropæam alii, & Citrarium, adhuc nobiles ejus generis, procurrerunt) & Æcaterina Paulilla, Neapolitana uxore. Poſt ſtudia, & ſumptos gradus, Forum quatriennium trivi; tum anno 1706., ex Romano itinere redux Aprili menſe, deſerui Forum, & menſe Majo anni 1708. Sacerdos fio. Hinc Græcè ſtudui, ſub me ipſo, diſcipulo & magiſtro, & Clenardi Inſtitutionibus. Poſt res geſtas & acta beati Januarii martyris & Epiſcopi, edita anno 1713. Romam perrexi, iterumque anno 1720., ibique moras nexui, (quin domicilium poſui) uſque ad an. 1733. Sane in illo Romano otio ſcripſi multa (ope ſubſidioque Vaticanorum Codicum, Caſanatææ, Alexandrinæ, Baſilianæ, Barberinianæ, aliarumque Bibliothecarum,) ut puta *Ad Ephemeridas Græco Moſchas*: quæ faxit Deus, & faveat, ut tandem aliquando in lucem prodeant. Et tunc a Clem. XII. Junii 6. die Sancti Norberti, renuncior Epiſcopus Martyrani in Brutiis, ſub Conſentino Metropolita. Ac tãdem poſt multa pericula & ærumnas, per Benedictum XIV. Idibus Jul. an. 1743. ad Metropolim transferor S. Severinæ in Brutiis ulterioribus. Hæc mea hactenus fata: reliqua, ni ego iterum, poſteri enunciabunt.

CLARIORUM SCRIPTORUM JUDICIA DE DIONE, EJUSQUE ROMANA HISTORIA.

C A P. VI.

1. OMnium, qui de Dione criticè ſunt loquuti. Photius agmen ducit: (Jornandes enim non judicat, ſed narrat: *Dio celeberrimus Scriptor Annalium*) qui, ubi de opere Hiſtorico ejus dixit, ad ſtylum hominis ſic deſcendit; Codice 71.: Ἔστι δὲ τὴν φράσιν μεγαλοπρεπὴς τε καὶ εἰς ὄγκον διεσκευασμένος, ὅτι καὶ μεγάλων ἔργων ἐννοίας ἀπαγγέλλει· ἀρχαϊκῶν τε αὐτῷ συντάξεων ὁ λόγος μεστὸς, καὶ λέξεων πρεπουσῶν μεγέθει, περίοδοί τε μετὰ παρενθέσεων παρεστραμμέναι, καὶ ὑπερβατῶν εὔκαιρος χρῆσις· ῥυθμός τε καὶ ἀνάπαυσις, εἰς ἐπιμέλειαν ἠσκημένα, διὰ τὸ σαφὲς, οὐκ ἔστι τοῖς ἁπλῶς ἀναγινώσκουσιν ἐμφανῆ. Ἐν δέ γε ταῖς ἱστορίαις καὶ δημηγορίαις, καὶ μιμητὴς ἄριστος Θουκυδίδου· πλὴν εἴ τι πρὸς τὸ σαφέστερον ἀφορᾷ· σχεδὸν δὲ κἂν τοῖς ἄλλοις Θουκυδίδης ἐστὶν αὐτῷ ὁ κανών. *Grandis eſt ejus dictio uti decet, & gravis, quod magnarum rerum pandit conſilia; tum oratio antiquæ plena conſtructionis, verborumque, quæ rerum magnitudini reſpondent. Periodi parentheſibus trajectæ, uſuſque hyperbatum opportunus: numerique & interciſiones, etſi ſummo ſtudio elaborata; ob orationis tamen perſpicuitatem, obiter legentibus non manifeſta. In deſcriptionibus præterea & concionibus, optimus eſt Thucydidis imitator; quem, quod ad perſpicuitatem pertinet, quoque ſuperat. Probè denique etiam in reliquis ei regula eſt Thucydides.* Panegyrin Photius dicit Caſſio, etiam in eo quod ſcribit, ejus *orationem antiquæ plenam*

conſtructionis, uti nos commendamus, quæ in Latinis, Auguſti ſequuntur Seculum. Porrò Photius ipſe, qui novæ conſtructionis Græcæ uſum inducunt, ſæpe alibi accuſat ut novatores. Encomiaſtes ergo & admirator Photius eſt Dionis.

2. Interim, qui verſionem ſequuntur Schotti (unum excipio Tillemontium, qui ſuis uſus in his, eſt oculis) Photium, cenſorem Dionis habent. Verſio hæc ejus eſt: *Grandis ejus ſermo & tumidus, eo quod rerum ingentium ſenſa adferat. Veteris item ipſi conſtructionis Sermo plenus, verborumque quæ rerum magnitudini reſpondeant. Periodi parentheſibus trajectæ, & hyperbatum opportunus uſus. Numeri porrò, & interciſio, etſi accuratè adhibita, ob orationis tamen perſpicuitatem, obiter legentibus non ſunt manifeſta. In narrationibus præterea & concionibus, Thucydidis maximè eſt æmulus: niſi quod ad perſpicuitatem magis tendit. Cætera ferè Tucydides illi norma eſt & regula.* Parum hæc honorifica ſunt Dioni: tumorem objicit, quod eſt vitium: æmulatorem facit Thucydidis, quod non eſt verum: ad perſpicuitatem, eo magis tendere ſcribit; quod detrahit ejus laudi. Nam ὄγκος, quum de oratione eſt Sermo, non niſi *gravitas* exponitur, non *tumor*, authore Ariſtotele 2. Rhetoricorum: ἔννοια propriè in Hiſtorico, *arcana conſiliorum* ſunt, non *Senſa*: & ἱστορία, ut hîc apud Photium, non *hiſtoria*, aut *narratio*: narrat enim Dio perpetuò toto opere: ſed *deſcriptio* ut patet etiam, quod Photio vicina ſit *concioni*: ut ἱστορία τῆς γῆς, *deſcriptio terræ*. Ad hæc ἀγωνιστὴς μάλιστα τοῦ Θουκυδίδου, non eſt *Thucydidis maximè æmulus*, ſed *Thucydidis optimus imitator*. Æmulus effertur & nititur ſuperare, imitator ſequi dumtaxat ſatagit. Hoc ait Photius; qui cætera eum imitatorem, præterquam *in perſpicuitate*, ait, qua *ſuperat & Thucydidem*: quod non eſt *tendere* & *conari* ut vincat, ſed *ipſum vincere*. Noſtram verſionem confirmat & ratio adducta a Photio, quod *rerum grandium pandit conſilia*. An ne enim ea ſit ratio, de tumido ampulloſoque Dione? Μεγαλοπρεπῶς, etiam laudat: *magnifica, grandis uti decet*, non *grandis* tantum: nec *ingens*, idem ac *magnus*, valet; μεγάλων ἔργων. Hæc autem accipi ita jubeo, ut qui nullius carpendi ſtudio tenear; ſed quod Dioni conſultum velim, etiam in Photii verſione; quando Photius tam verè præclareque de eo ſenſit. Ex verſione namque Schotti natum eſt, ut omnes ferme, tanquam cum Photio, de ſtylo Dionis, critici incogitanter, & veluti agentes aliud, male ſenſerint: ut mox videro.

3. Johannes Xiphilinus, ut ſugillat ſæpe Dionem, ita numquam laude honeſtat aliqua. Libro 44. ait ipſum metu, Cæſari, & Dominæ Gentium adulari: libro 47. & 50. vult eum per univerſam Hiſtoriam nimium in ſignis prodigiiſque: libro 70. in M. Aurelio & ejus pugna cum Quadis, turpe nimis, eum mentiri ait, in Legione fulminatrice; dum Arnuphin, Ægyptium inducit magum, imbrem & fulmina imperaſſe; ſilet verò id exoratum a Chriſtianis. Hæc de Dione judicia Xiphilini. Primum pag. 157.: Cæſarem M. *Brutus, & C. Caſſius ſtrictis inſidiis confoderunt*; ὡς μὲν ὁ συγγραφεὺς λέγει, δι' ἀλλοτρίωσίν τινα μέτρον· τοὺς Καίσαρας δεδιὼς ἴσως, καθάπερ οἶμαι συγκλητικὸν ὄντα, καὶ οὐ τῶν ἀφανῶν, οὐδ' ἱστορίαν ἀφανῆ συντιθέντα. ὡς δὲ τὸ ἀληθὲς, καὶ ὁ Πλούταρχος ἐν τοῖς παραλλήλοις διδάσκει, διὰ φρονήματος ἀξίωμα φιλελεύθερον, καὶ προαιρέσεως εὐγένειαν ἥκιστα ἐθελόδουλον· τοιοῦτοι γὰρ οἱ περὶ τὸν Βροῦτον· ὅμως ὁ συγγραφεὺς τὴν μοναρχίαν τῆς δημοκρατίας ὑπερτιθεὶς τοιούτοις κέχρηται πρὸς ἀπόδειξιν λογισμοῖς· πολλῶν γὰρ, &c. *execrando furore agitati; ut author Hiſtoriæ, veritus fortaſſe Cæſares, narrat. Et cæteroqui, ſic Senatorem loqui decebat, & non obſcurum hominem, neque obſcuram Hiſtoriam conſcribentem. Revera tamen (ut & Plutarchus in Parallelis docet) ex dignitate ſententiæ, acerrima libertatis, & generoſo propoſito, ſervitutis impatiente: tales namque fuiſſe conſtat, Brutum, & reliquos conjuratos. Dio tamen, Monarchiam Democratiæ præponendam ratus, his, ut id oſtenderet, rationibus uſus eſt:* Cum tanta ſit, *inquiens*, &c.

4. Cedo aliud Xiphilini ex pag. 171. de pugna apud Philippos inter Cæſarem & Antonium. Πρὸ μὲν τοι τῆς μάχης σημεῖά τινα γεγονότα, τό τε τοῦ πολέμου τέλος, καὶ τὴν τῆς δημοκρατίας κατάλυσιν ὑπέφαινον, τοῦ Θεοῦ τάχα μεταρμόττοντος τότε τὴν πολιτείαν, εἰς τὴν λυσιτελεστέραν ἁρμονίαν καὶ χρείττονα, τὴν τῆς μοναρχίας φημὶ, &c. Τὰ μὲν οὖν πολλὰ τῶν σημείων τοῖς τερατολόγοις παρείσθω· ἀμείνων δ' ἂν ἦν, καὶ ὁ Δίων μὴ πέρα τοῦ δέοντος αὐτὰ τεθηπὼς, ἀλλά τι καὶ τῷ Πολυβίῳ προσεσχηκὼς, ὅτε ἅλωσιν γράφων τῆς Καρχηδόνος, καὶ τῆς Ἑλλάδος δούλωσιν, καὶ πρὸ τούτων τὴν μεγάλην τῶν Ῥωμαίων ἐκείνην ὑπὸ Ἀννίβου, καὶ πολυχρόνιον κάκωσιν, οὐδαμοῦ τερατολογῶν φαίνεται, οὐδὲ σημεῖα ταῖς λοιπαῖς πόλεσι πρὸ τῶν συμφορῶν γενόμενα διηγούμενος· εἰ μὲν οὐδ' ἂν γενέσθαι νομίζων, μεμπτέος· πλήρης γὰρ τῶν τοιούτων ἡ ἱστορία. εἰ δ' ὡς οὐχ ἱστορήσας γε αὐτὰ, συγγνωστέος· συγγραφὴν γὰρ προεχείρητο. Ἐκ δ' οὖν τῶν ἐπὶ Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου γενομένων, τοῦτο ἐρῶ, τὴν μεταβολὴν, οἶμαι, τῶν πραγμάτων δηλοῦν· τῶν γὰρ ἐν Ἰταλίᾳ ποταμῶν οἱ μέν τινες, παντάπασιν ἐξέλιπον, οἱ δ' ἀνάπαλιν ῥεῖν ἤρξαντο. *Præceſſerunt pugnam, & ſigna: quibus & belli exitus, & caſus Reip. oſtendebatur: quod eam Deus, in perfectiorem, melioremque mox ordinem, Principatus gloriam erat verſurus* &c. *Sed hujuſmodi ſigna; quibus portenta ſunt curæ, omittenda puto: multoque melius, opinor, feciſſet Dio, ſi ea non ſupra modum admiratus; aliqua ex parte propoſuiſſet, ſibi Polybium imitandum. Qui de Carthaginis excidio, & Græciæ captivitate conſcribens; ac præterea de gravi diuturnaque clade, quam Romani pridem ab Hannibale acceperunt; nuſquam tamen ejuſmodi refert monſtra, aut narrat ſigna, urbibus aliis ante calamitates conſpecta. Cæterum, ſi Dio, ratus, ea nunquam accidiſſe, deſcribit tamen; haud caret culpa; eo maximè, quod ejus Hiſtoria, ſcatet ejuſmodi portentis: ſi verò ea narrat, non ut ejus fidem conciliet, ſed ut referat evulgata, meretur veniam, quod Hiſtoriam conſcribebat. Ego verò ex his omnibus, quæ temporibus acciderunt Cæſaris & Antonii, hoc unum referam, quo commutatio rerum (ut ego arbitror) ſignificabatur; flumina quædam in Italia prorſus exaruiſſe, quædam verò ad fontes iterum recurriſſe.* Ita ego recenſui verſionem: nam ea Blanci, Xylandri, Sylburgiique; Græca Xiphilini, aut male, aut ſine aliquo ſenſu exprimit.

5. Tertium in quo Xiphilinus Dionem arguit, eſt pag. 186.: dum enim paratur bellum inter Cæſarem & Pompejum, ſcribit: Σημεῖα δὲ πρὸ τοῦ πολέμου ἔδοξε γεγονέναι, ὅ τε βύας, ὁ ἐπὶ τὸν τῆς Ουεστίας νεὼ ἐπιπτάμενος, καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἐπικαθήμενος· ἃ μὲν γελοῖος ὁ Δίων τηλικούτου πολέμου, καὶ συμφορῶν, βύας τε πτήσεις καὶ πιθήκων εἰς ναοὺς εἰσελεύσεις, καὶ ἄλλ' ἄττα τοιαῦτα προλέγων τε καὶ προσημειούμενος· καὶ τὸ τῆς Αἴτνης πῦρ πλεῖον ῥυὲν, καὶ πόλεις λυμηνάμενον· τὸ δ' ἐκ τοῦ δικεφάλου δράκοντος τοῦ ἐν Τυρσηνίδι φανέντος, καὶ ἐς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα πόδας ἐξηπλωμένου, πολλά τε κακώσαντος, ὑπὸ κεραυνωθέντος, εἰ ἀληθές ἐστι, καὶ θαυμα-

τὸν

τὸν πάντων ἐστίν. *Ante bellum hæc ſigna viſa: Bubo, qui ad Ædem Concordiæ primum volavit, deinde ad reliquas, ubi & conſedit: niſi ridiculus Dio eſt, qui buborum volatibus dicat, & introitibus Simiarum in Templa, & ſi quæ ſunt alia ejus generis, bella, & calamitates tam magnas ſignificari. Ad hæc Ætnæ, ignis effuſiſſima eruptio, quæ finitimas vaſtavit urbes: & draco biceps in Etruria viſus, longus pedes octoginta quinque: qui cum multa vaſtaſſet, fulmine ictus ſit: quod, ſi verum, mirabile ſane eſt.*

6. Tandem de mendacio Dionem arguit Xiphilinus, pag. 366. *Quo ex bello victoria præter ſpem, vel Dei potius beneficio, parta eſt: quòd Romani, qui ante pugnam, in magnum vitæ diſcrimen venerant; mirabiliter ſane ac divinitùs ſunt ſervati. Intercluſi enim a Quadis, * cum ardore ſolis, ſitique vexarentur, * nubes de repente coactæ, maximum imbrem, non ſine Dei beneficio, effuderunt.* Ὁ γάρ τοι λόγος ἔχει, Ἀνοῦφιν τινα μάγον Αἰγύπτιον, συνόντα τῷ Μάρκῳ, ἄλλους τέ τινας δαίμονας, καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. Ταῦτα μὲν περὶ τούτων ὁ Δίων φησίν· ἔοικε δὲ ψεύδεσθαι, εἴτε ἑκών, εἴτε ἄκων· οἶμαι δὲ τὸ πλέον, ἑκών. Καὶ πῶς γὰρ οὔ; ὅστις οὐκ ἠγνόει τὸ τάγμα τῶν στρατιωτῶν τὸ κεραυνοβόλον ἰδίως καλούμενον· ἐν γὰρ τῷ τῶν λοιπῶν καταλόγῳ, καὶ αὐτοῦ μνημονεύει· ὅπερ ἀπ' οὐδεμιᾶς ἑτέρας αἰτίας· οὐδὲ γὰρ ἄλλη τις λέγεται· ἢ ἀπὸ τοῦ κατὰ τόνδε συμβάντος τὸν πόλεμον οὕτω προσηγορεύθη· ὃ καὶ αἴτιον τότε τοῖς τε Ῥωμαίοις τῆς σωτηρίας ἐγένετο, καὶ τοῖς βαρβάροις τῆς ἀπωλείας, ἀλλ' οὐχ ὁ Ἀνοῦφις ὁ μάγος· οὐδὲ γὰρ μάγων συνουσίᾳ ὁ Μάρκος χαίρειν ἱστόρηται· ἔστι δὲ ὃ λέγω τοιοῦτο, &c. καταπλαγέντα τὸν Μάρκον ἰσχυρῶς, τούς τε Χριστιανοὺς, κατὰ δόγμα, τιμῆσαι, καὶ τὴν λεγεῶνα, κεραυνοβόλον προσαγορεῦσαι· λέγεται δὲ καὶ ἐπιστολήν τινα περὶ τούτων εἶναι τοῦ Μάρκου· ἀλλ' οἱ μὲν Ἕλληνες, ὅτι μὲν τὸ τάγμα, κεραυνοβόλον λέγεται, ἴσασι, καὶ αὐτοὶ μαρτυροῦσι, τὴν δὲ αἰτίαν τῆς προσηγορίας ἥκιστα λέγουσι. Προστίθησι δὲ ὁ Δίων, ὅτι τοῦ ὄμβρου καταρραγέντος, &c. quæ non controvertit & Xiphilinus. *Anuphin quemdam Ægyptium, fama eſt, qui una cum Marco fuerit, alios inter Dæmonas, Mercurium illum, qui ineſt aëri, magicis quibuſdam artibus invocaſſe, ſibique conciliaſſe per eos pluviam. Qui mentiri tamen videtur data ne opera, an ſecùs, planè ignoro: ſed datâ operâ, magis duco. Quî enim ſecùs? cum ipſe nullitum Legionem, Fulminatricem proprio nomine nuncupatam, non ignoraret: ejus namque in recenſione meminit cæterarum: &c. Nulla alia ex cauſa (nulla enim alia aſſignatur) quam ex his, quæ in hoc bello acciderunt; id nomen habuit: quæ tunc cauſa, & Romanis ſaluti, & exitio fuit barbaris. Verum, nec magus erat Anuphis, nec uſquam proditum eſt memoriæ, magorum Marcum conſuetudine, vel præſtigiis delectatum. Quod ergo hac in re ſentio, tale eſt: Cum unam Marcus Legionem* Melitenenſem Chriſtianorum, in ſuis haberet caſtris, Præfectus Prætorio ſpe dejectum in iis rerum anguſtiis adiit Marcum, deque illa ipſi ſuggeſſit; addito: nequidquam eos a Deo ſuo petere, quin protinus obtinerent. Juſſiſſe Marcum orarent, & confeſtim exorato Romanis imbre, hoſtes fulminibus impetitos. *His Marcum vehementer obſtupefactum, edicto Chriſtianos honore affici, ipſamque Legionem juſſit appellari Fulminatricem. De his Marci quædam exſtare dicuntur literæ. Cæterum Ethnici, & ſciunt, & teſtes ſunt, Legionem appellari Fulminatricem; cauſam verò, cur ita fuerit appellata, nequaquam produnt. Addit Dio, Romanos, cum primum pluvia cecidit &c.* Hæc ſunt quæ in Dione Xiphilinus cauſatur. Eadem exſcribit Baronius ad annum 166., aliique. Sed quibus infra in Apologemate occurremus.

7. Anonymus, qui Monitiunculam illam, quam dixi, appoſuit, poſt Appiani præfationem, ad hæc tempora, poſt Xiphilinum eſt afferendus. Verba ejus jam dedi ſupra: pauca proinde ſunt repetenda; quod judicium fecerit de Dione. Πολλοὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ συνεγράψαντο, ὧν καὶ Δίων ἐστί· τὰ μὲν ἀρχαιότερα ἐπιδρομάδην, τὰ δὲ τελευταῖα * διεξοδικώτερον ἀναγράψας. Δεῖ μέν τοι * τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου λαμβάνειν, τὰ δὲ μετὰ τοὺς μονάρχους ἐκ τοῦ Δίωνος. *Scripſerunt multi Romanas res: in his Dio; qui antiquiora quidem ſat obiter, poſteriora verò * ſtylo uberiore proſequitur. Quod ergo ad Romanas origines, ſpectat, & tempora antiquiora, id omne ab Dionyſio Halicarnaſſeo petendum eſt; a Dione verò, quæ ſub Imperatoribus acciderunt.* Unum hîc eſt Anonymo, quo refragor, antiquiora & Remp. curſim a Dione fuiſſe excurſa. Epitomen Dionis damus a Zonara concinnatam: & quamquam ea ſit Epitome, adhuc tamen ab Hannibalicis, & præcipue a Punico bello primo, ſecundo, & tertio, & deinceps, aliquanto diffuſa eſt: ut in Gracchanis temporibus, & Syllanis. Male ergo in Hiſtoria Reipublicæ, Dionem Anonymus, curſim ſe habere, & raptim, imaginatur.

8. Robertus Stephanus anno 1548. in epiſtola ad Lectorem; præfixa Dionis editioni Græcæ ejus anni, ita ſcribit: *Cum jam Dioniſii Halicarnaſſei Hiſtorici præſtantiſſimi de Romanorum antiquitatibus libros undecim divulgaſſem; ut ordinem ab initio mihi propoſitum ſervarem, placuit hoſce Dionis, cognomento Coccei, XXIII. libros, quibus HISTORIAM ROMANAM IPSE QUOQUE DILIGENTISSIME, AD VERUM SINGULA EXIGENS, PERSEQUITUR, DARE; quæ res nobis multò ſeriùs ac optaſſem ceſſit. Siquidem ex libris 80., quos ab eo de Romana Hiſtoria ſcriptos eſſe auctor eſt Suidas, XXIII. dumtaxat ad nos pervenerunt. Quodque omnium maxime nobis dolendum eſt, in iis excudendis unico exemplari, uſi, & adjuti ſumus; eoque accuratam ac diligentem caſtigationem deſiderante, &c.*

9. Johannis Bodinus an. 1583. in Methodo legendi Hiſtorias, Cap. 4. *Cum Dio*, ait, *totum vitæ ſuæ tempus, in Rep. gerenda conſumpſerit, ac per omnes honorum gradus, bis ad Conſulatum evectus, deinde Procos. factus, Provincias ſumma cum laude gubernarit; magnam denique bonorum artium ſcientiam cum uſu conjunxerit; quis dubitet inter optimos Scriptores cenſere? Profectò Comitiorum ac magiſtratuum Romanorum, totiuſque publici juris diſciplinam collegit: Principum verò conſecrationes & ἀποθεώσεις unus tradidit; & ea, quæ Tacitus Imperii arcana vocat, pene ſolus evulgavit. Fuit enim publici conſilii diligens indagator. Videtur tamen ubique partes Cæſaris adverſus Pompejum, & Antonii adverſus Ciceronem, data opera, tueri voluiſſe. Illa verò portenta, quæ in acie Marcomannorum, contigerunt, Arnulpho Ægyptio, non Chriſtianis tribuit, contra quam Tertullianus, Euſebius, Oroſius, Paulus diaconus, ac M. ipſe Aurelius, in ſuis ad Senatum literis, teſtatur.* Eadem iiſdemque verbis paulo tranſpoſitis, Antonius Poſſevinus habet libro XVI. Bibliothecæ Selectæ cap. 6., & in Apparatu ad omnium gentium hiſtoriam., Sect. 2. cap. XVII.

10. Gui-

10. Guilielmus Blancus, anno 1550., in Epiſtola dedicatoria, ſuæ Dionis Epitomes Xiphilini, ad Georgium Cardinalem Armeniacum, ſcripſit: *Dion Nicæus nobili genere natus, patrem habuit Apronianum Procos. Ciliciæ. Ipſe vir Senatorii ordinis, & bis Coſ. fuit. Verſatus eſt in ſtudiis bonarum artium. Videtur (ut de Socrate accepimus) habuiſſe divinum quoddam, quod dæmonium appellat, cui parebat, ſemper; ita ut ob eam cauſam, conjector ſomniorum, & interpres portentorum eſſet. Scripſit enim librum de ſomniis & prodigiis. * Hiſtoriam diligenter vereque propterea videtur ſcripſiſſe; quod ut vacaret a publicis muneribus, & etiam in ſcribenda hiſtoria conſumeret, Capuam delegerat ad habitandum, quoties in Italia moraretur. Neque verò tam difficile fuit Dioni, Conſulari & Prætorio viro, hiſtoriam Romanorum Principum ſcribere, quam cæteris privatis hominibus. Noverat enim, ut opinor, cauſas bellorum, cæterarumque rerum, quæ ab ipſis gerebantur: quippe magnam partem audiebat in Senatu: & optimatibus, atque adeo ipſis Imperatoribus ita familiaris erat, ut ei facile eſſet, eorum conſilia cognoſcere. Nec verò reprehendi debet, ut ego quidem arbitror, quod ſæpe dicat volatibus avium cantibusque, & ſomniis multorum, declaratas eſſe res futuras. Nam, cum Romanis nihil fere liceret inauſpicatò gerere, eſſetque Collegium Augurum ob eam cauſam conſtitutum; & ſcientia juris augurandi magno in honore ſemper haberetur; nihil præcipue peccavit, illis quidem temporibus, Dion, dum prodigia quæ futura prædicerent, narravit.* Ita occurrit Blancus reprehenſioni Xiphilini, quem ſilet. *Quæ cum ita ſint illud potius optare omnes debemus, ut Hiſtoriam Populi Romani, quam ille ab U. C. uſque ad tempora Alexandri, multis voluminibus eſt complexus, integram aliquando invenire & ſalvam poſſimus. Quæ tamen ipſa fortaſſe nobis videretur prolixior: non aliter ac Joanni Xiphilino, qui ejus Epitomem confecit. Hic enim cum eſſet Joannis Xiphilini Patriarchæ Cpolitani Nepos, Michaëlis Imp. temporibus; videretque fortaſſe hiſtoriam Dionis (qui annis circiter CCCCC. ante ſcripſerat) negligi, quod multis longiſſima eſſe videretur, hanc ejus Epitomen fecit. An autem idem fecerit in ſuperioribus libris Dionis, qui pertinebant ad id tempus, quo Reſp. Pop. Rom. ad nullius viri devenerat poteſtatem; an a Pompejo initium ſumpſerit, ut nunc habemus, mihi quidem non conſtat. In hoc autem maximè probandus eſt Xiphilinus, quod cum hanc Epitomen ſcriberet, atque ea, quæ nimia eſſe videbantur, reſecaret; in cæteris, a verbis, quibus Dio uſus fuerat, non diſceſſit: pauca enim adjecit de ſuo, ut Dionem ipſum magna ex parte, non Xiphilinum loqui putes.*

11. Guilielmus Xylander in literis ad Jo. Henricum Hervvartum Patricium Auguſtanum, ante editionem Dionis anni 1557. *Tu itaque,* inquit pag. 5. *Patrone optime, cum me in familia tua, aliquadiu commodè & liberaliter habitum, autoritate, hortatu, officiis inſuper, & beneficiis eo adduxeris, ut OPTIMUM ROMANÆ HISTORIÆ CONDITOREM DIONEM CASSIUM, de Græco Latinum facerem; quanta ea re ab omnibus, non hiſtoriarum modò, ſed totius Philoſophiæ ſtudioſis, gratiam inieris, ex his, quæ breviter attuli, omnes intelligent, & ſe plurimùm tibi debere grato animo agnoſcent.* Et pag. 9. *Dubium eſſe non poteſt, quin TANTUS VIR Dio, ET TANTOPERE IN REP. DOMI FORISQUE VERSATUS; IDQUE NON BREVI TEMPORE, SUMMAM ET COGNITIONEM HISTORIÆ ROMANÆ HABUERIT, ET DELECTUM AC JUDICIUM, INQUE COMMENTANDO PRUDENTIAM.* Pag. 13. locutus de Xiphilino, adſtruit, quod, *ne ipſe quidem, libros Dionis trigintaquatuor primos habuit. Initium enim ſumit a Coſ. Q. Hortenſii, qui competit in annum Romæ 685., ut videatur librum Dionis trigeſimum quintum, aut totum, aut majorem, quam nos, ejus partem habuiſſe. * His rationibus adducor, ut vitas Imperatorum, qui poſt Claudium rerum ſunt potiti, a Dione ſcriptas, aut latitare adhuc alicubi credam; & ab invidis ſupprimi; * aut certe non ita dudum periſſe. Primos verò illos triginta quatuor libros jam dudum negligi cœpiſſe, atque inde intercidiſſe exiſtimo: quod ſuperiorum temporum acta, Dionyſius Halicarnaſſeus, & Appianus Alexandrinus copioſiùs & ſatis ſplendidè tradidiſſent. Idque eo magis mihi probatur, quod ſciam idem Appiano eveniſſe: nam cujus ea, quam citavi, Præfatiuncula eſt, qui Appiani libros, quos habemus, eo ordine in unum corpus compegit: is apertè ait, Italicum ob id a ſe omiſſum librum Appiani, quod Dionyſius omnes iſtas res prolixiùs expoſuerit.* Sed hæc, quaquaverſum non ſedet ratio. Nam ſi Dionyſii opus, occaſio perdendi fuit Dionis & Appiani, hujus in Italico, illius in Romana Democratia; id contingere non debuerat in his ſaltem, quæ Pyrrhi bella ſequuntur: in his enim Dionyſius ſuæ Hiſtoriæ finem fecit. Quæ ergo occaſio fuit, ut hos etiam ſine Dionyſio, amitteremus?

12. Saniùs loquitur Xylander pag. 14. hoc ſuo voto: *Ego ſane opto vel maxime, exſtare tot, quot illi perhibent* (ajebant editos 38. in Italia, & latinos) *libros Dionis, ſi omnino plures non ſuperſunt. Neque deſpero, quin noſtrum ſtudium, alios ad hunc ſcriptorem eruendum, aut certè ulterius propagandum, ſit excitaturum. Nam * cum id omnes eruditi conari debeant; ita videor poſſe afferre multas cauſas, ut magnopere mirer, tamdiu id omiſſum, intermiſſumve ab aliis fuiſſe.* Qui vates eſt hîc Xylander; non ignoro, quam geſtiret de meo Dionio hoc conatu. Ipſe pergit pag. 15. *Sunt in Dione multa diligentius indicata, explicataque, DE LEGIBUS, ET INSTITUTIS ROMANORUM; quæ antiquiores illi Scriptores, aut ſilentio, tanquam nota ſuis hominibus, tranſmiſerunt, aut attigerunt obiter: quæ tamen non intellecta, multum tenebrarum Lectori claſſicorum autorum offundant; cognita mirum in modum expediant. Hujus generis ſunt (de plurimis pauca referam) cum DE CENTURIATORUM COMITIORUM RATIONE, ut ea ſolvantur: DE MODO RECUPERANDI SENATORIAM DIGNITATEM: DE ADOPTANDI JURE, & MAGISTRATUUM SINGULORUM FUNCTIONIBUS: DE SENATUS CONSULTI, ET AUCTORITATIS DISCRIMINE, docet: Cum LEGES MULTAS multorum recenſet: cum LEGIONUM POPULI ROMANI NUMERUM concipit: cum PROVINCIARUM ADMINISTRATIONEM DILIGENTER, ET SIGILLATIM explicat: Cum eam, quæ magna adhuc inter doctos, DE RATIONE ANNORUM eſt controverſia, commodiſſime, aperte quidem, & ut fidem mereatur, certè componit: & permulta alia; de quibus nonnunquam monuimus ſuis in locis. Jam quod ſpectat ad Hiſtoriam ipſam per ſe*

quam

PROLEGOMENA.

quam tractat, manifeſtum eſt, EA QUÆ SPARSIM, DIVERSIS LOCIS, APUD DIVERSOS AUCTORES, NULLO CONTINUO ORDINE, INTERRUPTA, IMPERFECTA, OBSCURE TRADITA ERAT; SUMMA PERSPICUITATE ET BREVITATE, OPTIMAQUE FIDE, A DIONE ESSE COMPOSITAM ET ILLUSTRATAM, ut non modò res geſtæ; ſed (quod eſt potiſſimum, & cognitu præcipue dignum) eorum cauſæ, progreſſus, fines; eventuſque, ob oculos ſunt poſiti. Præterea poſſem ſexcenta proferre loca de Cicerone, Salluſtio, Cæſare, Liviana Epitome, Floro, Paterculo & Appiano; quæ vel OBSCURA EXPLICARI, VEL DERRAVATA RESTITUI, UNIUS DIONIS NOSTRI AUXILIO POSSINT. Sed neque id in præſentia fortaſſis conveniens ſit, & ſpecimen aliquod, in Annotationibus tamen noſtris, exhibuimus. At BELLUM CONTRA ANTONIUM Cæſaris Octaviani, PUGNAM ACTIACAM, ac denique totam AUGUSTI PRINCIPATUM, CLADEM VARIANAM, & multa alia; quam EXQUISITE' NOSTER ET DILIGENTER. Equidem, quæ ab aliis, Latinis præſertim deſumpſit; ob ea potiſſimum terendus eſt manibus ſtudioſorum, non in hoc tantum, quod quaſi Epitomen eorum, quæ illi fuſias tractaſſent, ſcripſit: eaque collatio authorum inter ſe, mirifice prodeſt ad rei veritatem percipiendam, memoriæque infigendam: Sed quod ita & Græca quomodo Latinè ſint exprimenda, diſci poteſt: & rurſum ipſa Latina, quæ obſcuritatis aliquid habent, lucem accipiant. Atque hanc quidem eſſe optimam ac tutiſſimam, addo etiam facillimam & jucundiſſimam diſcendi utrinſque Sermonis viam, ſatis conſtat. GENUS DICENDI, Dio tenuit, certè NON INCULTUM (ſi quid ego judico) NEC INELEGANS, ſed quale omnino, ejus temporis Scriptoribus, in uſu fuit, Satis quidem aptum materiæ, quam tractabat, SENTENTIIS GRAVIBUS, iiſque APTE' ET SUO LOCO POSITIS, ac quæ ſcopum ejus quod narratur, oſtenderent, pulcre exornavit hiſtoriam. In orationibus quoque id mihi videtur obſervaſſe, ut & eorum qui dicerent, MORES AFFECTUSQUE EGREGIE' REPRÆSENTARET, & eas prudentibus, & AD VITAM INSTITUENDAM ACCOMMODATIS apophthegmatis, condiret. Profectò quædam ex iis orationibus meruerunt apud doctos tantam, ut ſeorſim quoque jam ante in latinum Sermonem traductæ ederentur. Quibus Xylander innuit, quas Cœlius Secundus Curio, Latinè verterat, ut in editionibus, ſupra dictum.

13. *Sed de Dione* (ſequitur Xylander pag. 18.) *quoque abunde verborum. Nam etſi haud jam neſcius, ſuggillari eum a quibuſdam: ut dum Xiphilinas prodigiorum, tam carioſam enumerationem invadit, & quandam de Arnuphi mago in M. Antonino narrationem: alii ob Ciceronem ſuum ab eo, levitatis, & in ferendis adverſis rebus, imbecillitatis notatum, inceſſant; tamen defenſionis noſtræ cum nihil opus habeat; inanem operam ſumendam mihi non duxi. Quippe & Xiphilino quid poſſit reſponderi omnes æqui in prompta habent: & Cicero quis fuerit, ex ejus ipſius ſcriptis, ſi alia teſtimonia deſint, nemini eſſe obſcurum poteſt.* Ita Xylander ſtrenue ab objectis Dionem defendit. Sane etiam quod de Somniis & ſuum Genium ſcripſerit, pag. 10. ſic philoſophice cuſtodit: *Neque mihi animus eſt nunc de ſomniis, & eorum vi, neque de Geniis, quos illi homines putaverant, diſputare. Et tamen veriſimile eſt, magno ac præſtanti ingenio ac doctrina præditos viros (agitatione mentis, tumultibus aliarum cogitationum ſenſuumque perturbatæ) nonnunquam ad aliquam certam rem impelli, quæ illis dæmonia fuerint. Scitumque eſt illud Æſchyli, quod exprimam, ſi poſſum, Latine:*

Mens dormiens acutiùs multo videt;
Eadem futuri provida eſt interdiu.

Tanta Dionis Xylander habet, qui, præter juſſa Hervvarti, *onus ſuſcepi*, inquit pag. 19. *quod cum viderem, tam utilem ac jucandum Autorem, toto jam, ex quo editus eſt Pariſiis, olſenuio negligi & præteriri ab aliis, poſſe nonnihil exiſtimationis ac nominis, eo me labore, mihi parare cenſebam. Nec id ambitione ductus, a qua abſum longiſſime; ſed quod rerum, ſeu veriùs, miſeriarum mearum rationes, id maxime requirunt.*

14. Carolus Sigonius in Judicio de Hiſtoricis Romanis cap. 19. *Ipſe* Dio *Aſiaticus eſt, in concionibus plus nimio loquax: narratio verò ſatis diligens eſt; multaque Lectores docet, a Latinis prætermiſſa.*

15. Ubertus Golzius in Faſtis Magiſtratuum, & Triumphorum Romanorum pag. 278. *Sed nos*, inquit, *auctores PROBATÆ FIDEI, DIONEM IMPRIMIS SEQUUTI, maluimus ſecundam Cæſaris dictaturam collocare ſub hoc anno U. C. 705.* Idem pag. 279. & 291. Dioni plus refert, quam Juriſconſulto Pomponio, & Suetonio Tranquillo: *Decem Prætores hoc anno* (U. C. 707.) *deſignatos ex Dione addidimus; qui tradit, Cæſarem, poſt ſuum in Urbem reditum, quo pluribus gratiam referret, in inſequentem annum, decem Prætores deſignaſſe. * Pomponius autem J. C. cap. XI. de Origine Juris, auctor eſt, Sullanis temporibus, decem Prætores creatos, adjectis ab ipſo Sulla, quatuor ſupra numerum ſex, qui prius creari ſolebant.* Et Suetonio: *Nec magis verum videtur, quod idem tradit Suetonius, Cæſarem in tres ultimos tertii hujus Conſulatus menſes, alios duos* Coſſ. *ſibi ſubſtituiſſe: cum nec in Faſtis id reperiatur, nec alius quiſquam id ſcriptum reliquerit. Nec veriſimile eſt, DIONEM, QUI SINGULA VEL EXACTISSIME PERSEQUUTUS EST, id fuiſſe amiſſurum.* Habet & alibi multa præclara Goltzius de Dione: ſed hæc ſufficiant, poſt ejus collationem cum Clariſſimo Juriſconſulto Dionis æquali; & diligentiſſimo Suetonio: quo illuſtrius nihil datur.

16. Henricus Stephanus anno 1592., in fronte ſui Dionis, ita cecinit:

Scripſerunt alii florentis tempora Romæ,
Et grave ſit quonam tempore paſſa jugum:
Hiſtorias alias iſti conferto Dionis;
RIVI ILLÆ, SED FONS ISTA DIONIS ERIT.

Quæ eodem anno ſubinde, in editione Appiani ſua (prima fuit Caroli Stephani ejus patrui Pariſiis anno 1551. in folio) in Nuncupatoria epiſtola repetit & recenſet; *Dionem*, inquiens, *& Appianum multo eſſe iis APTIORES, qui qualia fuerint Romæ florentis tempora cognoſcere, & varios Ciceronis, aliorumque, de Romanæ Reſp. ſtatu, locos capiant intelligere, res ipſa loquitur. Eos enim, qui ad nos pervenerunt, Latinos Hiſtoricos, hanc eorum ſitim non explere, ſicut Dionem & Appianum; ſed ſi non ſitibundos prorſus, ſaltem ſemiſitibundos dimittere, nemo inficiari auſit. Merito igitur de Dione cecini: Scripſerunt alii*, &c. ut ſupra, & inde: *Tantum*

cer-

certè abeſt, ut rivos appellare, quas habemus, iiſdem de rebus, Hiſtorias Latinorum non potuerim, & DIONIS HISTORIAM *præ illis* FONTEM *vocare; ut contra vel rivulos licuiſſe mihi eas nominare exiſtimem. Verſum ergo illum mutans, & rivulum pro rivis dicens, ita ſcribam.*

Rivulus *hæ, ſed fons iſta Dionis erit.*

Sed in tuam libet gratiam, Illuſtriſſime Princeps, & aliud Epigramma in lucem dare, quo Appianum, ut Dionis ſocium, in illius etiam honoris ſocietatem voco, alia ſimul comparatione, ſeu ſimilitudine utens. Ita enim de Dionis pariter & Appiani Hiſtoriis cecini:

Scripſerunt alii florentis tempora Romæ,
Horum eadem in Grajum nunc legis Hiſtoriis:
Sed quam marceſcens, florente urbs diſtat ab urbe,
Cætera turba, iſtis diſcat ab Hiſtoricis.

Quoniam autem Appianum Dionis in Hiſtoria ſocium vocavi, quod utraque plenam & exactam eorum, quæ dixi, cognitionem, præ aliis præbeat: de alia etiamque .... iate mentionem faciam. Hæc in ea eſt, quod ſicut Dio, ita & ipſe non p ..... ter dicat, quæ partim ad omnium, partim verò ad Principum peculiariter inſtitutionem pertinent. Unum eſt certè, in quo Dionem & quemvis alium Hiſtoricum ſuperat, quod paſſim non Fortunæ, ſed Numini Clades etiam eas tribuit, quæ alioqui fortuitæ appellari ſolent.

17. Sed quid ſpeciatim de Dione in Dione dixerit, ex epiſtola Nuncupatoria ad Chriſtianum IV. Danorum Regem, audiamus. Præclara ſunt, etſi longa: *Quum autem plurimi Romanam Hiſtoriam literis mandarunt, non Latini ſolum, ſed etiam Græci;* INTER EOS, *qui ad ſeculum noſtrum pervenerunt;* PALMAM OMNIUM FERE CALCULIS OBTINUIT *(ad tempora florentis Romæ, quod attinet) qui nunc tibi, Rex Sereniſſime, a me offertur* DIO: *valde quidem mutilata exhibens ſua ſcripta, ſed ita tamen, ut hoc in malo ſit, quod & ipſum, & nos omnes conſoletur. Nam quemadmodum iis, quibus mutilatum eſt corpus, magno iſtud ſolatio eſt, quod facies ſaltem, nulla ſui parte, intacta & illæſa manſerit: ita non dubium eſt, quin magnum hoc ipſi, & ipſius ſtudioſis eſſe doloris levamentum poſſit; quod illi ſaltem Hiſtoriæ ejus libri, quibus florentis Romæ ſtatum deſcripſit, eandem experti injuriam non fuerint. Neque verò nobis eo tantum nomine, magno hæc in pretio habenda Hiſtoria eſt;* PRÆ ALIIS OMNIBUS, *quæ res eaſdem memoriæ prodiderunt; quod* ACCURATISSIME OMNIA *ſibi digna viſa, quæ eam ingrederentur (multa enim ut indigna rejicit) accuratiſſime* PERSEQUITUR; *&* MAGNUM IN REBUS DESCRIBENDIS JUDICIUM ADHIBET, *(quale exſpectari poterat a viro multarum rerum cognitione inſtructo, & magnis muneribus functo) verum & de iis, quæ potiſſimum obſervanda nobis ſunt, ab eo, velut obiter, admonemur. Quod ex aliis Hiſtoriis, duo præcipue, Polybius, & Plutarchus, meo quidem judicio, fecerunt *. Verum ad miſerum illum Craſſum, quod attinet; quum Plutarchus ambitioni tantum, inconſulta ejus auſa imputet, quæ & exitialia illi tandem fuerunt;* MULTO RECTIUS NOSTER DIO, *non ambitioni tantum, ſed avaritiæ etiam imputat: illam gloriæ, hanc pecuniæ cupiditatem appellans. Ac ibi quoque, ubi mortem ejus narrat, illud in memoriam Lectori revocat, dum narrat, ut Parthi in os mortui aurum liquefactum infuderint: additque quanta pecuniæ cupiditate, quamvis prædives, arderet. * Atque ad ultionem divinam, quod attinet; talia de hac loquitur, ut vel Chriſtianum hominem decere videantur, initio libri 48. de percuſſoribus Cæſaris agens. Hic enim eſt verborum ejus ſenſus:* Brutus igitur atque Caſſius ita perierunt: illis ipſis, quibus Cæſarem interfecerant enſibus jugulati: ac cæteri, qui ad inſidiandum illi operam ſuam commodarunt, partim prius, partim poſtea, præter paucos, de medio ſublati ſunt. Quemadmodum conſentaneum erat, & ipſum Numen eos adducebat ad luendas pœnas de cæde hominis benefici, & a quo res tam fortiter, tamque feliciter geſtæ eſſent. *Fateor quidem, a Suetonio Tranquillo, de Cæſaris percuſſoribus (nam ita eos vocat)* (Quid? ita etiam & tu mox ſupra) *idem memoriæ proditum eſſe: ſed divinam juſtitiam hoc in facto a ſe agnoſci atque approbari, ſicut Dio, non oſtendit. Sunt verò & alii ejus loci, ubi de Cæſaris cæde; magis fortaſſe, quam ullus alius Hiſtoricus conqueritur. * Sed in quodam libri 54. loco, aperte oſtendit noſter Dio, Romanorum naturam, ita fuiſſe mutatam, ut jam ſalutaris eſſe illis, Democratia non poſſet. Quum porrò alia multa ex illo depromere poſſim, ejus hiſtoriam valde commendantia; malo (ne longior ſim quam par eſt) iis, quæ jam attuli contentus eſſe: ac tantummodo diligentiæ ejus exemplum proponere in illa de Craſſo hiſtoria, cujus antea mentio a me facta fuit. Dico igitur, Dionem in eadem quædam attingere, quæ ſi Plutarchum latuerunt, non tam diligens ſcrutator omnium ad hiſtoriam pertinentium fuit, quam noſter Dio: ſin eum non latuerunt, ſed prætermittenda viſa ſunt; in dubium venire poſſit, utrius judicio potiùs ſtare nos oporteat. Præſertim quum Dio, ut antea dixi, cautione hac, præ quovis alio Hiſtorico, utatur (& ita quidem, ut ea ſe uti profiteatur) ut nullum diegema in hiſtoriam ſuam admittat, quod hiſtoria non admittere, tanquam dignitate ſua inferius videatur. * Ad ea porrò quod attinet, quæ ad Principum inſtitutionem faciunt; haud inficior multò illa frequentiùs apud Plutarchum occurrere; quod res & perſonæ, de quibus in ejus potius, quam in Dionis agitur hiſtoriis, ſæpe illi ſermoni materiam præbeant. Sed invenies tamen & apud hunc, quæ ad illam inſtitutionem pertinent: multo certè plura inventurus, ſi in ea ſui parte, qua de Cæſarum vita & moribus agit, mutilatus non fuiſſet;* &c. Et in epiſtola ad Lectorem: *Hiſtoricus ille longe celeberrimus, Dio Caſſius, qui & Cocceius, ſive Coccejanus ἐπονομάζεται, * quum ad ſuas ædes, vel potius, ſuam officinam, reverſus; meum & ad ſecundam editionem auxilium imploraſſet,* &c. Alia dedi ſupra in editionibus, capite præcedenti.

18. Johannes Leunclavius eodem anno 1592. in Prolegomenis ad ſuam Dionis editionem, ita locutus eſt; ad Philippum Ludovicum Hanoviæ Comitem. *Ante alios, Comes illuſtris, primò tibi ſe ſiſtit, Hiſtoriæ Romanæ Scriptor nobilis Dio Caſſius, non illo* VULTU NUPERO (Sylburgii & H. Stephani) *ſed integriore paullo forma, quam aliorum opera conſpectus ævo noſtro fuerit: ea verò facie, in qua genuini oris ac membrorum lineamenta pleniùs adgnoſcuntur, quum, me producente, nunc in publicum exeat: oſtendendum hoc ad te brevi proœmio putavi, quid eſſet a me ſtudii collatum poſt alios, ad eum vel redintegrandum, vel expoliendum:* QUAN-

DO

PROLEGOMENA.

71. *Idem præterea Dio ita loquitur* (7) , *quaſi exiſtimaſſet , non ab Imperii initio* urbem acceſſiſſe Trajanum ; & ſtatim rurſus , poſtquam appuliſſet , primam ab eo ſuſceptam expeditionem in Decebalum. Inde factum , ut crederet primi belli Dacici egiſſe illum , ætatis annum dumtaxat 42. Atqui certum eſt , ſub finem anni 97. quo adoptatus eſt , adſcitusque in Imperium , fuiſſe in hoſtico , unde literas laureatas ad Nervam miſerat , & nomen meruit ipſe Germanici. Proximo anno , Conſulatum egit ſecundum ; cujus initio obiit Nerva ; quo tempore nondum Romam *appuliſſe , e noſtro conſtat Spartiano* (8) , -- & Plinio -- . *Sed nec aderat* initio anni ſequentis 99. Hujus enim anni Conſulatum , privatim ceſſiſſe dicit Plinius ; -- cauſam verò cur ceſſerit , eam dedit præcipuam , quod abſens gerere non potuerit. -- Sic itaque Romam appulerit , & leges tulerit memoratas , poſt anni 99. initium ; & tamen ante ejuſdem anni menſem Octobrem (9). -- Proinde ante annum 100. , quo Coſ. III. iniit. Sed ne tunc quidem , Dacicam expeditionem ſuſcepit. Certum eſt Romæ hæſiſſe initio anni 101. , quo Conſulatum geſſit III. quem Conſulatum abſens gerere noluit. -- Certum eſt Romæ hæſiſſe , cum ageret Plinius in Marium Priſcum , Kal. Januarii , Principe ipſo Coſ. , & per triduum præſente. Certum eſt etiam , uſque ad menſem Septembrem ibidem hæſiſſe , quo Conſularem orationem coram ipſo in Senatu dixit Plinius. Coſ. nimirum ipſe eodem anno , quo III. Conſulatum geſſit ipſe Trajanus : nec ullum tamen memorat Plinius de diſceſſu ejus mox futuro conſilium. Non potuit itaque diſcedere ante Natalem ſuum , Septembris 18. Quod ſi poſtea diſceſſerit , jam certe egerit ætatis annum (pro noſtris rationibus) 48. , Imperii etiam , ex quo deſignatus eſt a Nerva , ſextum : quem tamen Dio , ætatis anno 42. , Imperii initio diſceſſiſſe arbitratus eſt.

72. Malignum aliquem auctorem (10) in Trajani memoriam ſecutus eſt Dio , qui Provincias a Trajano victas , ne quidem teneri potuiſſe , finxerit in gratiam Hadriani.

73. Eſt & alius ejus error in vitæ fine (11). Sic enim loquitur Dio , quaſi operam in victoriis Parthicis luſurus fuiſſet Trajanus , ſi diutius vixiſſet. Ait illum ſcripſiſſe ad Senatum , ultra ſe , quam progreſſus fuerat Alexander Magnus , victoriis ſuis fuiſſe progreſſum. Cum tamen (inquit ipſe Dio) ea , quæ ſubegerat , tueri non poſſet , μὴ δυνηθεὶς μηδὲ ἐγκεχειρισμένα σῶσαι. Imo verba illa ejus diſertiſſima ſunt : Ἔμελλε δ' ἄρα μηδ' ἐς τὴν Ῥώμην ἔτι ἐπα- ξειν,

(1) §. VII. pag. 224. (2) Pag. 223. (3) Pag. 226. (4) Pag. 227. (5) Pag. 228. (6) Pag. 230.
(7) §. VIII. (8) Pag. 242. (9) Pag. 242. (10) §. IX. (11) §. IX.

P R O L E G O M E N A.

ξῆσαι, μήτε ἄξιόν τι προκατειργασμένων πρᾶξιν, καὶ προσέτι καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα ἀπολέσειν(1). Quo etiam ſpectant & illa poſtea, de ſubactis a Trajano Armenia, & majori parte Meſopotamiæ, μάτην ἐπόνησαν, καὶ μάτην ἐκινδύνευσαν. Sic loquitur ille, quaſi novis illis defectionibus, metus fuiſſet, ne perdituri eſſent victa omnia, Trajano etiam ſuperſtite, Romani; vel ſic potius, quaſi retineri poſſe, vel nulla prorſus ſpes fuiſſet, vel ferè deplorata. Hæc illum accepiſſe ſuſpicor, ex auctore aliquo, qui ita ſcripſerit, in gratiam Hadriani. Illum Trajani gloriæ invidentem, Provincias a Trajano ſubactas, reliquiſſe tradit Eutropius. Idem etiam de Dacia facere conatum, ni amici illum deterruiſſent, ne multi cives Romani barbaris traderentur. Pontis tamen a Trajano ſtructi in monumentum, ſuperficiem ſuſtulit, auctore ipſo Dione. Sed & Regis dati, gloriam Trajano ademit. Parthamoſpatem enim, quem Regem Parthis dederat Trajanus, proximis gentibus Regem dedit, noſtro teſte Spartiano, Idem teſtis eſt & Theatrum quod Trajanus in Campo Martin poſuerat; contra omnium vota, deſtruxiſſe. Et hæc quidem (inquit idem) eo triſtiora videbantur, quod omnia, quæ diſplicere vidiſſet Hadrianus; mandata ſibi ut faceret, decreto Trajani eſſe ſimulabat. Videmus itaque quam fuerit maligno in Trajani memoriam animo Hadrianus. Fingenda itaque erat ratio, cur victas a Trajano Provincias relinqueret. Eam autem illam dedit Hadrianus, in ſuis (ut videtur) de vita ſua libris, ſe hoc feciſſe exemplo Catonis, qui Macedones, liberos *pronunciavit, quia teneri non poterant*: ut ait ipſe apud Spartianum. *Et quidem eo ſpectant verba Dionis, a nobis prolata, ne teneri quidem Provincias a ſe ſubactas, ab ipſo potuiſſe Trajano.*

MALIGNITATIS ILLIUS EXEMPLA, IN ELEVANDIS TRAJANI VICTORIIS. §.X (a)

74. Et plane manifeſta eſt auctoris hujus malignitas. Provincias a Trajano victas, duas tantum agnoſcit, Armeniam, & Meſopotamiam; nec illam omnem, ſed majori dumtaxat parte. Sed Provincias multas ab Hadriano relictas, & præſidiis nudatas, noſter teſtatur Spartianus: Armeniam, Meſopotamiam (nec mutilam illam) & Aſſyriam recenſet Rufus Feſtus. Eaſdem Eutropius, qui tamen addit, Arabiam poſtea in Provinciæ formam redegiſſe. -- Imo Provincias alias repræſentant numi, quas nulli tamen memorant auctores. *Ind. P.R.* alius, alius *Ind. Prov. P. R.*, quos tamen adulatorios putat Scaliger. Sed legationem Indicam agnoſcit ipſe Dion, nec loco, ut videtur, alieno. Sic enim ille de Trajani reditu poſt victum Decebalum. Παρὰ δὲ τὸν Τραϊανὸν ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθόντα, πλεῖσται πρεσβεῖαι, ἄλλων τε βαρβάρων, καὶ Ἰνδῶν ἀφίκοντο. India nimirum illa, victa illo *tempore ab* A. Cornelio *Palma*, *Arabiæ*, videtur fuiſſe finitima. -- Itaque devicta demum Arabia, eodem tempore, quo, bellum Dacicum ſecundum confecit ipſe Trajanus, terrorem Indis hiſce Arabiæ Petreæ finitimis incuſſerit victor Arabiæ Palma. Ita factum ut legati eorum pacem petentes, Trajanum Romæ, a bello Dacico reverſum, convenerint, anno, ut videtur, æræ Chriſtianæ 107. Tum India Populi Romani Provincia facta. -- *POSTEA, SUB TRAJANI FINEM, DEFICIENTIBUS ALIIS*, ſic etiam Indos illos defeciſſe veriſimile eſt: & quidem ita defeciſſe, ut nunquam poſtea, in poteſtatem Populi Romani redierint. -- Cum Arabibus rem habuit Severus ac Trajanus, teſte Dione. -

75. Alium præterea numum exhibet Scaliger(3). ita inſcriptum: *DE CHALDÆIS S. C.* unde conſtat Chaldæos etiam fuiſſe ſuperatos. Quid dico Chaldæos? imo gentes omnes, quæ inter Indum & Euphratem, amnes inclytos, eſſent, concuſſas bello dicit auctor optimus Victor Schotti de Cæſaribus. Sic itaque videmus, non adeo fuiſſe, ut credidit Scaliger, incredibiles numos illos, qui Indiam dicant, factam eſſe Provinciam; etiamſi de remotiori illa India intelligeretur, omnium celeberrima. Dicit quidem Din, viſam a Trajano Indiam, non item bello tentatam: ſed non potuit Trajanus ſcribere ad Senatum (4), ultra ſe victoriis, quam Alexandrum fuiſſe progreſſum, ni Indiam etiam bello fuiſſet aggreſſus. Et certè fines Indiæ includit, quicumque is fuit, quem ſecutus eſt Rufus Feſtus. Locos a Trajano ſubactos, ita recenſet ille; Armeniam imprimis; tum Albanos, quibus Regem dederit; *Iberos deinde*, (*Sauromatas*, addit Eutropius) *Boſporianos*; *Colchos in fidem Romanæ ditionis recepiſſe*: *Oſroënorum* loca & Arabum occupaſſe: Carduenns, Marcomedos obtinuiſſe: Antemuſium, optimam Perſidis regionem, Seleuciam, Creſiphontem, & *Babyloniam* (*& Edeſſios*, addit Eutropius) *accepiſſe & tenuiſſe, uſque ad Indiæ fines* (*mare rubrum*, Eutropius) *poſt Alexandrum acceſſiſſe*. -- Vix itaque credibile eſt, quin plures fecerit Trajanus Provincias, quam quatuor illas, quas agnoſcunt, Armeniam, Aſſyriam, Meſopotamiam; & Arabiam. Certe regiones illas, quibus nec Reges dedit, nec Parthicæ ditioni adjecit, omnino veriſimillimum eſt, omnes Romanas fuiſſe Provincias. Imo in mari rubro claſſem inſtituit, ut per eam Indiæ fines vaſtaret(5): -- quod negat audacter præſtantiſſimus Scaliger. Quaſi verò ſolus illa tradidiſſet Euſebius. Ego autem illa Euſebii fuiſſe non cenſeo, ſed Hieronymi, qui res illas Romanas addiderit, ut ſolet, ex Eutropio. -- Nec negat Dio, de India etiam remotiori occupanda cogitaſſe Trajanum: imo verbis diſertiſſimis affirmat: Ἰνδοῖς τε γὰρ, inquit, ἐπόθει, καὶ τὰ ἐκείνων πράγματα ἐπολυπραγμόνει.

RES GESTÆ TRAJANI, A COÆVIS SCRIPTORIBUS DEPRESSÆ PLERUMQUE, IN GRATIAM HADRIANI. §.XI.

76. *Et verò difficillimum erat, etiam antiquioribus, qui non proxima vixerint, recentique Trajani memoria, ſcire quouſque Trajani victoriæ proceſſerint. Provinciarum nuper victarum limites confudit, memoriamque omnem mox abolevit, deductis præſidiis Hadrianus. Inde factum, ut auctoribus Hadriano junioribus, ne quidem compertum fuerit, quæ illæ fuerint Provinciæ a Trajano in Populi Romani poteſtatem ditionemque redactæ, ſub finem ſcilicet Trajani(6); mox autem dimiſſæ ſub initiis Hadriani. Superſunt itaque qui ſub Trajano vixerint, ſoli teſtes earum rerum idonei, & fide digni. Sed illis rurſus, ut fuerint res illæ alioqui ſatis exploratæ; fidem tamen ſuſpectam facit invidia illa in Trajanum, & malignitas ſucceſſoris Hadriani. Illis proinde, ſi quid gratiæ dare vellent, deprimendæ erant res geſtæ a Trajano, non efferendæ, ne dum demortui Principis*

(1) P. 233. (2) P. 234. (3) P. 236. (4) P. 237. (5) P. 238. (6) P. 239.

memoriam celebrare vellent, ſuperſtitis livorem irritarent, atque iracundiam. Eum livorem ſapiunt verba illa Dionis: μάτην ἐπέμψαν: μάτην ἐπιδίδωσιν. At res ipſa contrarium indicat ſatis manifeſtè. Dixit Hadrianus, Provincias illas non potuiſſe teneri. Sed nullam vim paſſus eſt Hadrianus, cum Provincias ſponte relinqueret, cum præſidia deduceret. Sic loquitur Dio, quaſi defeciſſent omnes, quaſi jugum excuſſiſſent: Πάντα, *inquit*, τὰ ἐκεῖ χωρία ἐταράχθη καὶ ἀπέστη, καὶ τοὺς παρὰ σφίσιν ἕκαστοι φρουροὺς, οἱ μὲν ἐξέβαλον, οἱ δὲ ἀπέκτειναν. *Sed tres illas, quatuorve, quas agnoſcunt, Provincias, præſidiis exercitibuſque inſtructas reperit Hadrianus, quos ille propria ſponte, nulla coactus neceſſitate, deduxerat. Ita certè dicunt, qui Hadriano adulari nollent.* Hadrianum gloriæ Trajani certum eſſe invidiſſe (*inquit Rufus Feſtus*) qui ei ſucceſſor in Imperio, ſponte propria, reductis exercitibus, Armeniam, Meſopotamiam, Aſſyriam conceſſit, & inter Romanos ac Perſas, Euphratem medium eſſe voluit. *Damnat etiam Hadrianum, hoc nomine, vetus auctor, cujus verba conſervavit Suidas, atque Perſis deprecantibus, non vi, aut armis cogentibus, hoc illum conceſſiſſe:* οὐκ ἐβούλετο δὲ, inquit, τῆς Μεσοποταμίας παραχωρεῖ Πέρσαις ἐθελοντὴς αὐτοῦ. *Et ſanè illos narrat Dio ſucceſſus armorum Trajani in rebelles, qui longè aberant ab ea Dionis deſperatione* (1). *Cæſum quidem victumque dicit a rebellibus Maximum; ſed Luſii Quieti in eoſdem narrat præclariſſima facinora; receptam Niſibin, expugnatam Edeſſam, & debellatam ab Erucio Claro, & Julio Alexandro Seleuciam. Sic ille nimirum, aut ejus auctor, Trajani omnia in deteriorem partem interpretatur.* Aliter autem coævus Trajano L. Florus: *Moviſſe Romam*, ait, *ſub Trajano* Principe lacertos, & præter ſpem omnium, ſenectutem Imperii, quaſi reddita juventute *reviruiſſe.* Tantum aberat, ut fruſtra ſuſceptos diceret Trajani tantos & tam egregios labores.

IN REBUS TRAJANI NON ADEO DIGNUS FIDE, QUAM ALIBI DION, §. XII.

77 Ita oſtendimus quantilla ſit in rebus Trajani, dignus fide Dion, ſcriptor alioqui, fateor, cum bonos habet, quos ſequatur, auctores, ſatis accuratus. Nec verò ſupervacuam hanc credent refutationem periciores, qui ſciant, quo pretio Dio habeatur apud eruditos, ut eum libentiſſime ſequantur, etiam errantem. Et quidem traditiones majorum ſuorum potius, quam libros, ſecutus videtur in his, de quibus agimus, Trajani rebus; aut ſi quos fortaſſe libros, malignantium Trajano, Hadrianoque adulantium. Non itaque ſatis erit unicum illud in contrarium, Dionis teſtimonium, quo minus ea potiùs credantur; quæ nos de ætate Trajani diximus, certioribus, quam ſit illud Dionis, teſtimoniis. Et conveniet ſatis accuratè cum decimo Hadriani anno, ætas illa *Trajani Prætoria*.

78. Idem Prælectione XVII. §. V.] *Nec certa fide nituntur, quæ Dio ſe, de hac cauſa* (adoptionis Hadriani) *a patre Aproniano accepiſſe teſtatur* (2). *Tum* Trajanus *morti jam vicinus, & feſſa adeo voce, non ſuppoſitus pro eo quiſpiam Plotinæ fraude, ſed ipſe teſtamentum dictavit; in quo Hadrianum filium ſucceſſoremque deſignavit. Id inde conſtat; quod duobus duntaxat diebus antea, nuncium, adoptionis* Hadrianus, *quam nuncium mortis acceperit. Sed diebus aliquot mortem Trajani in occulto fuiſſe, Attiani quondam Tutoris, & Plotinæ conſiliis, tradit Dio; ut nimirum adoptio procederet, cum eſſet in propinquo cum copiis magnis Hadrianus. Hæc ſe a patre Aproniano, qui Ciliciæ præfuit, accepiſſe dicit, in qua mortuus eſt Trajanus. Argumentum addit, quod literis Trajani, de adoptione Hadriani ad Senatum ſcriptis, non Trajanus tamen ipſe, ſed Plotina ſubſcripſerit. Id præter morem a ſe antea receptum. Sed quis, quæſo, Hadrianum in Provinciam viciniorem* Syriam *miſit, amandato longiùs in Mauros Luſio Quieto? Quis illum majoribus, quam Luſium inſtruxit exercitibus?* Nonne *ipſe Trajanus, ægrotus quidem ille, ſed tamen valetudine nondum deplorata? Nec vidiſſe tamen credamus illum, quo illa ſpectarent?* Nec *porrò ſolida procedit argumentatio, quod literis de adoptione ad Senatum ſcriptis, non Trajanus ipſe, ſed Plotina ſubſcripſerit. Fuerit equidem Trajano in more, ut Senatus hunc detulerit honorem, Regibus fortaſſe negatum, ut non alia manu ſolitus fuerit, quam ſua ad Senatum ſcribere: Moris tamen illud fuiſſe fatetur Dio, non officii neceſſarii, minimeque prætermittendi. Præſertim in tam gravi cauſa, incommodæ valetudinis* (3). *Sed & moris rationes propriæ eſſe poterant, quæ huic defecerint. Scripſit equidem initio Imperii ad Senatum, ſe nullum unquam bonum virum interfecturum, aut notaturum ignominia. Hæc autem ille* αὐτόχειρι *confirmavit, atque juramentis, quo fidem literis majorem conciliaret, ut propria manu revinceretur, ſi fidem fefelliſſet. Sed in his ad Senatum literis, nihil potuit promittere Trajanus jam moribundus, & in mortis vicinia conſtitutus. Hæc tantum narraſſe illum veriſimile eſt, quæ jam teſtamento conſtituerat, & quorum fides facta fuerat in obſignando teſtamento. Itaque a teſtamenti fide atque ſubſcriptione pendebant, quæ his narranda erant ad Senatum literis.* Nihil *itaque faciunt ad fidem adoptionis elevandam, illæ ad Senatum literæ, cujuſcunque manu ſubſcriptæ fuerint, ſi tamen tabulis ſuis teſtatoriis Trajanus ipſe ſubſcripſerit, quod non negabant illi, e quorum fide hæc retulit Apronianus. Poterat autem Trajanus ad ſubſcribendum teſtamento ſufficere, nec ſufficere tamen ad ſubſcribendum literis ad Senatum ſcribendis. Poterat etiam pro arbitrio omittere officium minime neceſſarium, & ſibi ægrotanti perincommodum. Apronianus tamen patris fide nituntur omnia hæc loco a Dione ipſo prodita. Nec potuit ipſe geſtis in Trajani morte interfuiſſe, qui multis ab ea morte annis, Ciliciæ præfuerit. Conſulatus Dionis in annum incidit æræ noſtræ 229., poſt 112. annos a morte Trajani* (4). *Itaque ſeniorum fidem, & quidem paulò remotiorum, ipſe hæc acceperit oportet Apronianus. Arcana nimirum Palatii, ne quidem coævis ſatis explorata. Sed nec aliquid a ſe compertum, illi ipſi prodidere ſeniores: hoc unico nituntur argumento, ſubſcriptarum a Plotina, Trajani nomine, ad Senatum literarum. Id quantum valeat oſtendimus. Si quid præterea e coævorum fide retuliſſent, id præterea quærendum reſtabat, Luſiine Quieti, amici illi fuerint coævi, & num res geſtas ſincerè, &, qua par erat, fide retuliſſent, an ſuis propriis conjecturis atque ſuſpicionibus indulſerint, ut ſolent hujuſmodi partium ſtudioſi.*

79. Ægidius Bucherius in ſuo Belgio Romano, cap.

(1) P. 240. (2) P. 539. (3) P. 540. (4) P. 543.

cap. 18. libri primi, pag. 44. ubi de bello Sicambrico, anno geſto U. C. 746., agit, ſic ſcribit: *Sequitur annus a Druſi morte proximus, — C. Aſinio Gallo, & C. Marcio Cenſorino Coſſ., rerum geſtarum copia, majeſtateque memorabilis, ſi integer ad nos, ut olim extabat in Livio, perveniſſet. Sed præterquam quod Dio iſtos Auguſti ſatis jejune hic breviavit annos, etiam in iſta ſua brevitate, adhuc mutilus, aut abs alio adhuc contractior eſt. Sat enim conſtat, priores viginti libros, a 35. ad 54., ſolos e Græcia nobis allatos: reliquos ſexdecim* (quid? *ſex* puto voluit) *a neſcio quo miſerè conſarcinatos; ſubinde etiam e puro Xiphilino, quomodocumque ſuppletos, Quod præmoneo, ne Lector, cum aliis pleriſque decipiatur, neve me ſupplere conantem admiretur.* —

80. *Poſt hæc Auguſtus — expeditionem in Keltas* (ſeu Germanos tranſrhenanos) *reſumpſit, — Tiberius autem Rhenum trajecit: Ita Dio* (1) *hactenus Vellejo conformis, cum ſcribit:* Moles deinde ejus belli — poſt Druſi mortem translata in Neronem eſt. — *Ex his certè, quid in Dione verum, quid turbatum, facile videre eſt.* Eorum (*Auguſti ſcilicet, & Tiberii*) vim metuentes barbari, omnes, exceptis Sicambris (*ſic enim hic ex Eclogis Urſini Dionianis; ipſoque adeo Dione*) legatos miſerunt, pacem petentes. Sed neque eam tunc impetraverunt; quod Auguſtus, niſi Sicambris ad cauſam, illam ſe daturum negaret; neque etiam poſtea. Nam licet Sicambri quoque ipſi legatos miſerunt pacem petentes, nihil tamen profecerunt: prorſus ut & ipſorum plerique, iique præſtantiores interierint. Illos quippe ſimul collectos Auguſtus, cum in quaſdam Urbes (*Belgicas utique*) diſpoſuiſſet, - ipſi id ægerrime ferentes, manus ſibi violentas intulerunt. *Hactenus non male, ſi de Sicambris ſolis intelligis. Si verò neque ipſos, neque alios Tiberio deditos ſciſcit, plane Vellejo hæc videnti, plane Caſſiodoro ex Livio excerpenti, probe Horatio contradicit: — imo & ipſi quoque Tiberio hujus belli patratori contrarius eſt, - apud Tacitum. - En Sicambri Tiberio cum cæteris diſertè dediti; - en Suevi quoque cum Rege ſuo Maroboduo pace obſtricti. - Quid contra illos Dio Græcus, ducentis viginti annis poſthæc, compendio, ſi non diſpendio ſcribens? - Accedit quoque Suetonius Auguſti cap. 21. & Tiberii cap. 9.:* Germanos ultra Albim fluvium ſubmovit. Ex quibus Suevos & Sicambros dedentes ſe, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocavit.

81. Joſephus Scaliger, in Chronicon Euſebii pag. 158. *Dio quidem Romam veniſſe Cleopatram ſcribit, & in Cæſaris ædibus diverſatam:* ἦλθε γὰρ εἰς τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἐν αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐσῳκίσθη (2). *Quin etiam tempus convenit. Sed quis Cleopatram unquam Romæ fuiſſe, & poſt mortem fratris ſui Ptolemæi, alii viro nupſiſſe, præterquam Antonio, ſed longo poſt intervallo? Unde ergo Dio expiſcatus eſt, eam Romæ hoc anno fuiſſe cum viro ſuo, qui nullus erat in rerum natura. Fabulæ igitur ſunt de adventu Cleopatræ in urbem.*

82. Idem pag. 161., ad ea: Antigonus contra Judæos dimicans: *Cn. Domitio Calvino 2., C. Aſinio Pollione Coſſ. — Congreſſus ſiquidem ſemel cum Herode, & victus, ac Jeroſolyma compulſus, habuit. Tantum abeſt, ut quod ſentit Euſebius, pugnans ceciderit.* τὸν δὲ Ἀντίγονον ἐμαστίγωσαν σταυρῷ προσδήσαντες, ὃ μηδεὶς ἄλλος βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπόνθει, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἀπέσφαξαν. *Sed Joſephus melius* ἐπελέκισαν. *Dionem fugit ratio, qui ſcribit Ap. Claudio Pulchro, C. Norbano Flacco Coſſ. periiſſe. Hoc eſt anno ante Jeroſolyma capta: quum occiſus ſit poſt Jeroſolyma capta; M. Vipſanio Agrippa, L. Caninio Gallo Coſſ. —* Sed ἐπανιστὰς, non *dimicans*, ſed *rebellans* vertendum erat.

83. Idem pag. 179. ad ea: Tiberius Cæſar Dalmatas: *Bellum Dalmaticum a Batone ſuſcitatum Tiberius profligavit, auctore Dione. — Pannoniæ, non, ut Dio, Dalmatiæ Regem, Batonem vocat Sex. Ruſus. — Et ſine dubio fuit unus de duobus illis Batonibus Pannoniæ ducibus, quorum meminit Vellejus, & Suetonius in Tiberio. — Et Bato eſt nomen peculiare Pannonum. — Dalmatas, & Pæonas, eodem tempore ſubactos ſcribit Ovidius, anno quarto exilii ſui; — ubi profectò Pæonas pro Pannonibus ſumit. — Hoc reprehendit Dio Caſſius libro 49., cui opponimus Ovidium, & Philoſtratum.*

84. Idem pag. 180., ad illa: Athenodorus Tarſenſis: *Quod autem Strabo, Cæſaris præceptorem fuiſſe dicit, intellige Auguſti. Mæcenas apud Dionem, in illa nimis ſcholaſtica declamatione ad Auguſtum:* Μὴ γὰρ ὅτι καὶ Ἀρείου καὶ Ἀθηνοδώρου, &c.

85. Ibidem, ad ea: Archelaus nono anno regni ſui, in Viennam, &c. *Parum cautè Dion, M. Æmilio Lepido, L. Arruntio Coſſ.*, ὅτι Ἡρώδης ὁ Παλαιστῖνος, &c. *Neque Herodes is vocabatur, ſed Archelaus; neque illis Coſſ., ſed biennio poſt, anno Actiaco 37. Auctor Joſephus.*

86. Pag. 181. ad ea: Defectio Solis facta: *Neque Auguſtus hoc anno obiit, ſed ſequenti eam defectionem Solis accidiſſe notat Dio, unde Euſebius hæc habet: neque ulla defectio Solis fuit. — Dio, quem ſequitur Euſebius:* Τέρατα δὲ ἄρα ἐν τούτῳ, &c. ὅτι γὰρ ἥλιος πᾶς ἐξέλιπε, &c. *Sequentis Septembris die 27. — defecit Luna tota: cujus defectionis meminit Cornelius Tacitus.*

87. Idem pag. 222. ad illa: Quum e contrario Germanos & Sarmatas fulmina perſequerentur. *Noti ſunt Claudiani verſus, ſed tamen neceſſariò referendi, VI. Conſulatu Honorii.*

Non tantis Patriæ ſtudiis ad templa vocatus
Clemens Marce redis, quum gentibus undique cincta
Exuit Heſperiam paribus fortuna periclis.
Laus ibi nulla Ducum: nam flammeus imber in hoſtem
Decidit. Hunc dorſo trepidum fumante ferebat.
Ambuſtus ſonipes. Hic tabeſcente ſolutus
Subſedit galea, liqueſactaque fulgure cuſpis
Canduit, & ſubitis fluxêre vaporibus enſes.
Tunc contenta polo mortalis neſcia teli
Pugna fuit: Chaldæa mago ſeu carmina ritu
Armavere Deos: ſeu, quod reor, omne Tonantis
Obſequium Marci mores potuêre mereri.

Illuſtre teſtimonium hominis a pietate Chriſtiana averſi, qui tam inopinatam liberationem non Chriſtianorum precibus impetratam, ſed magicis carminibus procuratam fuiſſe nugatur. Quam fabulam a Dione accepit, cujus - rectè confutat vanitatem, ut ſcriptoris ethnici, Idolorum cultoris Xiphilinus.

(1) Lib. 55.   (2) Lib. 43.

nus. Alii non Arnuphim, ſed Julianum, cognomine Θεουργὸν, *fuiſſe dicunt eum, qui fulmina & pluviam carminibus & incantationibus impetrarit; qui etiam* Θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια *ſcripſerit. Vide Suidam. Lampridius in Heliogabalo.* Quum Marcomannis bellum inferre vellet, quos Antoninus pulcherrime profligaverat; dictum eſt a quibuſdam, per Chaldæos ac Magos Antoninum Marcum id egiſſe, ut Marcomanni, Populi Romani ſemper devoti eſſent atque amici; idque factum carminibus & conſecratione. *Tantum abeſt, Marcum ad magicas artes tunc confugiſſe, ut Magis nunquam fidem adhibuerit, & ab eorum vanitate eum averterit Diognetus philoſophus. Cui potius credemus, quam ipſi Marco? ita de ſe ipſo ſcribenti:* Παρὰ Διογνήτου τὸ ἀκενόσπουδον, καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς, καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις. *Si quis omnem induſtriæ ſuæ vim intendat ad vaniloquentiam Dionis, & Claudiani confodiendam, non poſſet telum invenire iſto efficacius. Porrò non magicis Sacris, ſed precibus Marci impetratam pluviam fuiſſe, ſcribit Julius Capitolinus in Marco:* Fulmen de cœlo precibus ſuis contra hoſtium machinamentum extorſit, ſuis pluvia impetrata, quum ſiti laborarent. *Et Claudianus:* -- omne Tonantis Obſequium, Marci mores potuêre mereri.

88. Ad iſta ibidem: Extant literæ M. Aurelii: *Latinè ſcilicet; quarum meminit Tertullianus cap. V. Apologetici: non enim Imp. alia lingua, quam latina ad Senatum ſcribebat. Verba Tertulliani:* At nos e contrario edimus protectorem, ſi literæ M. Aurelii grauiſſimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum forte militum precationibus impetrato imbre diſcuſſam conteſtatur. *Oroſius:* Exſtare etiam nunc apud pleroſque dicuntur literæ Imp. Antonini, ubi invocatione nominis Chriſti per milites Chriſtianos, & ſitim illam depulſam, & collatam fatetur victoriam. *Non igitur illam epiſtolam vidit, non magis quam Tertullianus. Quin etiam ea non extabat tempore Euſebii: eam enim græce a ſe converſam, in ſua hiſtoria Eccleſiaſtica poſuiſſet: quæ eſt ejus diligentia, nulla ejuſmodi monumenta prætermittere, ne latina quidem, quæ ipſe græcè convertere ſolet; ut multa ex Tertulliano. Nam illa epiſtola, quæ nomine M. Aurelii Antonini, ſuper hac re, ad calcem Apologetici poſterioris, apud Juſtinum legitur, tantum abeſt, ut ab ipſo Imperatore*(1) *græce dictata, aut ex latino ipſius in græcum ſermonem translata ſit, ut infra ſeculum Juſtiniani Imp., ab imperitiſſimo rerum Romanarum Græculo confictam fuiſſe, manifeſtò appareat. Inſcitia auctorem ipſum ſatis prodit. Ad finem Apologetici Juſtini tria exempla adjecta ſunt: unum quidem ab ipſo Juſtino, reſcriptum nempe Hadriani; duo autem ab hominibus inferiorum ſeculorum, reſcriptum Antonini Pii ad Commune Aſiæ, ex lib. 4. Hiſt. Eccl. Euſebii; & epiſtola M. Aurelii de victoria ſua:* -- quæ, *ut diximus, eſt figmentum hominis otio ſuo abutentis, qui multis imperitiæ ſuæ argumentis, commentum ſuum prodidit. Primum, initio ſtatim omiſſæ ſunt appellationes,* Parthici, Armeniaci, Patris Patriæ, Pont. Maximi, *& ejuſmodi alia. Deinde ſcribit* ἱερᾷ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ῥωμαίων. *Utrumque eſt ab ipſo Juſtino deſumptum.* Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ &c. ἱερᾷ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ Ῥωμαίων. *At neque Romani Imperatores laureatas literas Senatui & Populo, ſed Senatui tantùm mittebant; neque Senatum, Sacrum vocare Romanum eſt. Hæc duo ſatis τὴν κιβδηλόνομα aperiunt. Quam imperiti ſunt, & Helleniſmi, & rerum Romanarum, qui hæc non adverterunt! Hanc epiſtolam quidam Italus ex græco converſam Onufrio Panvinio, qui græcam nunquam viderat, communicavit. Et tamen neque ille, qui eam vertit, neque interpres Juſtini, ejus ſententiam per omnia aſſequutus eſt; partim propter barbariſmos, quibus tota ſcatet; partim propter menda, quæ paſſim in illa non pauca ſunt. Sed neque intellexit quid eſſet* περίστασις διὰ περιβολῆς, *quæ eſt ſpecies* μετεωροληξίας πολεμικῆς; *neque animadvertit mendum fœdiſſimum, quo ſublato, ſeculum auctoris, qui hæc commentus eſt, aperitur. Legitur itaque vulgò:* Καταλαμβανομένου μου ὑπὸ δρακόντων ἐβδομήκοντα τεσσάρων. *Neque enim ſomniandum eſt* δράκοντας *ſigna militaria: nam ea propriè ſigna erant, non barbarorum; ſed legendum eſt,* δρούγγων, *non* δρακόντων. *Drungus, ut docti ſciunt, eſt cohors; vox barbara, a ſeculo Diocletiani, a barbaris ad Latinos, ab illis ad Græcos tranſmiſſa. Sed longum nimis fuerit, omnia mendorum portenta ſingillatim caſtigare* hujus figmẽti, in quo, *quid magis mirer* ἰδιωτείαν *Scriptoris, an rerum imperitia, an ſermonis* σολοικοφανῆ, καὶ λέξιν ἀνελλήνιστον, *equidem neſcio.* Ἐξπλωράτορας, *uſurpari cæptum, ſub Imperio Græcorum Cpolitano,* δρούγγους *infra tempora Diocletiani:* Ἀνεταριθμημένων, *ineptiſſimè ἀντὶ τοῦ ἀνηριθμήτων. Reliquorum pudet, pigetque.*

89. *Quis verò ferat, conquiſitos per totum exercitum Chriſtianos, multos tandem, & innumerabiles repertos? Quum Euſebius unam Legionem Meliteniam, Chriſtianorum totam fuiſſe dicat, quæ ex hoc facto, Fulminatrix vocata fuerit. At ipſius epiſtolæ ὑποβολεὺς ſcribit, eos Chriſtianos in exercitu ſparſos militaſſe, ſine armis aut telis,* μηδὲν ἐξαμένους οἴκοθεν, οὔτε βέλη, οὔτε ὅπλα. *Quis imperator pateretur in exercitu militem ſine armis, ſine telo? Ergo erant infra velites, ac funditores. Quid? a militibus in exercitu recenſendo, nonne exiguntur tela terſa, & benè ſamiata? aliter de numeris expunguntur? quanto magis, qui nulla tela habent? Quod autem* ἱστορικώτατος καὶ μνημονικώτατος *Onufrius noſter ſcribit, ante illud tempus, nullam Legionem, Fulminatricem vocatam fuiſſe, fugit eum ratio: nam XII. Legionis Fulminatricis mentio eſt in veteri inſcriptione Tergeſtina, ejuſque etiam meminit Dio, qui eam ſcribit, ſua ætate, Cappadociæ Provinciæ impoſitam fuiſſe. Eſt & alia Legio Fulminatrix in Conſtantino Porphyrogenneta:* ὡς ἡ λεγεὼν τῶν μ΄ μαρτύρων λέγεται κεραυνοβόλος καὶ ἄλλη Πισιδική. *Præterea ejus meminerunt, & aliæ inſcriptiones. Tergeſtinæ autem exemplum infra ſubjecimus, quæ tempore Trajani, XII. Legionem, Fulminatricem fuiſſe aperte oſtendit.*

Q. Petronius. C. F. Pub.
Modeſtus. P. P. bis
Leg. XII Fulm. & Leg. I. adjut.
Vict. Trib. mil. Coh. V. Pr. Pr.
Divi. Nervae. & Imp. Caeſ.
Nervae. Trajani. Aug. Germ.
Provinc. Hiſp. citer. Aſturiae
Et. Galleciarum. Flamen. Divi.
Claudi. dedit. idemque dedicavit.

90. *Quare multum fallitur noſter ille βιβλιοθήκη ἱστορικὴ περιπατοῦσα. Johannes Xiphilinus ex Dione ait,*

(1) Pag. 223.

ait, *M. Aurelium hujus Legionis Fulminatricis*, *inter cæteras*, *mentionem feciſſe*; *quum autem in ea pſeudepigrapha epiſtola*, *quatuor tantum mentio fiat*, *Primæ*, *Decimæ*, *Geminæ*, *Fretenſis*. *Nam Melitenes Legionis memoria omnis intercidit*, *neque unde nomen acceperit ſcitur*. *Non enim poteſt dicta videri* ἀπὸ τῆς Μελιτήνης *quæ eſt urbs Cappadociæ*; *ab ea enim eſt* Μελιτηναῖος, *non eſt autem* Μελιτηνός.

91. Idem pag. 224. ad ea: Et pecuniam, quæ Fiſco debebatur: *Ad verbum* Hieronymus *ex Dione*, *cujus verba produximus num.* 2134. *Ad locum*. Hæc Dionis verba in M. Aurelio: Καὶ τοῖς ὀφείλουσί τι τῷ βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ, πᾶσι πάντα τὰ ὀφειλόμενα ἀφῆκεν, — καὶ πάντα τὰ περὶ αὐτῶν γράμματα ἐν τῇ ἀγορᾷ καυθῆναι ἐκέλευσε: Ea verò Hieronymi, ad annum 178. de M. Aurelio, & Commodo Impp. locutus: *Imperatores*, *multis multa largiti ſunt*: *& pecuniam quæ Fiſco debebatur*, *Provinciis concedentes*, *tabulas debitorum*, *in medio Romanæ Urbis Foro incendi fecerunt*. Ubi adhuc deſidero καὶ τῷ δημοσίῳ, *& Reipublicæ*.

92. Ibidem ad ea: Smyrna. *Euſebius ex Dione*: χρήματά τε πολλαῖς πόλεσιν ἔδωκεν, ἐν αἷς καὶ τῇ Σμύρνῃ δεινῶς ὑπὸ σεισμοῦ φθαρείσῃ. καὶ αὐτὴν καὶ βουλευτῇ ἐστρατηγηκότι ἀνοικοδομῆσαι προσέταξεν, Sed ad verbum Euſebium hic non video; ait ille pag. 215. Σμύρνα πόλις τῆς Ἀσίας σεισμῷ κατεπτώθη. καὶ πρὸς ἀνοικοδομὴν ἀνείθη; & Hieronymus, nec prorſus ad verbum: *Smyrna urbs Aſiæ terræmotu ruit*: *ad cujus inſtaurationem*, *decem annis tributorum immunitas data eſt*.

93. Idem pag. 226. ad ea: Commodus Imp. Coloſſi capite ſublato: *Lampridius*: Coloſſi autem caput dempſit, quod Neronis eſſet, ac ſuum impoſuit. *Neronis etiam caput fuiſſe*, *Dio in Veſpaſiano*, *ait*, *apud Xiphilinum*; φασὶ δὲ αὐτὸν (τὸν Κολοσσὸν) τό τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος, οἱ μὲν τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. *Veſpaſianum erexiſſe Coloſſum cum capite Neronis*, *ſeptem annis poſt ejus mortem*, *quis credat*, *niſi qui abſurdis capitur? Dion ait*, *Coloſſum illum a Veſpaſiano erectum*; *Suetonius*, *cui fidem adhibemus*, *a Veſpaſiano refectum*. *Scribit enim*, *Veſpaſianum Coloſſi refectori optimum congiarium dediſſe*. *Igitur Coloſſus erectus a Nerone*, *cum capite ipſius Neronis*; *refectus a Veſpaſiano cum capite Solis*, *habente radios ſeptem*, *ſingulos*, *pedes ſeptem*. *Iterum Commodus ablato Capite Solis*, *ſuum repoſuit*.

94. Pag. 227. ad ea: Pertinax obſecrante Senatu: *Euſebius ex Dione*: οὔτε δὲ τὴν γυναῖκα, Αὐγοῦσταν, οὔτε τὸν υἱὸν, Καίσαρα, καίτοι ψηφισαμένων ἡμῶν, ποιῆσαι ἠθέλησεν. *Ideo nullus nummus extat hujus mulieris*. *Adverſus Dionem Julius Capitolinus*: Eadem die, qua Auguſtus eſt appellatus, & Flavia Titiana uxor ejus, Auguſta eſt appellata. *Cui melius credetur*, *quam Dioni ipſi*, *qui interfuit?* Græca Euſebii iſthæc ſunt. pag. 216. Περτίναξ τῇ συγκλήτῳ Ῥωμαίων, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, Σεβαστὴν ὀνομάσαι, καὶ τὸν υἱὸν, Καίσαρα ἀποδεῖξαι ......, ἀντεῖπε, φάσκων, ἱκανὸν ὅτι βεβιασμένος πάρεστιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Quod non eſt uſquequaque Dio, ut ait Scaliger. Hieronymus equidem habet Euſebium, & ad verbum: *Pertinax obſecrante Senatu*, *ut uxorem ſuam*, *Auguſtam*, *& filium ſuum*, *Cæſarem appellaret*, *contradixit*; *ſufficere teſtatus*, *quod ipſe regnaret invitus*: quæ latina, ſapiunt magis Dionis græca; & facile ea reſpexit Hieronymus, apud quem lacuna Euſebii, legitur in *obſecrante*. An δεομένη?

95. Pag. 231. ad ea: Anno ætatis 43.: *Ita omnes Scriptores præter Dionem*. Is 29. *annos vixiſſe ſcribit*, *qui hominem vidit*. — *Quæ cum ita ſint*; *fallitur Spartianus ipſe*, *quique eum ſequuntur*, *Eutropius*, *& alii*, *qui annos* 43. *vitæ illum expleviſſe dicunt*. *Cui melius credetur*, *quam Dioni*, *qui illis geſtis interfuit? Dioni etiam aſſentitur Aurelius Victor*: *Vixit annos fere triginta*. Aliunde ætatem probavit exactè Scaliger, pro Dione.

96. Idem denique ad ea ibidem: Macrinus occiditur in Archelaide: *Spartianus*, *in Suburbio Bithyniæ*: *Dio*, *in Cappadocia*. *Intellige ergo Archelaidem Cappadociæ*, *de qua Ptolemæus & alii*. *Impoſuit Spartiano*, *quod ipſe Macrinus aufugit Nicomediam Bithyniæ*, *& inde Chalcedonem*. *Sed ibi non eſt interfectus*: *inde enim a militibus Heliogabali abductus in Cappadociam*, *ibique confoſſus*.

97. Dionem, ut Græcæ linguæ bonum authorum, H. Stephanus in Theſauro & ex eo Johannes Scapula in ſuo Lexico, ſæpe afferunt: quod ſaltem pro eorum judiciis de Dione ducendum eſt (1).

APOLOGEMA PRO DIONE.

CAP. VII.

1. OMnium, quæ Dioni vertuntur vitio, prora & puppis eſt, jam tum a Xiphilino; ipſum adulari Cæſari: Pompejum, Ciceronem, Brutum, Caſſium, Senecam inſectari: eſſe nimium in portentis: mentiri in Legione Fulminatrice: ſtylo eſſe Aſiaticum, & in orationibus loquacem: Juriſconſultis maligne invidiſſe: narrare fabulas de Phœnice, & Pſyllis, ſimilibuſque; maligne ſe geſſiſſe in Trajani multis: aliaque habere ἀσύστατα, & quæ aut incuriam oleant, aut partium ſtudium: quæ in hiſtorico magna vitia. Et nobis curæ, ſingulatim oſtendere, injuria homini hæc exprobari: quorum aliqua Blancus ſupra, Xylander, Leunclaviuſque, Mothevajerus, & Tillemontius diluerunt; ſed jejuniùs quam res poſtulat: Indeque cauſa, ut criticorum præjudicia in Dionem, ab eorum ſimiis, abſque examine exſcribantur centies, & centies propagentur, Ego ſeriò occurram malo, ſecùs ac illi qui præluſerunt; validiore namque pharmaco, vulneri, ulcerique, eò venimus, ut ſit opus.

2. Eſto mihi initium a Cæſare & Pompejo. A Cæſarianis Dionem ſtetiſſe partibus, non inficior: ſed an injuria, hoc expendendum: & an jure in quibuſdam Magnum culpet Pompejum: laudat enim in reliquis & impensè. Ita ab Auguſto Livius dictus eſt Pompejanus. *Cu*. enim *Pompejum tantis laudibus tulit*, *ut Pompejanum eum Auguſtus appellaret*, ex ore Cremutii Cordi, in Senatu coram Tiberio. Poſt Livium nemo dici voluit Pompejanus: Cæſari omnes litarunt, & jure quidem; tum ne ſibi periculum crearent, tum Cæſaris, Pompejique meritis pacatiùs expenſis. Vel ipſe Plutarchus neutri propendet, qui utrumque laudat & reprehendit: quod non eſt adulari fortunæ Cæſaris, inſultare fato Pompeji: hoc agit bonus Hiſtoricus, & hoc Dio. Quid ergo Cæſarianus eſt tantum Dio? Pompejum Plu-

(1) Lexic. Scapulæ verbo σπλαγχνεύω, citat Dionem in Catilina. Idem ſæpe alibi facit. Vide γυναικίζω· σύμβολον. In ἐπὶ cum accuſativo.

Plutarchus arguit, in ſecundis nuptiis, quibus *dimiſſa Antiſtia, privignam* Syllæ *Æmiliam, quæ alteri jam nupta & uterum gerebat, uxorem duxit. Fuerunt*, inquiens (1), *tyrannicæ hæ, atque Syllæ, potiùs, quam Pompeji conſentaneæ moribus, nuptiæ; dum gravida Æmilia & ab altero ad ipſum abſtrahitur, & expellitur Antiſtia ignominioſè, miſerèque: ut quæ patre nuper, VIRI CAUSA orbata eſſet. Antiſtius enim, quod Pompeji cauſa, ſtare ab Sylla putaretur, fuit in Curia interemptus. Mater ejus hoc videns, mortem ultro ſibi conſcivit.* Ita quæ utroque perente, viri cauſa orbata erat, viro ipſo Pompejo auctore, domo ſua, cum tanta ignominia ab eodem ejecta eſt. Vellicat hinc Pompejum, & Tacitus, (2) cui *poſt C. Marium & ſeviſſimum Syllam, Cn. Pompejus occultior eſt, non melior.*

3. Mitte quod *viſus eſt parum humaniter Carbonis miſeriis inſultaſſe;* * *quem vinctum produxit,* (3) *etſi ter Romanus Coſ. fuerat; & de eo ſedens poſito tribunali, indignante ac graviter ferente corona, quæſtionem habuit, & inde abduci eum juſſit, & trucidari.* Nec audiatur *C. Oppius Cæſaris familiaris*, qui *addit ſævum Pompejum etiam in Q. Valerium extitiſſe: quem humanitatis, & literarum inter paucos peritum; ut actus ad ipſum eſt, ſeduxit, deambulavit una, & ubi accepit & didicit ab eo, quæ cupiebat; imperavit lictoribus, ut illico auferrent eum & interficerent:* ea ratione Plutarchi optima, quod *Oppio, quum de Cæſaris hoſtibus vel amicis agit, non temere adjungenda fides eſt.* Si autem id verum fuerit, & ſævus fuit Pompejus, & illuſit barbare, & inſultavit homini ſædè nimis. Quis verò vanitatem Pompeji non miretur; quis non invidiam in Metellum? *Dux belli* Servilis Craſſus (4) maturavit præceps pugnæ aleam, victorque fuit, trecentis ſupra viginti duo millia (διχιλίους τριακοσίους ἐπὶ μυρίοις) hoſtium cæſis: *verumtamen*, quia, *quinque millia, quæ ex acie aufugerant*, in Pompejum inciderunt; ipſe his *ſemel deletis, occupavit ad Senatum ſcribere, Craſſum gladiatores acie fudiſſe, ſe verò bellum radicitus plane exſtirpaſſe.* Addit Plutarchus (5): *Quod verò in Metellum* Pompejus *in Creta perpetravit*, NE *SUMMI QUIDEM* ejus *AMICI PROBAVERUNT. Nam invidia in Metellum, & æmulatione; hominibus nefariis & impiis nomen ſuum accomodabat, &, velut amuletum, appendebat auctoritatem. Nam neque Achillem ipſum viri functum officio, dixerunt, ſed adoleſcentuli plane ſtolidi, & animi ad gloriam impotentis.*

4. Rependit ergo jure illi Lucullus vicem, dum Craſſi veluti vindex, poſt ſuum cum Mithridate devicto bellum; *pergere Pompejum, ait,* (6) *ad luctandum cum belli ſimulacris & umbra; alienis cadaveribus ſolitum, ut ignavam avem, involare, & reliquias laniare bellorum. Ita titulum ſibi Sertorii, Lepidi, belli Spartacii aſcripſiſſe: quum hoc Craſſi decus, illud Catuli, primum eſſet Metelli.* Hæc non mea ſunt, ſed Plutarchi verba, qui virtutes extollit viri, & vitia reprehendit; quod facit Dio. An a Dione, tantum laudes Pompeji quærimus etiam in vitioſis? Et num idcirco Plutarchus quoque, ut Cæſarianus eſt differendus?

5. Fuit equidem Magnus in re bellica, & nautica Pompejus: ſed magnorum eſt, & humanum, falſa quoque ipſos quandoque ſpecie falli & decipi. Theatro exſtructo, ut populum ab armis ad ludicra propelleret: finem ſibi propoſitum, oppido eſt aſſecutus; ſed eo pacto corrupit mores, & Remp. ſuo milite ſpoliavit: qua de re nedum Tertullianus (7), antiqui Romani conqueſti ſunt. (8) Amicos ſibi creare, ſua potentia ſibi propoſuit: fecit, ſed electione prava, diſcretione pejori, indulgentia peſſima in his uſus; oppido eſt deceptus, & aberravit. *Quam enim meritis ſuis* (cum eodem Plutarcho inquam (9), *obtinebat in urbe potentiam, hac pro aliis abutendo; quantum illis conciliabat opum, tantum ſuam imminuens gloriam; imprudens potentiæ ſuæ vim & molem evertit. Atque ut firmiſſimæ urbium partes & loca; ubi hoſtem acceperunt, illi ſuum adjiciunt robur; ita per Pompeii opes, ſublatus in Remp. Cæſar, quibus viribus adverſus alios pollebat; iiſdem ipſum evertit & proſtravit.* Luſcus erat, aut uno tantum vidit oculo Pompejus, qui duobus quam maxime cernere debebat. Oportuit enim in re graviſſima, in primis proſpicere ſuæ gloriæ, & fugere adulatores (10): nec tam aliorum augere vires, quam ſuas: ac noſſe denique, num iidem unquam, validiores a ſe redditi, ſibi inimici futuri eſſent. Oportuit inſuper præ omnibus, modum imponere ſuæ ſpei ſuæque gloriæ, eaſque ad libellam regere; ſaltem in dictis & rebus, quæ propalam gerebantur: tandem nec inſanire unquam, & extra ſe rapi. Tunc *enim ſpiritus illum inceſſare tanti, ut ſuperarent, cum gratulatione magnitudine, rerum ipſarum reputationem: abjectaque cautione, nimiam ſumpſit audaciam, & contemptum Cæſaris virium: quaſi neque armis in eum, neque graviore mole opus eſſet habiturus; ſed longe facilius eum, quam evexiſſet, dejecturus.* * *Uſque adeo autem inflatus animo Pompejus fuit, eoque ſecuritatis evaſit ex confidentia; ut etiam timentes bellum rideret. Atque illos, qui dicebant, ſi moveret Cæſar ad urbem, non videre ſe copias, quibus illi reſiſterent; arridens vultu remiſſo, juſſit bono animo eſſe. UBI enim ITALIÆ inquam, EGO PEDE TELLUREM PULSAVERO, COPIÆ EQUITUM ET PEDITUM PRODIBUNT.* Verba hæc non Dionis ſunt, ſed Plutarchi (11) qui non fuit ſane Cæſarianus.

6. Quis Pyrgopolinices & glorioſus miles ſic fit in ſcena locutus? Tantus imperator adeo fidit infidi maris (populi) demulſus fallaci tranquillitati, & ab eo magna cuncta ſibi promiſit, ut inimicum armatum & vicinum, inermis ipſe deſpexerit, & nihil ſibi penitus conſuluerit. *His Pompejus enim*, pergit Plutarchus (12) *inflatus, delectum militum, quaſi nihil timens, negligebat; premebat verò Cæſarem* (*ut putabat*) *verbis & decretis, quæ ille floccipendebat.* Ita cenſuram, & feriam irriſionem Plutarchus in eum, ob ejuſmodi exercet jure. Attamen hic eſt magnus ille, qui poſtmodum tam levi motu Cæſaris, ſe Roma fuga proripuit, exceſſit Italia, victus eſt. Tanta equidem ſecuritas, tanta jactantia, non arguunt ſane nec magnum militem, nec Thraſonem, qui dum jactat, tremit & pavet totus. Libere & liben-

(1) Plut. pag. 623. (2) Hiſtor 2. num. 18.
(3) Plut. ibidem. (4) Plut. pag. 639.
(5) Plut. pag 618. (6) Apud Plut. pag 615.
(7) Libello de ſpectaculis: *Pompeius Magnus, ſolo Theatro ſuo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxiſſet; veritus quandoque &c.*
(8) Tacit. Annal. 14. 20. *Erant qui Cn. Pompejum incuſatum a ſenioribus ferrent, quod manſuram Theatri Sedem poſuiſſet, patrios mores funditus everti per accitam laſciviam &c.*
(9) Plut. pag. 643.
(10) Plut. in Pompejo pag 644. 2 Coſſ. in ſequentem annum, Piſonem Cæſaris ſocerum, & Gabinium, principem inter ejus adulatores.
(11) Plut. pag 630. (12) Plut. pag. 623. D.

benter loquor ipſis Plutarchi verbis, ne maledicus ego etiam videar in Pompejum, & Cæſariaous pariter habear cum Dione: qui mox cum iiſdem, Cæſarisquoque (ut bonum decet hiſtoricum) detegam vitia, & peccata: poſt quam hoc egit Plutarchus, cui ut *βιογράφῳ*, licebat ea ſilere.

7. *Pompeji quidem* ex urbe, *diſceſſum alii inter optima conſilia bellica numerant; ipſe verò Cæſar* (qui vix capta Arimino, urbe exceſſiſſe Pompejum ſenſit) *mirabatur, quod qui munitam inſederat urbem* Brundusium; *copias Hiſpanicas expectaret*, marique polleret; reliquiſſet, & exceſſiſſet Italia. Reprehendit etiam Cicero. * Ipſe re oſtendit Cæſar, magnopere ſe tempus formidare: Numerium enim Pompeji amicum, quem captum habebat, miſit Brundusium, pacem æquis conditiooibus petens (1). Sed adulatoribus nimium Pompejus aures prebuerat, (inquit Plutarchus (2)) qui *multis dictis virum impotentem gloriæ, & ruboris erga amicos, eum impulerunt, ut relictis conſiliis optimis ſuis, ipſorum obſecundaret ſpei & moribus: quod nec navigii gubernatorem, ne dum tot gentium & tantarum copiarum conveniebat, ſummum imperatorem admittere.* Eſto namque, & quidam hominem in præceps proruebaot; an non ipſe Plutarchus, alios multos amicorum audiiſſe dicit, ut copias pararet, ne imparatus a Cæſare, ſi moveret (ut movit) deprehenderetur? Stolidi Ducis ſemper eſt ex animo cootemnere ioimicum, & inermem inveniri, armatum taotum verbis & decretis, poſt datum tempus, & copiam habitam facile comparandi. Tum excedere Italia, eam hoſti relinquere, oblatam pacem & æquis conditionibus, ſpernere, ſolius fatui ſcelus fuit.

8. *Pompejus* (ſubdit & fatetur ipſe Plutarchus (3), *ſimulatque Cæſar, quinque millibus trecentis, unum occupavit Italiæ oppidum* Ariminum, *exceſſit præ metu urbe, aut cum paucis cedens ignare, aut plures falsò conjiciens; exportatiſque liberis ſuis & conjuge, aliis autem civium deſtitutis, fugæ ſe mandavit: quum aut pugnandum pro patria eſſet, aut pax a fortiore accipienda.* * *A Pompejo Cæſar, qua re erat inferior, inde declinavit, ne incommodum acciperet: ubi præſtabat, coëgit ſigna terreſtribus copiis; de ſumma rerum conferentem impingere: protinuſque potitus, eo facto eſt pecunia, commeatibus, mari, quæ illi citra prælium ſuppetebant. Quæ autem prætenditur hic ſatisfactio* (ἀπολόγημα) *ea maximum eſt tanti Ducis crimen.* Novitiumenim *imperatorem, ſtrepitu & acclamationibus in mollitiem & timiditatem conſternatum, tutiſſima relinquere conſilia, non ſit ſane novum, ſed condonandum: Pompeium verò Magnum, cui populus Romanus caſtra, patriam, prætorium, Curiam; perfugas & proditores vocabat illos, qui Remp., Præturam, Conſulatum gerebant: quem nullius cognoverant militem, ſed eum qui omnia ſtipendia, fortiſſimè ſub ſe ipſo compleverat imperatore; quis ferat Favonii & Domitii dicteriis, & ne Agamemnon appellaretur; tandem non expugnatum, ut de imperio & libertate aleam jaceret?* Dio autem in L. Septimium, Gabinium, & alios inſurgit lib. 42. quòd Pompejo apud Peluſium fuga dilapſo, *impie* (ἀνοσίως) *necem ſunt machinati.* Quin Cæſarem ipſum ridet, quod *viſo Pompeji capite illacrymavit, lamentatuſque eſt, & facinus deteſtatus. QUA SIMULATIONE, RISUM MERUIT* (ἐπὶ δὲ δὴ τῷ προσποιήσει, γέλωτα ὠφλίσκανε): *qui nullam aliam ob rem in Ægyptum properaverat, quam ut Pompejum, ſi adhuc ſuperſtes eſſet, conficeret:* ἢ ἵνα αὐτὸν, εἰ περιῆν, προσκατεργάσαιτο.

9. Neque hîc tantum ejus io Cæſarem candor deprehenditur, ſed alibi quoque ſæpe (ſecutus Suetonium alioſque) ubi is illaudanda egit. Io laudibus autem ſequitur & Plutarchum: qui in Cæſare prope majora habet, quam Dio. *At bellorum*, inquiens (4) *quæ dein Cæſar geſſit expeditionumque, quibus domuit Galliam, tempus; quaſi aliud exordium cepiſſet, & aliam vitæ, novarumque actionum eſſet ingreſſus viam;* NULLO EUM, *vel laudatiſſimorum atque ſummorum imperatorum,* INFERIOREM *bellatorem, & ducem oſtendit. Sed ſive cum illo Fabios, Scipiones, Metellos,* ÆQUALESQUE EJUS, *aut paullo ſuperiores, Syllam, & Marium, amboſque Lucullos, vel* IPSUM ETIAM POMPEJUM (minora his dixit Dio, & accuſatur faviſſe Cæſari), *cujus ex omnis generis bellica virtute, ſuperabat gloria Cœlos, conferas;* RES GESTÆ CÆSARIS ANTECELLUNT. *ALIUM, locorum, quibus bellum geſſit aſperitate; ALIUM Provinciæ, quam ſubegit amplitudine; multitudine ALIUM & ferocitate hoſtium, quos ſuperavit; ALIUM morum, quos eicuravit feritate, & immanitate; ALIUM clementia & lenitate in devictos; ALIUM in commilitones munificentia & beneficiis; OMNES verò præliorum & hoſtium interfectorum immenſo numero. Quippe ANNIS NON TOTIS DECEM, geſto in Gallia bello; OPPIDA PLUSQUAM OCTINGENTA vi cæpit; GENTES ſubegit TRECENTAS; SIGNA* diverſis *temporibus contulit cum TRICIES CENTENIS MILLIBUS*: ex quibus *DECIES CENTENA MILLIA in acie interfecit; alterum tantum cepit.* Quod hoc apologema Diooi majus?

10. Hinc videas, utri Imperium magis, Pompejo ne an Cæſari debebatur. Cæſari indubie debebatur, authore ipſo, poſt Cratippum, Plutarcho: & quidem neceſſario, quòd pro eo Deus etiam ſe declaravit. Impius hæc irrideat: non irriſit tamen Plutarchus, etſi Ethnicus, & Cratippus apud eundem. (5) Peripateticus hic philoſophus, cum Pompejo, qui Mitylene ad eum *converſus* (*ille enim ex urbe ad eum viſendum*, poſt cladem *deſcenderat*) *conqueſtus eſt, & cum eo diſputavit nonnihil de Providentia; aſſenſus Cratippus eſt; traduxitque eum ad ſpem meliorem:* NE ACERBUS VEL IMPORTUNUS FORET, REPUGNANDO. *Nam quæſiviſſet tandem Pompejus de Providentia aliquid: ille demonſtraſſet,* PROPTER PERVERSAM REMPUBLICAM, REBUS, PRINCIPATUM UNIUS OPUS ESSE. *Quæſiſſet præterea, qui, & quo proprie ſigno credamus, ſi Cæſarem viciſſes; rectiùs te quam illum fortuna uſurum fuiſſe? Verum* RES DIVINÆ SUO ORDINI RELINQUENDÆ. Hæc Pompejo Cratippus, cui unum erat reliquum, [nec apertius loqui potuit, præſertim his ultimis verbis] dicere Pompejo coram, Monarchiam a Deo Cæſari deſignatam. Plutarchus verò in Bruto, (6) ita locutus eſt: *Cæſaris dominatus, dum conſtitueretur, non parum præbuit negotii adverſariis. Ubi enim victi receperunt, nomen tantum & opinionem apparuit eſſe, factum verò ab illo ſævum, vel tyrannicum extitit nullum; imo rebus ipſis poſcentibus*

(1) Plut. pag.652. E.
(2) Plut. pag 656.
(3) Plut. pag.661. C.
(4) Plut. pag 724. D.
(5) Plut. pag.659.
(6) Plut. pag.1030. B.

bus *UNUM PRINCIPEM*, *leniſſimum quaſi medicum*, *AB IPSO SE DEO OSTENDIT DATUM.* *Quare Cæſarem illico POPULUS ROM. deſideravit*, *FUITQUE INFENSUS ET IMPLACABILIS PERCUSSORIBUS EJUS*. Meliore modò ſane conſilio, quam olim, quum uno tandem Principe opus eſſe feſſæ Reip. idem Populus Rom. rectè perſpexit, ſed male Pompejum hunc judicavit. Tunc enim *multi erant* (1) *qui etiam dicere publice non dubitarent*, *NISI SUMMA RERUM AD UNUM DELATA ESSET*, *deploratam Remp. eſſe : medicumque tolerandum hanc medicinam qui faceret, quam leniſſimum* ; *POMPEJUM SIGNIFICANTES*. Et unum ergo Principem, eumque ab ipſo Deo deſignatum, Cæſarem ; & vidit deinde Roma, & probavit diu, & diu poſtea deſideravit ; Plutarcho teſte rurſus in Bruto etiam : (2) *Enim verò quoniam regi Imperium non ultra poterat a multis, ſed UNUM POSTULABAT RECTOREM : intendens ſcilicet amovere Deus, & ſubducere unum illum, qui potiri rerum valenti* Cæſari *obſtabat* ; *moratus eſt, non illa palma* & victoria Cæſaris, *in Bruti veniret notitiam, quamvis id prope eſſet factum*.

11. *Impie* igitur Brutus, & reliqui conjurati Cæſarem confoderunt, pro quo Deus ipſe tam multis ſignis & portentis, contra omnes alios, Pompejum in primis, voluntatem ſuam oſtenderat : & quem tamdiu ſuſtinuit, malorum Rom. Reip. leniſſimum medicum, & Principem melius, quam privatum. Ingratiſſimus proinde Brutus, qui in virum, cui beneficia tot continua, honores tantos, & vitam ipſam pluries datam, ſervatamque debebat : a quo etiam dum pugionem in eum ſtrinxit, titulo *filii* dictus eſt ; & conſilia, & arma, & manus impias tendere auſus eſt. Atque hæc pro Dionis apologemate ſcribo in Brutum ; cujus quidem res geſtæ traduntur a Poſidonio Apamienſi, *viro* (Strabone teſte) *corruptæ fidei*; ab Emphylo ejus *contubernali* ; a M. Calpurnio Bibulo ejus *vitrico* ; a M. Valerio Meſſala Corvino, qui cum eo in pugna ad campos Philippicos, *militavit*; & a P. Volumnio Eutrapelo, qui *ſecutus* eſt ſemper Brutum. A *Viro corruptæ fidei*; a *contubernali* ; a *vitrico* ; ab ejus *commilitonibus*, quid ſperes, præter mendacia & elogia ? Cæterum, Brutus, (quod nemini obſcurum puto) ſecta fuit *Academicus*, veteris Academiæ ; & Caſſius *Epicureus*, uterque impius & ſine Deo : cum quo hominum genere, nulla ex animo, vel ex apparentia, eſt honeſtas. Quam ob rem, eruditos demiror homines, pro ejuſmodi virtutum dehoneſtamentis, querelas tantas facere in Dionem ; quod pennicillo ſuo, vivas eorum iconas orbi reliquit, velut anathemata impiorum.

12 Atque ex his gradum facio ad Ciceronem, pro quo Grammatici tantum admiratores, & Sophiſtæ adeo excanduerunt. Idolum ſuum ſibi ipſum conſtituerunt ; cuique tantum litant, ſua etiam vota pendunt ; hiſcereque in eloquentiſſimum, ſapientiſſimumque Principem Oratorum Latii, in Demoſthenem Latinum, ex Cicerone Græco, quod ad ejus mores ſpectat & vitia ; piaculum illis eſt, quod ſuum Heroem veluti fœdans, Pyriphlegetonteo ſupplicio luendum eſt. Hinc illa eorum rabies cynica, hinc furor Eumenidum in Dionem, qui eum paululum vellicavit. Plutarchus in *Cicerone*, libera cenſura ipſum perſtrinxit, ut *malignum* in ſalibus, ut *impotentem* in gloria, ut in *corporis* cura *nimium* : Hæc ejus verba (3) : *Urbanitas in facetiis ejus, & in ſalibus hiſce, forenſis viſa eſt & lepida : ſed quum eſſet in ea effuſior, multos offendit, & habitus eſt malignus.* * *Avebat ſupramodum celebrari : tenebat eum perpetuo cupiditas immenſa gloriæ, quæ multa ejus præclara frequenter interpellavit.* * Et alibi (4) : *Fuit in corporis cura, curioſus & nimius.* (ἀκριβὴς καὶ περιττός) Eſto ſit vitium non animi, ſed naturæ quod *Cicero non habebatur vulgo nimium animoſus*. (5) quid de ejus effuſa dicimus jactantia, quæ nemini honeſto viro ferenda eſt ? *Fuit* equidem, inquam cum eodem Plutarcho (6) *ea tempeſtate, auctoritas ejus in civitate, ſumma. Verum invidiam conflavit ſibi, nullo ille quidem flagitio ; ſed quod ſe ipſe laudaret, & celebraret aſſidue, offendit multos.* Et nullum ejus flagitium, iſta dicit Plutarchus ? *Ubique enim, ſive IN SENATU, ſive in CONCIONE, ſive in JUDICIIS, habuit in ore Catilinam, & Lentulum. Libros denique & ſcripta LAUDIBUS complevit SUIS ; jucundiſſimamque & venuſtiſſimam dictionem, odioſam reddidit & ingratam auditoribus, hoc eum, quaſi morbo aliquo, ſemper comitante IMPORTUNITATE.*

13. *Caruit*, non inficior *invidiæ adverſus* antiquos & Græcos vitio ; *Ariſtoteles ei manantis* eſt *flumen auri, ut* Plato, *Jovem. ſi quis vellet, ita dicturum eſſe ; Theophraſtus* ſuæ *deliciæ* ſunt ; *Demoſthenis* orationum probatior, ipſi eſt longiſſima ; cujus amore *Philippicas* dixit, ſuas in M. Antonium orationes. Sed quibus Latinis, aut Græcis ſuparibus non invidit ? quem cum laude debita unquam nominat ? Si excipias Græcum Cratippum, (cui *Peripatetico impetravit a Cæſare jam rerum potito, civitatem Romanam* (7) quod ab eo impenſe laudaretur, invenias fere neminem. Sileo hominis ambitionem, *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ* ; tranſeo immane illud, *O fortunatam, natam me Conſule Romam* ; mitto hiſtoriam ſuam, a ſe, buſtrophedon incepiſſe, deſiiſſe in Romulo ; Num ejus jactantia. & malignitas ferenda eſt, quæ ex ipſo ejus ore prodit in Numatium abſolutum ? *Quum enim aliquando* (8) *Numatio patrocinatus eſſet, atque abſolutus, neceſſarium ille Ciceronis poſtulaſſet Sabinum ; eo prorupiſſe Ciceronem ita ferunt, ut jactaverit : Quid ? an tu ex illo judicio, tua, Numati, evaſiſti innocentia ? an non mea opera, qui multum caliginis, lumini offudi Tribunalis ?* (ἐμοῦ πολὺ σκότος ἐν φωτὶ τῷ δικαστηρίῳ περιχέαντος.) An non idem egit in M. Craſſum ? *Quum pro roſtris*, enim, *M. Craſſum magno populi plauſu ornaſſet, eundemque rurſus, haud magno interpoſito intervallo laceraret probris : ubi ille dixit : An non me ex hoc loco non ita pridem laudaſti ? Ego verò, inquit ; ſed commentandi gratia argumentum infame* (φαύλην) *declamans.* * *Quumque Metellus Nepos ei objiceret, plures ipſum teſtimonio ſuo oppreſſiſſe, quam ſervaſſe patrocinio : Fateor, inquit, plus mihi fidei, quam eloquentiæ eſſe.* En quanta fides, quanta veritas, & juſtitia, in eloquentiſſimo, ſed noxio Cicerone. Juvenes ſectemini etiam in vitiis Ciceronem : Lipſius vos hortatur ; inſurgite in reprehenſores Tullii ; atque utinam in has Syrtes, noſtra tempora, pro Ciceronis tuenda infamia, ſervanda fama, non incidiſſent ! adeo his Ciceronibus abundamus.

14. Sed

(1) Plut. pag. 921.
(2) Plut. pag 1006. E.
(3) Plut Pag. 863. C.
(4) Plut. pag. 864. E.
(5) Plut. pag. 870. C.
(6) Plut. pag. 871. C.
(7) Plut. pag 873. A.
(8) Plut pag. 871. B.

PROLEGOMENA.

14. Sed Satyram Dio ſcripſit in Ciceronem. Q. Fuſius Calenus in Senatu hanc habuit pro Antonio orationem, eſto etiam velis Satyram. Quid in his hiſtoricus Dio peccat? qui alioqui male peccaſſet in arte hiſtorica, & de poſteritate noſtra male meruiſſet, ſi quæ diſplicitura partibus (ut puta hîc Ciceronianis) ſilentio præteriſſet. Vera debet hiſtoricus ſcribere, non ſilere. Sed ſcripſit in ſullonicam Ciceronis; in vanitatem, qua ſe gente Tullia natum haberi ſtuduit; in crura diſtorta cum Fuſio eſt debacchatus; cum Fulvia Antonii uxore, obtruncati Ciceronis vultum ſputibus, linguam acu pupugit; ejus domus & filiæ, vel cum filia, vituperia enudavit & ſilentio non obvolvit. Qui tanta a Caleno exigit, & Dione, æquus velim ſedeat judex, & revolvat animo quanta in viventes, in ſuis paſſim Cicero orationibus jaciat, non jacula, ſed arietes. Verres non Verres, ſed vermis eſt: ipſi grunnit, & ſcelus eſt, non verò ſceleratus, in omnibus & per omnia fœdus vitiis. Quid non debacchatur in Philippicis in Antonium? Quid non in aliis; in quibus homo mordaciſſimus, etiam citra injuriam ſibi illatam, ex ſolo joco, & dicacitate, etiam in amicos irruit? Sed Calenus opponit vitia crurum. Cui illa non erant nota? Vatinius Coſ., *quum humeris ſe Reip. de exſilio reportatum* Cicero, *gloriaretur*: (1) *Unde ergo tibi varices?* exprobavit. Vituperia domus erant publica & notoria; & eorum ipſæ Ciceronis epiſtolæ multa olent. Calenus equidem a defectibus generis, & officii, & patris & filii in hominem inſurgit, quæ aliena erant a cauſa. Vitium hoc fuit temporis, non Caleni. Ipſe Cicero hoc vitio maxime delectatur; qui ab atavis homines in ſuis Orationibus dehoneſtat, fereque ſemper a pueritia deturpat viros magnos, contra quos orat. Quid mirum ergo, ſi Calenus ſuæ ætatis oratores, & ipſum ſecutus eſt Ciceronem, in Invectiva maxima in Ciceronem? Sed mittimus magnum virum, qui ut delectatus eſt, amicos, inimicos, quoſvis ſua mordacitate, non provocatus quandoque, lacerare: ita non mirum ſi mordacis, fœmina tandiu provocata, ſputibus vultum, & acu linguam venenatiſſimam diutius pupugit obſtruncati.

15. Senecam, e re ſit, poſt Ciceronem, prodire cum Dione, qui eum inique creditur lacerare. Lælius Biſciola, non ego, pro Dione in Senecam (quem rectè *æs ſonans, aut cymbalum tinniens* dixeris cum Paulo) perſonabit. Eruditiſſimus hic Mutinenſis e Soc. Jeſu, ſic pro Dione, merita expendit hominis (2) ut ejus hypocriſim, & Philoſophiam ſcenicam & verbalem tantum, non ſileat: ne luxus & avaritia, cum veritatis diſpendio tranſigatur: *Raphaeli Volaterrano (lib. 19. Anthropologiæ, * arduum videtur, inter tot opes Senecæ, delitiaſque hortorum, & rei ſtudium non cupidi* potius ac *LUXURIOSI HOMINIS*, quam *PHILOSOPHI*,* poſſe veſtigia ſervari. Certe Rhodiginus (libro Antiq. lect. XI. cap. 12.) eum perſtringit, quaſi *adulatorem*, ac *mendacem*, propter hæc ipſius verba (lib. Natural. Quæſtionum ſexto, cap. 81.) *Ego quidem* Centuriones duos, quos *NERO CÆSAR UT ALIARUM VIRTUTUM, ITA VERITATIS IMPRIMIS AMANTISSIMUS*, ad inveſtigandum caput Nili miſerat, *audivi narrantes*. Tam *in eo mendacium eſt manifeſtarium*, quam in Plauti Comedia *Mœchus*. Liberemus tamen Senecam ab criminibus: vel quod primis Imperii ſui annis id Nero fecerit: vel quod nemo tam malus, quin aliqua in re bonus: tametſi levis hæc defenſio, cum ſolus hoc Seneca ſcribat; nullum cæteri ſcriptores verbum faciant. *Ambitioſum* illum indicat, quod ſcribit Suetonius cap. 52. Neronis, his verbis: *Liberales diſciplinas*, omnes fere puer attigit; ſed a Philoſophia eum mater avertit, monens, imperaturo contrariam eſſe: a cognitione veterum oratorum, Seneca, quo diutius in admirationem ſui *detineret*. Et narrat Tacitus, Fenium Ruſum, & Soſonium Tigellinum, objeciſſe illi, quod eloquentiæ laudem uni ſibi adſcriberet. Nam & Quintilianus libro X. cap. 1. eundem notat, quod non deſiſteret inceſſere potiores ſe, placere ſe in dicendo poſſe, quibus illi placerent, diffidentem.

16. Rurſus Tacitus lib. Annalium 13. commemorat, P. Suillium, *Senecam ſtudiis inertibus*, & juvenum imperitiæ aſſuetum, *INVIDERE* iis, qui vividam & incorruptam eloquentiam tuendis civibus exercerent, affirmantem. Hic autem ille eſt Suillius, qui ante criminatus fuerat Valerium Aſiaticum, & alios illuſtres Romanos cives, ut lib. XI. acephalo, ipſo initio ſcribitur a Tacito: quem item præpotentem vocat ac venalem, & Claudii Principis amicitià diu proſpere, numquam bene uſum. *Adulatorem* profectò ſe ipſe oſtendit in conſolatione ad Polybiam cap. 35. & 36.; *MIRIFICIS CLAUDIUM CÆSAREM LAUDIBUS* extollens; in *QUEM TAMEN MORTUUM*, *petulanter* inſultat. *Adulatorem* item notant iidem ejus accuſatores, citato 14. libro Taciti; *QUOD CARMINA CREBRIUS FACTITARET*, poſtquam *NERONI AMOR EORUM EVENISSET*. Nam ad poëticam pronum fuiſſe Neronem, loco citato tradit Suetonius; & carmina libenter, & ſine labore compoſuiſſe. Certè Plinius libro epiſtolarum quinto, epiſt. 3. Ariſtoni, *SE EXCUSAT ETIAM SENECÆ EXEMPLO*, *quod verſus pangeret*.

17. *INGENTES* item *OPES CONGESSISSE*, *villas poſſediſſe magnas ac multas*, *DELITIIS ETIAM HORTORUM DELECTATUM*; eorum temporum vicini Tacitus, Plinius, Dio: & ab iis remoti Scriptores, Auſonius, & Xiphilinus Dionis abbreviator, literarum monumentis conſignarunt. Et Auſonius quidem, ita ſcribit in Panegyri: *Dives Seneca*, nec tamen Conſul, arguetur rectiùs, quam prædicabitur, non erudiſſe indolem Neronis, ſed amaſſe ſævitiam. Dio maxima ipſi vitia & ſcelera, quæ ab Auſonio indicantur, appingit: adulterium videlicet cum Agrippina Imperatoris matre; auctorem ejuſdem a filio interfectæ: pullarium item fuiſſe Imperatoris, idque vitium ab eo Neroni inſitum. In hoc tamen mendacium agnoſcunt docti quidam & malignitatem Scriptoris; quando etiam ſtylum acuit in optimos viros, Ciceronem, Brutum, & Caſſium. Quæ vera eſſet defenſio, niſi ferme eadem apud Tacitum libro 13. P. Suillius Senecæ exprobaret, his verbis: *Se Quæſtorem Germanici, illum domus ejus adulterum fuiſſe*. An gravius exiſtimandum, ſponte litigatoris præmium honeſtæ operæ aſſequi, quam corrumpere cubicula Principum fœminarum?

18. Eundem etiam in invidiam vocat, *OB IMMENSAS EJUS DIVITIAS*: *Qua ſapientia, qui-*

H *bus*

(1) Apud Macrob. Saturn. 2. c. 3.

(2) Biſc. ſubſeciv. t. 2. lib. 8. c. 19 pag. 620.

bus Philoſophorum præceptis, *INTRA QUADRIENNIUM Regiæ amicitiæ*, *TER MILLIES SEXTERTIUM PARAVISSET?* Nam & hoc Dio in eo reprehendit: ut jure Badæus lib. 5. de aſſe, ſcribat, fidem ſcriptis ejus & auctoritatem propterea derogari. Si enim ſcripta ejus æſtimentur, nemo unquam animoſius calcaſſe divitias, & pauperiem ſecuram adſtrictiùs eo, amplexus fuiſſe videbitur; prudenter colligens, ſi ſextertium ter millies, quarto jam anno Imperii Neronis quæſierat; quid putandum habuiſſe illum octavo ejuſdem Imperii anno, cum oratione habita, ſe apud Neronem, adverſus calumniatores defendit? At bonis artibus comparaſſe illum dices. Verò: ſi bonæ artes, fœnora ſunt. Fœnoribus magna ex parte locupletatum, idem Suillius, apud Tacitum, eodem libro prædicat. Romæ teſtamentum, & orbos, veluti indagine ejus capi; Italiam & Provincias immenſo fœnore hauriri. At ſibi labore quæſitam, & modicam pecuniam eſſe. Nam & cum *MORERETUR*; *PRÆDIVES, ET PRÆPOTENS*, lib. 15. a Tacito dicitur. De ipſius verò hortis & fundis, Columella lib. 3. cap. 3., & Plinius lib. 14. cap. 4. ſcribunt: & Plinius quidem eum vocat, *PRINCIPEM* eruditionis, & *POTENTIÆ*; quæ poſtremò nimia fuit ſuper ipſum.

19. Addamus Juvenalem Satyra X., qua demonſtrat, nihil eſſe hominibus tutum in hac vita: & *inſidias* parari virtuti, doctrinæ, eloquentiæ, *opibus*, honoribus; quibus non? *EXEMPLO* Caſſii Longini Juriſconſulti, *SENECÆ*, Plautii Laterani, quos Nero ad necem compulit, ut opes eorum invaderet.

> *Temporibus diris igitur, juſſuque Neronis,*
> *Longinum, & MAGNOS SENECÆ PRÆDIVITIS HORTOS*
> Clauſit, & egregias Lateranorum obſidet ædes.

Hic igitur ſe *divitiarum maximum* exemplum proponere juſtiùs debuit, quam Cn. Lentulum Augurem, quem (libro de beneficiis 2. cap. 27.) quater millies ſextertium habere, ſe vidiſſe commemorat.

20. *SIMULATOREM* quoque *EGREGIUM* Tacitus libro 13. oſtendit his verbis: *Secutaque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Meſſalinæ, ordine remotum, reddidit Senatui; clementiam ſuam obſtringens crebris orationibus, quas SENECA* teſtificando, quam honeſta præciperet, vel cauſa jactandi ingenii, voce Principis vulgabat. Indicat eodem loco odium Neronis in matrem, in Senecam referri ob Actæ libertæ amorem, *donec vi amoris*, inquit, *ſubactus, exueret obſequium in matrem, Senecæque permitteret*. Excuſat Senecam, ſi tamen excuſat, oratio ipſius ad Neronem habita, quam recitat 14. libro Tacitus; cui ſubdole, & diſſimulato egregie odio, ut bonus diſcipulus Nero mox reſpondit, additis orationi fallacibus blanditiis. Hoc breviter Suetonius in Nerone, ita ſcribit cap. 34. *Senecam præceptorem ad necem compulit, quamvis ſæpe commeatum petenti*, *BONISQUE CEDENTI*, *perſanctè juraſſet, ſuſpectum ſe fruſtra; periturum potius, quam nociturum.*

21. *PRODITOREM* etiam, Fabius Romanus Hiſpo, apud Tacitum libro 14. extremo: *Secretis criminationibus incuſat, ut C. Piſonis ſocium. Sed validius a Seneca*, inquit Tacitus, *eodem crimine perculſus eſt: unde Piſonis timor, & orta inſidiarum magna moles, ſed improſpera*. Et lib. 15.: *Natalis totius conjurationis magis gnarus*, & poſt pauca, [60] idem *Natalis prompſit, miſſum ſe ad ægrotum Senecam, ut viſeret, conquereretur que, cur Piſonem aditu arceret? Melius fore, ſi amicitiam familiari congreſſu exercuiſſent. Et reſpondiſſe Senecam, Sermones mutuos, & crebra colloquia neutri conducere: cæterum ſalutem ſuam, incolumitate Piſonis niti. Inimicorum* item *ſuorum odia*, & quas acceperat injurias acerbe perſecutum, *parum philoſopho dignè*, P. Suillii damnatio probat, ut eſt apud Tacitum lib. 13. qui eum, *non ſine invidia Senecæ*, damnatum narrat. Nam & idem Suillius Senecam increpat, ut inſenſum amicis Claudii, *ſub quo*, inquit, *juſtiſſimum exſilium pertuliſſet*. Tum & ſe ipſum ultus eſt libello eo, qui *ludus de morte Claudii* inſcribitur, graphice deſcriptis Claudii vitiis, & ſceleribus: tametſi *adulatorem* ſe oſtendit ejuſdem Claudii, de exſilio ſuo his verbis modeſte ac timide ſcribens: *Nec enim ſic me dejecit, ut nollet erigere; imo ne dejecit quidem, ſed impulſum a fortuna & cadentem ſuſtinuit, & in præceps euntem, leniter divinæ manus uſus moderatione depoſuit.*

22 *Ingratus* item Agrippinæ fuit, ſi verum eſt; ut adnotavimus, auctorem fuiſſe Neroni illius interficiendæ. Nam illa, ut loquitur Tacitus libro 12. *ne malis tantum facinoribus noteſceret, veniam exſilii ipſi Annæo Senecæ, ſimul Præturam impetrat; lætum in publicum rata ob claritudinem ſtudiorum ejus, utque Domitii pueritia tali magiſtro adoleſceret, & conſilius ejuſdem ad ſpem dominationis uteretur: quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii, & infenſus Claudio dolore injuriæ credebatur*. Multa ex his, quæ attulimus; quantæ fuerit auctoritatis, & potentiæ Seneca, demonſtrant: & illud, quod Afranium Burrhum, cui vade infenſus erat Nero, in Præfectura detinuit: cujus poſtea *mors* ut ait Tacitus, lib. 14., *infregit Senecæ potentiam: quia nec bonis artibus idem virium erat, altero velut duce amoto: & Nero ad deteriores inclinabat*. Quorum hæ criminationes in Senecam fuerunt, *tanquam ingentes; & privatum ſupra modum evectas opes, adhuc augeret; quodque ſtudia civium in ſe verteret. Hortorum quoque amænitate, & villarum magnificentia, quaſi Principem ſupergrederetur.*

23. Tacitus duobus aut tribus illum verbis defendit, quum bonis artibus uſum fuiſſe commemorat. * Duobus autem locis objecta ſibi vitia Seneca depellit: alter eſt epiſtola 84., quæ initium eſt libri 12. In ea enim ejus frugalitas & parſimonia deſcribitur, præter cætera utitur hac oratione: *Panis deinde ſiccus, & ſine menſa prandium; poſt quod non lavandæ manus: dormio minimum: conſuetudinem meam noſti: breviſſimo ſomno utor, & quaſi vigilo* (ſive ex vetuſto Codice, *interjungo*: ſumpta ab aurigis metaphora) *ſatis eſt mihi, vigilare deſiſſe*, &c. Frigida tamen defenſio; nam de ſe jam ſene loquitur: Alter eſt libro *de vita beata*, quam fortaſſe ſcripſit, ut calumniatoribus reſponderet, qui ob illius opulentiam, invidia rumpebantur. Nam cap. 8. ſibi fuiſſe indicat opes quaſi adventitias, & eo loco, quo ſunt in caſtris auxilia, & armatura levis, ſcilicet ut ſerviant, non ut imperent. Et cap. 9. Voluptates ſibi fuiſſe, quaſi acceſſionem: & cap. 11. quæ ſequatur & pareat, non regat; ut Nomentanum regebit, atque Apicium: & cap. 12: Hæc omnia interpoſuiſſe vitæ, ut ludum jocumque inter ſeria. Addit cap. 15. illa bona fortunæ conſequentia ſummum

mum

Digitized by Google

mum bonum, non conſummantia: maxime verò cap. 17. & ſequentibus, ſibi ipſi objicit, quod item ejus æmuli, qui (ut loquitur) Philoſophiam collatrabant, illi objiciebant. *Quare ergo tu fortius loqueris, quam vivis? Quare ſuperiora verba ſubmittis, & pecuniam, neceſſarium tibi inſtrumentum exiſtimas; & damno moveris; & lacrymas, audita conjugis, aut amici morte, demittis; & reſpicis famam, & malignis ſermonibus tangeris? Quare cultius tibi rus, quam naturalis uſus?* Reſpondet, *conari ſe, non ut optimis par ſit, ſed ut malis melior. Hoc mihi ſatis eſt*, inquit, *quotidie aliquid ex vitiis meis demere*; & ſimilia.

24. Et cap. 18., Philoſophos omnes dixiſſe, non quemadmodum ipſi vixerunt, ſed quemadmodum ipſis vivendum eſſet. Et cap. 20. Licet non præſtent Philoſophi, quæ leguntur; multum tamen præſtant, quod loquuntur, quod honeſta mente concipiunt. Nam etſi paria dictis agerent; quid eſſet illis beatius? Et cap. 21. vulgaria bona, ita contemnenda ab eis, aut mala corporis non exſtimanda, non ne habeant, ſed ne ſolliciti habeant. Et cap. 22. Propterea ſapientem opes habere, quia major materia ſapienti viro ſit, animum explicandi ſuum in divitiis, quam in paupertate. Et concludit, hoc eſſe diſcriminis inter ſapientum divitias, & cupidorum; quod non eundem apud utrumque habeant locum. *Mihi*, inquit, *divitiæ, ſi effluxerint, nihil auferunt, niſi ſemetipſas: tu ſtupebis, & videberis tibi, ſine te relictus, ſi illæ a te receſſerint: apud me divitiæ aliquem locum habebunt, apud te, ſummum. Ad poſtremum, divitiæ meæ ſunt, tu divitiarum.* Et cap. 23. Sapientem habere opes bonis artibus, cupidum malis: hunc ſordidè, aut luxurioſe poſſidere, illum honeſte & magnifice. *HÆC SANE PRÆCLARA, SED FUCATA VITIORUM EXCUSATIO.*

25. Ita bene claudit, ſed enervi nimium & elumbi Eiſciola oratione: qui in Senecam retorquere poterat proprii oris confeſſionem, & num opes, bonis artibus, an malis, oppreſſione, & fœnore enormi, digno ſane, philoſopho, acquiſierat. Exueret proinde ſe Philoſophi perſona, & ſuo vultu prodiret, bonæ philoſophiæ hypocrita, qui tantas opes ideo congerebat, ut everſo Imperio a Nerone; in ſe divitiis, ſcientia, fama diverteret; & a faſcinato populo poſſet emere. Hinc illa ejus conjuratio cum aliis in Neronem; hinc alia multa, de quibus ſupra: quæ *admirator* æternus ejus Lipſius, fruſtra diſſipare contendit. Ni velimus in deplorata cauſa, Stoici, perfidi, & impotentis ad luxuriam, ad avaritiam, ad gloriam; ad jactandum ingenii ſui vires, ſe pro Senecæ operibus, potius quam pro Seneca, exercuiſſe.

26. A Senecæ vita, contraria ſuis geſtis; digrediamur ad Legionem Fulminatricem, pro qua jam tum a Xiphilino Dio male audit apud noſtrates. Pro eo, Criticorum plures ſuum ſtylum ſuperiore capite acuerunt. Nos illis addimus nihil; Sed offerimus Samuelem Baſnagium, (1) qui ſuſcepturus idem hoc argumentum, pro Dione ſic arguit in zelotas ſine Criterio; oppreſſos a præjudiciis:

27. *Ut autem præcipue in arcem traditionis veterum intendamus, quatuor ſunt hic a nobis, diligenter examinanda. Primum fuerit ne in Marci Aurelii exercitu Legio Melitinenſis, quæ Chriſtianis tota conſtaret? Secundo, Legio, fulmineæ nomen adepta fuerit, ob patratum, precibus ejus miraculum? Tertiò, Marcus ne pluviæ, qua cum exercitu recreatus eſt, auxilium Chriſtianis adſcripſerit? Denique, ea de cauſa miſerit ne Senatui literas, UT AB EJUSMODI HOMINIBUS POENAM DIMOVERET?*

28. *Primum quod attinet, (num. 4.) non ii ſumus, qui inficiemur, Chriſtianorum aliquos ad Marci ſigna conveniſſe. Scimus enim ex Tertulliano, militem fuiſſe, qui libero capite, coronamento in manu otioſo, Tribuno reſponderit, CHRISTIANUS SUM. Novimus etiam; imperante Gallieno, Marinum Centurionem Cæſareæ, nobili functum eſſe martyrio. Illud etiam faciles largimur, Chriſtianorum precibus, qui Romanorum in Legionibus militabant, impetratam eſſe pluviam. Quid ni? cum multum valeat deprecatio juſti efficax, Eliſeique orationibus, vallis impleta ſit aqua; cujus penuria maxima erat in exercitu Regum Iſraëlis, Judæ, & Idumæorum. Fidelium potius, quam Marci precibus auxilium pluviæ laboranti exercitui fuit adductum. Quod verò Legio eſſet, quæ tota Chriſtianis conſtaret, in animum quidem noſtrum inducere nequimus. Quippe etſi bellum, licite juſteque geri poſſit: quod eruditè more ſuo oſtendit Grotius* DE JURE BELLI ET PACIS *lib. 1. cap. 2. conſtat tamen Chriſtianos, alienum a militia geſſiſſe animum, quorum mites, placidique mores, cum cruentis armorum exercitiis non congruebant.* * *Neque propria Septimii ſententia hæc eſt. Hoc ipſum ſentit & Origines contra Celſum,* * *Lactantius quoque hoc ſcripto prodidit.* * *Rariſſimi ergo Chriſtiani, Marci in exercitu; quibus tamen abundabat, ſi vel una Legio, Chriſtianis militibus tota conſtabat. Quanto plures exſtabant in manipulis, cohortibus, Legionibus! Quin etiam captu eſt difficillimum, qua ratione Chriſtiani in unam Legionem ſeorſum convenire, aut qua de cauſa? Neque etiam animo complecti valemus, quî fieri potuerit, ut graſſanti, Imperante Aurelio, perſecutioni, ea Legio Chriſtianorum, eximeretur.* * *Eſt ne igitur veriſimile, integram Chriſtianorum Legionem,* * *adeo placide in exercitu egiſſe? Mirari quoque ſubit, quî ſcripſerit Euſebius, hoſtes fuiſſe ſtupefactos ad ſpectaculi novitatem, quod flexis in terram genibus, Legio hæc Chriſtianorum preces funderet: cum eo ſingulis ſaltem dominicis officio, coram hoſtibus defungi debuerit; Hæc ſane fidem a nobis non impetrant. Itaque Tertullianus, non Legionis, ſed CHRISTIANORUM MILITUM, ſemel & iterum mentionem fecit.* * *Aliud verò CHRISTIANI MILITES, aliud Legio Chriſtianorum. Non ſi Chriſtiani milites, Marci in exercitu, ideo & Legio, quæ Chriſtianis tota conſtaret: quod ſi Legio ejuſmodi ſub M. Aurelii Signis non militavit, pars maxima Euſebianæ narrationis, perit funditus.*

29. *Legio hæc Melitina* (n. 5.) *appellatur, quod vocabulum crucem nobis figit animo. Extat columna rotunda in Capitolio, ex qua Baronius triginta nobis Legionum nomina ſuppeditavit:*

I. Nom. Leg. II. Aug. * XII. Fulm. *

De legionibus fuſe ſatis Dio locutus eſt. In quo fruſtra Legio quæreretur, cui MELITINÆ nomen. Itaque proprium Legioni id nomen non fuit. Sic ergo vocatur, quia MELITINAM Præfecturam habitabat, quomodo GALLICA LEGIO, quæ, teſte Dione, Phœniciam incolebat; aut FERREA, quæ Judæa conſiſtebat; illa LEGIO PHOENICIÆ, hæc LEGIO JUDÆÆ, recte vocari potuit. MELITENA regio eſt, cujus non ſemel Strabo meminit (lib. XI.) *AMA-*

(1) Tom. 2. Annal. Politico-Eccleſiaſtic. ad an. Chriſti 174. num. 3.

Digitized by Google

NUS AD EUPHRATEM, ET MELITENA PROGREDITUR, QUA COMMAGENA JUXTA CAPPADOCIA PORRIGITUR. Libro quoque ſequente [12.]: CATAONUM CAMPI, ET MELITENA, CIVITATEM NULLAM HABENT. Ergo Provincia Melitina eſt (quia abſonum dictu, de urbe foret) quæ civitatem nullam habet: (Strabo ſequitur: SED CASTELLA IN MONTIBUS MUNITA, AZAMORA, ET DASTARCUM: in quibus, ad cuſtodiam Provinciæ ea Legio). De eadem & regione Plinius (lib. 6. cap. 3.) CAPPADOCIÆ PARS PRÆTENTA ARMENIÆ MAJORI, MELITINE VOCATUR. Hanc tamen legionem Euſebius in Armenia minori (lib. 8. cap. 6.) collocat: CÆTERUM PAULO POST, QUUM ALII IN MELITINA ARMENIÆ REGIONE, &c. Et de Conſtantio Marcellinus lib. 20. cap. 21. IPSE PER MELITINAM, MINORIS ARMENIÆ OPPIDUM, EDESSAM VENIT. Urbs autem in ea regione nominis ejuſdem nulla: quod etiam patet ex Tabula prima Aſiæ Ptolemæi cap. 7. Errat Stephanus ſcribendo: MELITINA URBS CAPPADOCIÆ, DE QUA STRABO libro XI., quia Strabonis ætate urbs in Cappadocia nulla fuit hoc nomine. Valeſius ab hoc oppido, Legionem ſtatuit fuiſſe vocatam, in quo conſiſtebat: Nos a Præfectura potius, nomen inveniſſe cenſemus.

30. Sane moris erat, Legiones in Provincia potius, quam in urbe una collocari. Sic apud Dionem lib. 55. p. 564. Tertia AUGUSTA in Numidia, Quarta SCYTHICA in Syria; Quinta MACEDONICA in Dacia. Doctiſſimus ille Scaliger: MELITENÆ (inquit Animadv. ad Euſebium pag. 223.) LEGIONIS MEMORIA OMNIS INTERCIDIT, NEQUE UNDE NOMEN ACCEPERIT, SCITUR: qua de cauſa non immerito, Salmaſio pœnas dedit (Plinian. Exercitat. pag. 492. 699.) Hoc ſi advertiſſet Scaliger, non temere pronunciaſſet, aut nullam eſſe Meliteneam Legionem; aut a MELITA dictam eſſe, non a Melitene. Fatendum tamen eſt, cum Legiones a locis in quibus præſidium agebant, appellare moris non fuerit, Euſebium non ſatis accurate ſcripſiſſe, milites Legionis Melitenæ, quæ proprio nomine vocanda fuit. At eo caſu evanuiſſet appellationis myſterium. Quippe ex Dione tenemus, DUODECIMAM LEGIONEM, QUÆ FULMINEA vocabatur, ſedem habuiſſe in Cappadocia, cujus pars eſt Melitene, ſi Plinio fides. Quæ appellatio diu ante Legionem inceſſit, quam Marcus in Quados ex editionem ſuſciperet; ut id nominis ab evocatis cœlo fulminibus, ad delendos hoſtes Romanorum, non ſit adepta. Plures ab eruditis, ea de re exhibentur Inſcriptiones, quarum una eſt obſervatu digniſſima, Trajani temporibus exarata. Q. PETRONIUS C. F. PUB. MODESTUS P. P. BIS LEG. XII. FULM. ET LEG. I. ADJUT. &c. DEDICAVIT. Videantur, Scaligeri in Euſeb Animadv., & Baronii Annales an. 176. num. 18. (1) Cum ergo in Dione, variiſque Inſcriptionibus, unius FULMINEÆ LEGIONIS mentio fiat; cujus nomen bello adverſus Quados a Marco ſuſcepto, eſt longe antiquius, illud quidem admitti nequit, quod tradit apud Euſebium Apollinaris: LEGIONEM IPSAM &c. EXINDE CONGRUO REI MIRACULO, FULMINEAM AB IMPERATORE ESSE COGNOMINATAM. Verò proxima conjectura hæc eſt, Legionis nomen anſam figmento præbuiſſe, de Legione tota Chriſtiana, quæ precibus extorſerit ſuis fulmina, quibus rubente dextera, Deus Quados jaculatus eſt: unde nobilis ille titulus, ortus etiam ſuos habuiſſe credendus eſt.

31. Illud etiam animo ponderemus, crediderit ne Marcus, pluviæ beneficium a Chriſtianis fuiſſe impetratum? Hoc autem credere non poſſumus. Ea religione, qua Marci perfundebatur animus, qua colebat Numina, votis precibuſque fatigavit: quod etiam teſtatur Themiſtius in Oratione ad Theodoſium, hoc titulo: QUÆNAM REGIA MAXIME SIT VIRTUS: ſic enim Jovem compellat ſuum: Te vitæ largitorem hortor, atque oro, ea dextra, quæ nullius ſanguinem fudit. Itaque in Nummis cernitur Imago, vel Jovis, vel Mercurii, Marci precibus annuentis. Jovis pluvii imbres dantis, viſitur effigies, apud Baronium an. 176. num. 24. Nos quoque Pagius docuit, exſtare in Gaza Ludovici Regia nummum argenteum, qui inſcribitur, M. ANTONINUS AUG. TRIB. POT. 28. Viſitur Caput Antonini laureatum. In poſtica: RELIGIO AUG. IMP. VI. COS. III. Cernitur MERCURIUS ſtans, qui dextra pateram, & ſiniſtra caduceum tenet. Debuit tamen Marcus in eo nummo ſcribi, Imp. VII. quod a militibus appellatum eſſe ex Dione ſcimus (2): Denique non Chriſtianorum, ſed Marci oratione, pluviam impetratam eſſe, in Themiſtio legitur: EA PRECE DIVINUM SIBI PLACAVIT NUMEN, AC STATIM SERENITATE FACTA, MAGNA IMBRIUM COPIA, AD MILITAREM SEDANDAM SITIM, ERUPIT. Itaque ea ſpecie orans palmaſque ad ſidera tollens, M. Aurelius depictus fuit, eodem Themiſtio teſte: CUJUS REI, inquit, DESCRIPTAM IN IMAGINE PICTURAM VIDERE ME MEMINI: IN QUA MEDIA IN PHALANGE PICTUS ERAT IMP. MILITES VERO GALEIS IMBREM EXCIPIENTES, DIVINITUS CONCESSO LIQUORE, SITIM EXPLEBANT. Pro Antonino perperam tribuit Themiſtius (orat. 15. pag. 191.) quod ad Marcum pertinebat. Quod ſi Melitinenſis Legionis, palam & publice fuſis orationibus, ruiſſe arduum ethera & pluviam ingentem, Romanorum curas, ſitimque diluiſſe Marcus noviſſet; una & totus ſciviſſet exercitus, univerſuſque Senatus. Eo ne igitur impudentiæ veniſſent ethnici, ut reclamantibus tot teſtibus; precibus Marci, numinumque favori, pluviæ beneficium acceptum referrent? Quid multa? Cum pro impiis ac ſceleſtis, Chriſtianos Marcus haberet; potuit ne ſibi hanc induere perſuaſionem, quod ipſorum commendatione, a cœlo pluviæ munus obtinuerit; cum in animis ſit noſtris hæc notio conſignata: IMPIOS A DEO NON EXAUDIRI? Equidem ſi tanto ſe beneficio, Chriſtianis devinctum eſſe Marcus exiſtimaſſet; ſumma utique ipſos benevolentia non complecti non potuit; cum ab ingrati animi vitio maxime eſſet alienus. Eſt tamen certiſſimum, Chriſtianis longe melius fuiſſe ſub Commodo, Principe nefario, quam ſub Marco Aurelio, optimæ indolis viro: ſecus autem eveniſſet, ob nuper collatum Marco beneficium, cum nullo Commodum peculiari auxilio ſibi conjunxiſſent.

32. Cum

(1) Aliam ſub Hadriano vide in Grutero.

(2) Vidi & ego olim nummum æreum parvæ molis apud Cl. Marchionem Alexandrum Capponium, in quo Jupiter e cœlo, hinc pluit, illinc intorquet fulmina; Marcus in terra palmis ad cœlum ſublatis, orat: Sed deſtructa pene inſcriptio, legi non potuit.

PROLEGOMENA.

32. Cum igitur oſtenſum ſit, neque Romano in exercitu, Chriſtianorum fuiſſe Legionem, neque Marci animum id ſubiiſſe cogitationis, quod a Chriſtianis pluvia ſit impetrata; conſentaneum eſt; nullas Patribus Conſcriptis a Marco literas datas fuiſſe, quibus hoc maximi beneficii Chriſtianis aſcriberet. Quæ res abunde non pertenuibus pateſit argumentis. Poſt exhauſtum bellum Marcomannicum, ſcripta eſt Melitonis Apologia, conſorte jam Imperii Commodo. Quo potius argumento uti Melito debuit, extinguendæ perſecutioni, quam beneficio, quo Marcus a Chriſtianis affectus fuerat, dum una cum exercitu pene ſiti conficiebatur? Quod tamen argumenti non attulit. Dubitetur eruditis, bellum ne cum Quadis geſtum, huic anteceſſerit Apologiæ. At immeritò negatur Athenagoræ Apologiam Marcomannico bello fuiſſe poſteriorem. Quid? meminit ne Athenagoras pluviæ a Chriſtianis impetratæ, ut eo beneficio Marci in memoriam revocato, miſeris undique vexatis, benevolentiam conciliaret? Atqui certè, certoque meminiſſet, Imo ea de re ſcriptas, & ad Senatum literas memoraſſet. Quibus accedat, compoſita cum Germanis pace, ſævam adhuc in Eccleſias ingruiſſe perſecutionem, quam extinguiſſet impetrata nuper a Chriſtianis pluvia: tantique non immemor auxilii Marcus edictis illud ſuis divulgaſſet, compeſcendo furori.

33. Clariſſimo Witſio viſum, ex edictis ejuſmodi, nil emolumenti Chriſtianos percepiſſe, ob plebis, Proconſulumque ſævitiam. Eſt tamen explicandum, qui fiat, exarmatam fuiſſe hanc imperante Commodo ſævitiam, non regnante Marco: cujus tamen edictis, non Cæſaris majeſtas modò; ſed nuper & acceptum a Chriſtianis beneficium, maximam autoritatem incuſſiſſet. Satis ne conſentaneum, Ethnicorum furorem magis ſub Commodo quieviſſe, quam ſub Marco, qui ingens, quod a Chriſtianis ſeſe impetraſſe noverat, beneficium, clavo trabali, & ſuis literis, & memoriæ affixiſſe dicitur. Eſt autem in primis conſiderandum, quod in Gallsarum perſecutione, Marcus Præfecto, a quo conſultus fuerat, reſcripſerit: UT CONFITENTES QUIDEM GLADIO CÆDERENTUR; HI VERO QUI NEGARENT, DIMITTERENTUR INCOLUMES. Euſebius lib. 5. cap. 1. pag. 132. Hæccine Marcus mandaſſet, ſi adjutores adverſus ſitim, Chriſtianos ſe habuiſſe putaviſſet? Sævierint Populi, ſi lubet, graſſati fuerint Proconſules, edicta Marci de extinguenda perſecutione ſpreverint; ſaltem gratus ille Marcus, non reſcripſiſſet, Chriſtianos confitentes, gladio cædendos eſſe. Id tamen decreviſſe liquet: quod literis ejus ad Senatum, de pluvia a Chriſtianis impetrata miſſis, prorſus repugnat.

34. Objiciuntur tamen Marci epiſtolæ, qui ea de reſcripto ad Senatum dato, publice teſtatus eſt. * Si Marci literæ extitiſſent de impetrato a Chriſtianis imbre, vix, ac ne vix quidem, magnam Euſebii in conquirendis ejuſmodi monumentis, diligentiam effugiſſent. Atqui in has literas, Chriſtianorum nemo eſt, qui ſe conjeciſſe oculos ſcripto prodiderit. Non Tertullianus, non Euſebius, imo non Hieronymus. * Dixiſſet ne CHRISTIANORUM FORTE MILITUM PRECATIONIBUS, ſi literas perlegiſſet? Siccine Marcus Senatui ſcripſit? Si verum volumus, in uno Tertulliani teſtimonio innititur Hieronymus, qui ipſiſſima verba ejus, excepto verbo exſtat, quod ſibi collegiſſe videbatur in Tertulliano. Non igitur αὐτοψίᾳ, ſed conjecturis fretus Tertullianus, de Marci datis ad Senatum epiſtolis cogitavit. Senatui quidem ſcripſerat Marcus, teſte Dione, ac quin in literis nominavit ſuis auxilii, quod divinitus acceperat, vix cadit in dubium. Tertullianus ergo Apollinaris, aliique qui impetratum imbrem, Chriſtianorum militum precibus aſſignabant, eo etiam cogitationis venêre, quod Marcus in ſuis ad Senatum epiſtolis, pluviam Chriſtianis referebat acceptam. Quam fovit & conjecturam Legionis Fulmineæ titulus, veluti hoc ex prodigio ortus. Tertullianus quidem facta literarum mentione, ſubinde addit: Qui SICUT PALAM AB EJUSMODI hominibus pœnam dimovit, ita alio modo diſperſis, adjecta etiam accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore. (Apologet. c. 5.) Quibus apparet, & promptum eſt, Tertullianum eo mentis veniſſe, hoc decreti fructum eſſe, & impetratæ a Chriſtianis pluviæ, & ſcriptarum Patribus Conſcriptis literarum. Quem tamen ſua fallit ratio. Quæ enim affert Tertullianus deſumpta ſunt Marci ex epiſtola ad Commune Aſiæ. QUOD, SI QUIS ADHUC PERGIT CUIQUAM ILLORUM NEGOTIUM FACESSERE, EX EO QUOD CHRISTIANUS SIT, DELATUS QUIDEM CRIMINE ABSOLVATUR; TAMETSI CONSTET EUM RE IPSA CHRISTIANUM ESSE, DELATOR AUTEM IPSE POENAS LUAT. (Euſebius lib. 4. cap. 3.) Quod reſcriptum bello Marcomannico prius eſt, cum in eo SARMATICUS non dicatur, aut GERMANICUS. Sarmaticus autem poſt debellatos Quados, teſtis eſt Athenagoræ Apologia. Equidem, ſi certum fuiſſet, & a Legione Chriſtianorum, advocatum fuiſſe imbrem, & Marcum hoc ſcripſiſſe Senatui; nunquam narrationi ſuæ colophonem ejuſmodi impoſuiſſet Euſebius (lib. 5. c. 5.) Sed de his quiſque pro ſuo arbitratu ſtatuat. Indicio Euſebium ipſum ea de traditione dubitaſſe, etſi Tertulliani verba immutavit, omiſſo FORTE adverbio, quod habet Tertullianus.

35. Baronius tamen, Pamelius, aliique nonnulli, Marci reſcriptum etiamnum extare arbitrantur. Poſt priorem Juſtini martyris apologiam, addita legitur Marci Imp. epiſtola ad Senatum. Teſtatur Imp. barbarum exercitum, ex omni turba conferta nongentorum ſeptuaginta MILITUM (ita pro MILLIUM) adeſſe. In quintum jam diem, aquam, quod ea defeciſſet, Romanos non cepiſſe. Ad Chriſtianorum, (quorum MAGNUS ERAT IN EXERCITU numerus, invocationem, confeſtim aquam in Romanos frigidiſſimam; in hoſtes verò imminentes, grandinem igneam cecidiſſe. Quocirca ſtatuit Imp., ne hominem ejuſmodi, quod Chriſtianus ſit, accuſare liceat; delatorem ipſum VIVUM COMBURI JUBET. Conſtitutionem hanc ſuam, in Foro Trajani proponi mandat, ut legi poſſit: in Provincias quaſque mittendam curabit VETRASIUS POLLIO PRÆFECTUS. Subditam epiſtolam ipſe fatetur Huetius, adductus Scaligeri rationibus, atque Salmaſii. Titulus quidem PARTHICI non omiſſus eſt, ut perperam ſcripto prodit Scaliger; deſiderantur autem alii tituli, quos in epiſtola Patribus miſſa, Marcus minime prætermiſſet. PATER PATRIÆ. Trib. Pot. Pont. Max. Neque laureatas literas Senatui, Populoque Romano mittebant Imperatores: cum, quæ Marci eſſe dicitur, ſcribatur POPULO ROMANO, ET SACRO SENATUI. Quo vel epitheto, epiſtola falſi coarguitur. Non probatur tamen

Digitized by Google

uen Salmaſio Scaligerana critica, quæ δρούγγων *pro* δρακόντων *repoſuit. De ſuis enim copiis loquitur Marcus, quæ barbarorum multitudine multo minores fuere. Dracones decem erant in unaquaque Legione. Sic* DRACONES SEPTAGINTAQUATUOR, EFFICIEBANT SEPTEM LEGIONES CUM PENE DIMIDIA. *Ex ea verò voce, Salmaſio naſcitur argumentum in epiſtolam. Nam Dracones inter ſigna militaria apud Romanos nondum erant.* DRACONEM VERO' UNUM, MILLE HOMINES SEQUEBANTUR. Atque hæc *Samuel* Baſnagius, non pro Dione, ſed in Legionem Fulmineam, idcirco nuncupatam, & in Epiſtolas Marci ad Senatum Populumque miſſas ex ſuppoſitione, pro Chriſtianis.

36. Adhibeo hæc omnia pro Dione: pro quo breviter dico; ut de miraculo nemini dubitandum, ita ab homine Chriſtiano, non poſſe credi, nec debere credi; ab aliis, quam a Chriſtianis precatoribus impetratum. Eadem perſuaſio pro ſuis, pervaſit Ethnicos; qui Mercurium; qui Jovem ipſum; qui Anuphis artes; qui Marci pietatem obtenderunt. Jactavit tunc quiſque ſuos: ut fit ſæpe, cum hoſtium pro ſe quiſque victoriam jactat. Ethnici cum Dione tunc puto, ſic ſcripſerunt: ſic inde pro noſtris Chriſtiani. Immotæ res permanſerunt apud Idololatras, & nec mirum, nec ſcelus eſt, quod Dio ſic ſcripſit, ut ipſe, & omnes alii non Chriſtiani, traditum apud ſe norant. Summa æquitas iſta jubet, ut noſtris potius credamus, quam alienis: & iniquitas ſumma eſſet, virum honeſtum & probum coarguere, ita ſe gerentem. Noſtri, ex deſiderio, facile, ex fama & rumoribus, (quæ vires acquirunt eundo) ex imperitia populari, ſibi perſuaſerunt, (quod ſine crimine effingebant commentum) *Legionem* id peregiſſe: eamque *ex ſolis conſtantem Chriſtianis: indeque dictam Fulmineam* aut *Fulminatricem.* Et ſub ruinoſis his fundamentis, hinc primò jactatæ, tum fictæ a viro ſimplici & maleſeriato, & ſubdita veris, literæ ut Marci Aurelii ad *Sacrum* Senatum, Populumque Romanum, pro teſtimonio maximi beneficii. Sane qui ſuo abuſus eſt otio, Vitraſium Pollionem, ait, tunc fuiſſe Præfectum Urbi: Pugna illa fuit anno 174., quo tempore ex Coſ. I. ſuffecto, *L.* (vel *T.*) *Vitraſius Pollio*, anno 176. ordinarius II. proceſſit *Conſul cum M. Flavio Apro II.* Coſ. Stylus hominem Græcum olet, non Latinum, & hinc imperitia formularum: hinc ſubſtructiones ineptæ, & *Dracones* illi, qui ſuum hunc hortum Heſperidum tuerentur. In materia religionis, quiſque tuetur ſuam; Dio forte nec audierit, aut ſciverit, quæ inter ſe clanculo dicerent Chriſtiani: Et ſi quis ipſum in ſuos, hæc noſſe, & ſcripſiſſe velit, is abripitur deſiderio; quo ego vellem, non ſolum ut ſcripſiſſet pro Chriſtianis, ſed ut Chriſtum amplexus, indutus eſſet. Unum noto; *circumferri* literas illas dici, a Tertulliano, ab Euſebio, ab Oroſio, a Hieronymo: a nemine verò eorum dici unquam fuiſſe lectas, in ſecundo, tertio, quarto & quinto ſeculo Chriſtiano. Quid inde? non erant lux, ſed tenebræ; & tenebrio fuerit, etiam ille qui eas finxit.

37. Liberato ita Dione ab oppoſitionibus, quas in ipſum eruditiores noſtri peregerunt; teſtaret ab aliis eum patrocinari, quæ in V. Cl. rejecerunt Scaliger & DodWellus. Scaliger ſæpe abripitur ſuo igne: viſum modò in *Drungis* quam male vapulet a Salmaſio: & *fabulam, adventum Cleopatræ in Urbem, dum dicit ad Euſebium, perverſe errat: & merito, licet ſatis acerbe, a Caſaubono* (*ad cap.* 52. Julii Cæſaris, Suetonii) quoque *vapulat.* Non tanti autem ſunt, quæ non probat DodWellus, ut pro iis eluendis hic diutius immorari debeamus. In rebus Trajani, nemo verſatior ſit Dione, qui ejus vitam, primitias ſuorum laborum fecit; ac proinde, pro ejus gloria totus fuit. DodWellus ſæpiſſime hallucinatur; & dum cum Xiphilino dimicat, fingit ſe cum Dione decertare, ut ex hoſte magno, ſed ſubdititio victoriam ſibi canat. Simulat ſe cum Dione pugnare, cum digladiatur cum Xiphilino, qui ejus Epitomen ſupino ſæpe judicio, ea detruncat male, quæ veritati Hiſtoricæ adverſantur. Si hæc tollas, & pauca alia; nihil ſani, aut validi habeas, quæ intorqueas in Dionem. Si ergo cum opponit in ipſum, ei Xiphilini perſonam detrahas; illico, cujus ponderis ſint ejus objectiones tute videris. Nos qui ſuo loco, in notationibus, eorum alia, reliquorumque grammaticorum, expendemus & reſolvemus; modò ad alia properamus, quæ eruditioribus erunt grata.

DIONIS VITA, EX EJUS VERBIS COLLECTA.

C A P. VIII.

Libro 49.

A. U. C. 719. L. Cornificio L. F. & Sex. Pompejo Sex. F. Coſſ.

De Pannonibus dum loquitur; p. 413. B. C. D.

1. TΑῦτα δὲ οὐκ ἀκούσας, οὐδ' ἀναγνοὺς μόνον, ἀλλ' ἔργῳ μαθὼν, ὡς καὶ ἄρξας αὐτῶν οἶδα. Μετὰ γὰρ τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν, τῇ τε Δαλματίᾳ, ἧς ποτε καὶ ὁ πατήρ μου χρόνον τινὰ ἦρξε, καὶ τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω καλουμένῃ προσετάχθην· ὅθεν ἀκριβῶς πάντα τὰ κατ' αὐτοὺς εἰδὼς γράφω. Quod ego non auditu tantùm, aut lectione, ſed re ipſa cognitum (quum præfuerim videlicet ei nationi) ſcribo. Nam poſt Africæ Præfecturam, Dalmatiæ (quam olim pater quoque meus aliquando adminiſtravit) & Pannoniæ ſuperiori præpoſitus fui, quæ ſcribo explorata *mihi ſunt.* Nomen autem Pannonibus inditum eſt, ex eo, quod tunicas manicatas, e veſtimentis in pannos more indigenarum patrio conſcindant, & conſuant, atque inde ſibi nomen ſumant; Verum, ſive nominis ea eſt ratio, ſive alia; certe quidam Græci, veritatis ignari; Pæones eos vocarunt: quod ipſum equidem nomen antiquum eſt, non tamen iſtius populi; ſed ejus, qui ad montem Rhodopen, & ad ipſam Macedoniam habitant, quæ nunc uſque ad mare pertingit. Τῷ οὖν περ καὶ ἐγὼ, ἐκείνους μὲν Παίονας, τούτους δὲ Παννονίους, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς καλοῦσι, προσαγορεύσω. Quopropter illos ego Pæonas, hos verò Pannonios nominabo; ſicut & ipſi ſeſe, & Romani eos appellant.

Libro 69.

A. U. C. 871. Hadriano Aug. II., & Claudio Fuſco Salinatore Coſſ.

Locutus de Trajani morte, & ſucceſſione Hadriani, pag. 788. A. B.

2. Ὁ γὰρ πατήρ μου Ἀπρωνιανὸς τῆς Κιλικίας ἄρξας, πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἐμεμαθήκει σαφῶς· Ἔλεγε, δὲ τά τε ἄλλα ὡς ἕκαστα, καὶ ὅτι ὁ θάνατος τοῦ Τραϊανοῦ, ἡμέρας τινὰς διὰ τοῦτο συνεκρύφθη, ἵν' ἡ ποίησις προεκφοιτήσῃ· ἐδηλώθη δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν πρὸς τὴν βουλὴν γραμμάτων αὐ-

τοῦ

τοῦ· τὰς γὰρ ἐπιστολὰς, οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ἡ Πλωτίνα ὑπέγραψεν· ὅπερ ἐπ' οὐδενὸς ἄλλου ἐπεποιήκει. Apronianus enim pater meus, qui Ciliciæ præfuit, quique res ejus omnes certò novit, mihi ſingula recenſuit; atque illud in primis, mortem Trajani per aliquot dies in occulto fuiſſe, ut adoptio procederet: ejus enim literis non ipſe, ſed Plotina ſubſcripſit: quod in alio nullo negotio ipſe fecerat.

Libro 72. pag. 818.

Anno ab U. C. 934. Commodo Aug. 3. & Antiſtio Burrho Coſſ.

3. Λέγω δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ, οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας παραδόσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἤδη τηρήσεως. Hæc autem cæteraque omnia quæ ſequuntur, non ab aliis tradita, ſed a me obſervata notavi. Poſtquam Romam venit (*Commodus*) orationem in Senatu habuit, in eaque meras nugas dixit.] *Aderat ipſe in Senatu Dio.*

Pag. 819. & 820.

Anno ab U. C. 936. Commodo Aug. 4. & Victorino 2. Coſſ.

4. Mortuo Commodo, *fuit qui ſe Sextum* (Quintilium Condianum, Maximi filium) *diceret Pertinaci.* * Τοῦτό τε οὖν αὐτὸς ἤκουσα παρών, καὶ ἕτερον τοιόνδε εἶδον. *Id ipſe præſens audivi; & aliud tale vidi. Eſt Malli, quod oppidum eſt Ciliciæ, oraculum Apollinis &c.* οὐδ' ἔχων αὐτὰ συμβαλεῖν, τῷ πατρὶ συνὼν ἄρχοντι τῆς Κιλικίας, πρὶν πυθέσθαι τούς τε ἀδελφοὺς ὑπὸ τοῦ Κομμόδου, ὃς μετὰ ταῦτα τὸν Ἡρακλέα ἐζήλωσε, τρόπον τινὰ πνιγέντας. *Quam rem ego, quum eſſem in Cilicia cum patre meo, qui ei Provinciæ præerat, non ante potui conjicere, quam fratres a Commodo, qui Herculem poſtea imitatus eſt, quodammodo ſuffocatos eſſe intelligerem.*

Pag. 824. A.

A. U. C. 944. Caſſio Aproniano, & Metilio Bradua II. Coſſ.

5. Γέγονε δὲ καὶ νόσος μεγίστη ὧν ἐγὼ οἶδα· δισχίλιοι γοῦν πολλάκις ἡμέρας μιᾶς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐτελεύτησαν. Per idem tempus tanta peſtilentia fuit, quantam nunquam ego fuiſſe cognovi: nam uno die Romæ moriebantur, ſæpe numero ad duo millia hominum.

Anno ab U. C. 945. Commodo Aug. 7. & P. Helvio Pertinace Coſſ.

6. Καὶ τέλος ἐν γενεθλίοις τοῖς ἑαυτοῦ, ἡμᾶς τε καὶ τὰς γυναῖκας ἡμῶν, καὶ τοὺς παῖδας, δύο χρυσοῦς, ἕκαστον, ὥσπερ τινὰ ἀπαρχὴν ἐκέλευσεν οἱ ἀποφέρειν. *Natali denique ſuo die*, Commodus, *nobis, uxoribuſque noſtris, liberiſque viritim binos aureos, tanquam primitias aliquas imperavit: idque tributum pendere coëgit.* Pag. 825. B.

7. Ἐνέδυ δὲ, πρὶν μὲν ἐς τὸ θέατρον ἐσιέναι, χιτῶνα χειριδωτὸν σηρικόν, λευκόν, διάχρυσον· καὶ ἐν τούτῳ τε αὐτὸν τῷ σχήματι ὄντα ἠσπαζόμεθα. *Solebat antequam veniret in Theatrum, amictus eſſe tunica manicata ſerica alba aurointerſtincta; eumque hoc habitu amictum ſalutabamus.* Ibid. C.

8. *Bibebat defeſſus in medio certamine, elavato e calice, vino dulci refrigerato, e mulieris manu ſumto, uno hauſtu.* Ἐφ' ᾧ καὶ ὁ δῆμος καὶ ἡμεῖς παραχρῆμα πάντες τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι, ἐξεβοήσαμεν, Ζήσειας. Καὶ μή μέ τις κηλιδοῦν τὸν τῆς ἱστορίας ὄγκον, ὅτι καὶ τὰ τοιαῦτα συγγράφω, νομίσῃ· ἄλλως μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἶπον αὐτά· ἐπειδὴ δὲ πρός τε τοῦ αὐτοκράτορος ἐγένετο, καὶ παρὼν αὐτὸς ἐγὼ καὶ εἶδον ἕκαστα καὶ ἤκουσα καὶ ἐλάλησα, δίκαιον ἡγησάμην μηδὲν αὐτῶν ἀποκρύψασθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτά, ὥσπερ τι ἄλλο τῶν μεγίστων καὶ ἀναγκαιοτάτων, τῇ μνήμῃ τῶν ἔπειτα ἐσομένων παραδοῦναι. καὶ μέντοι καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἐπ' ἐμοῦ πραχθέντα λεπτουργήσω καὶ λεπτολογήσω μᾶλλον ἢ τὰ πρότερα, ὅτι τε συνεγενόμην αὐτοῖς, καὶ ὅτι μηδένα ἄλλον οἶδα τῶν τι δυναμένων ἐς συγγραφὴν ἄξιον λόγου καταθέσθαι, διηκριβωκότα αὐτὰ ὁμοίως ἐμοί. Neque verò quiſquam exiſtimare debet, me propterea gravitatem fœdare hiſtoriæ, quod hæc ſcribo: nam quum ea ab Imperatore facta ſint, adfuerimque ipſe præſens, viderimque ſingula, audiverim, & collocutus ſim, non abs re nihil reticendum putavi. Sed ea perinde volui, ac ſi maxima eſſent, apprimeque neceſſaria, poſteris memoriæ prodita relinquere. Itaque cætera, quæ hac ætate facta ſunt, accuratiùs, diligentiuſque perſcribam, quam ſuperiora; partim quod ego eis interfui; partim quod neminem novi alium (ex his, qui aliquid dignum opera tradiderunt) qui ea pari diligentia pertractarit: Pag. 825. E. 826: A.

Pag. 826. D.

9. Poſt eum pugnabant cæteri: ac primo die, ipſe toto ſumpto Mercurii habitu, cum inaurata virga, conſcenſoque ſimili ſuggeſtu, eos omnes inſeriùs commiſit; ὅπερ που καὶ ἐν τέρατος λόγῳ ἔχομεν. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐπί τε τὴν συνήθη ἕδραν ἀνῄει, καὶ ἐκεῖθεν τὰ λοιπὰ μεθ' ἡμῶν ἐθεώρει: quam rem nos habuimus loco oſtenti. Poſt revertit in ſellam, in qua ſedere conſueverat; indeque una nobiſcum ſpectabat cætera.

Pag. 127. A.

10. Quatuordecim dierum fuere ſpectacula hujus generis: & quoties ipſe certaret; ἡμεῖς μὲν οἱ βουλευταὶ ἀεὶ μετὰ τῶν ἱππέων συνεφοιτῶμεν * πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπεβοῶμεν τά τε ἄλλα ὅσα ἐκελευόμεθα, καὶ αὐτὸ τοῦτο συνεχῶς· Καὶ κύριος εἶ, καὶ πρῶτος εἶ, καὶ πάντων εὐτυχέστατος, νικᾷς νικήσεις ἀπ' αἰῶνος· Ἀμαζόνιε νικᾷς: itabamus ſemper nos Senatores una cum equitibus: * & tum magna voce dicebamus multa, ut juſſi eramus: illud autem crebrò: Et Dominus es, & primus es & omnium feliciſſimus, æternum victorias vinces: Amazonie vincis. *Lit. C.*

11. Idem Commodus indutus Herculem, pedibus carentes, unum in locum adductos *omnes percuſſit atque interfecit.* Οὕτως ὁ φόβος πᾶσι κοινός, καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἦν· ἔπραξε δὲ καὶ ἕτερον τοιόνδε πρὸς ἡμᾶς βουλευτάς, ἐξ οὗ οὐχ ἥκιστα ἀπολεῖσθαι προσεδοκήσαμεν. Στρουθὸν γὰρ ἀποκτείνας, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμών, προσῆλθεν ἔνθα ἐκαθήμεθα, τῇ τε ἀριστερᾷ χειρὶ ἐκείνην, καὶ τῇ δεξιᾷ τὸ ξίφος ᾑματωμένον ἀνατείνας· καὶ εἶπε μὲν οὐδέν, τὴν δὲ κεφαλὴν τὴν ἑαυτοῦ σεσηρὼς ἐκίνησεν, ἐνδεικνύμενος ὅτι καὶ ἡμᾶς τὸ αὐτὸ τοῦτο δράσει. Κἂν συχνοὶ παραχρῆμα ἐπ' αὐτῷ γελάσαντες ἀπηλλάγησαν τῷ ξίφει, (γέλως γὰρ ἡμᾶς, ἀλλ' οὐ λύπη ἔλαβεν) εἰ μὴ δάφνης φύλλα ἃ ἐκ τοῦ στεφάνου εἶχον, αὐτός τε διέφαγον, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πλησίον μου καθημένους διατραγεῖν ἔπεισα· ἵν' ἐν τῇ τοῦ στόματος συνεχεῖ κινήσει, τὸν τοῦ γέλωτος ἔλεγχον ἀποκρυψαίμεθα. Τοιούτων δ' οὖν τούτων γενομένων παρεμυθήσατο ἡμᾶς, ὅτι μέλλων αὖθις μονομαχῆσαι, παρήγγειλεν ἡμῖν ἔν τε τῇ στολῇ τῇ ἱππάδι καὶ ἐν ταῖς μανδύαις ἐς τὸ θέατρον ἐσελθεῖν· ὅπερ οὐκ ἄλλως ποιοῦμεν εἰσιόντες ἐς τὸ θέατρον, εἰ μή τινα τῶν αὐτοκρατόρων τις μεταλλάξειε· καὶ ὅτι ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τὸ κράνος αὐτοῦ κατὰ τὰς πύλας, καθ' ἃς οἱ τελευτῶντες ἐκφέρονται, ἐξεκομίσθη. Ἐκ γὰρ τούτων καὶ πάνυ πᾶσι πάντως ἀπαλλαγήν τις αὐτοῦ γενήσεσθαι ἐνομίζετο. Ἀπέθανε γέ τοι, μᾶλλον δὲ ἀνῃρέθη οὐκ ἐς μακράν. *

12. Is timor omnibus erat communis, tam nobis, quam aliis. Fecit autem & aliud hujuſmodi erga nos Senatores, unde vel maxime interitum expectavimus. Occiſo namque ſtruthocamelo, ejuſque capite amputato, acceſſit ad locum, ubi ſedebamus: quumque id caput ſiniſtra, dextra gladium cruentum porrigeret, nihil equidem dixit, ſuum autem caput, renidenti oris geſtu, movit, ut oſtenderet, facturum ſe idem nobis. Quamobrem cum multi riderent, gladio ſtatim occiſi eſſent (quippe non mæror, ſed riſus nos invaſerat) niſi ego folia lauri, quæ habebam ex corona, comediſſem, perſuaſiſſemque cæteris, qui juxta ſedebant, ut & ipſi manducarent: videlicet ut facto oris motu continuo, indicium riſus celaremus. His peractis, magnum nobis ſolatium præbuit, quod quum eſſet rurſus, gladiatorum more pugnaturus; nos equeſtri amictu & penula indutos venire in Theatrum juſſit: quo habitu, nunquam antea, Theatrum ingredi conſueveramus; niſi Princeps e vita deceſſiſſet. Ad illud acceſſit etiam, quod poſtremo die ludorum, galea ejus elata fuit per Portas, per quas efferri ſolent defuncti. Ipſe quidem certe, non multo poſt obiit, vel potius occiſus eſt.

Pag. 828. D.E.

ria afflixit: ſed caſu quodam, ac potius divino conſilio factum eſt, ut Porſena bellum omitteret. Nam quidam Mucius Cordus, cum omni virtute præſtans, tum militari fortitudine præſtan-

clopem, vellet, labente lingua obtinuit, ut diceretur a vulgo Cocles. Hic poſitus in ſtatione pontis, quoad eum ſocii a tergo reſcidiſſent, ſuſtinuit hoſtes. Inde armatus ſe in Tyberim miſit, atque incolumis ad ulteriorem ripam tranavit, jaculo Hetruſco in natibus ictus. Cujus virtutem Publicola admiratus, ſtatim tulit ad populum, ut quiſq; ex Quiritibus cibaria ei unius diei conſerret, deinde donarent quantum agri uno die circumaraſset. Ad hæc ſtatuam æneam ei in Æde Vulcani poſuerunt. Eo honore, contractam ex vulnere clauditatem, lenivere. Dum autem Porſena urbem premit, infeſtavit inſuper Romanos fames, & Thuſcorum alter exercitus, per ſe agrum populatus eſt. Publicola tertium Coſ. obſiſtere Porſenæ ſtatuit, quieſcendo, & urbem tuendo: in Hetruſcos verò copias eduxit occulte, eoſque acie fudit, quinque millibus interfectis.

At factum C. Mutii a multis, ſed diverſimode celebratum eſt; neque id nos, ut maxime conſentaneum eſt, præteribimus. Fuit hic cum omni ornatus virtute, tum bellicis artibus præſtantiſſimis. Porſenam autem cum conſtituiſset opprimere incautum, veſte indutus Hetruſca, & aſſimili lingua utēs, in caſtra penetravit. Quum ambiiſset tribunal ubi Rex conſidebat, ignoraret autem Regem, & timeret ſciſcitari qui eſset, quem ma-

συγκεχύσθαι, κύκλωπα βουλόμενοι καλεῖν αὐτὸν οἱ πολλοί, τῆς γλώττης ὀλισθαινούσης, ἐκράτησαν ὑπὸ πλήθους Κόκλιον καλεῖσθαι. Οὗτος ἑστὼς πρὸ τῆς γεφύρας ἠμύνετο τοὺς πολεμίους, ἄχρις οὗ διέκοψαν οἱ σὺν αὐτῷ κατόπιν τὴν γέφυραν· οὕτω δὲ μετὰ τῶν ὅπλων ἀφεὶς ἑαυτὸν ἐς τὸν ποταμὸν ἀπενήξατο, ϗ προσέμιξε τῇ πέραν ὄχθῃ, δόρατι Τυῤῥηνικῷ βεβλημένος τὸν γλουτόν. Ὁ δὲ Ποπλικόλας τὴν ἀρετὴν θαυμάσας, αὐτίκα μὲν εἰσηγήσατο Ῥωμαίους ἅπαντας ὅσην ἕκαστος ἐν ἡμέρᾳ τροφὴν ἀνήλισκε, δοῦναι συνεισενεγκόντας· ἔπειτα τῆς χώρας, ἣν αὐτὸς περιαρόσειεν ἐν ἡμέρᾳ. πρὸ δὲ τούτοις, εἰκόνα χαλκῆν ἔστησαν αὐτῷ ἐν τῷ ἱερῷ Ἡφαίστου· τὴν γενομένην ἐκ τοῦ τραύματος τῷ ἀνδρὶ χωλότητα, μετὰ τιμῆς παρηγοροῦντες. Ἐπικειμένου δὲ τοῦ Πορσήνα τῇ πόλει, ϗ λιμὸς ἥπτετο τῶν Ῥωμαίων, Τυῤῥηνῶν ἕτερος στρατὸς αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἐς τὴν χώραν ἐνέβαλε. Ποπλικόλας δὲ τὸ τρίτον ὑπατεύων, Πορσήνᾳ μὲν ἀτρεμῶν ϗ φυλάττων τὴν πόλιν, ᾤετο δεῖν ἀντέχειν· τοῖς δὲ Τυῤῥηνοῖς ὑπεξῆλθε ϗ συμβαλὼν, ἐτρέψατο, ϗ πεντακισχιλίους αὐτῶν ἀνεῖλεν.

12. Τὸ δὲ περὶ Μούκιον, εἴρηται μὲν ὑπὸ πολλῶν διαφόρως, λεκτέον δὲ ᾗ μάλιστα πιστεύεται ϗ ἡμῖν. Ἦν ἀνὴρ ἐς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος· ἐπιβουλεύων δὲ τὸν Πορσήναν ἀνελεῖν, παρεισῆλθεν ἐς τὸ στρατόπεδον, Τυῤῥηνίδα φορῶν ἐσθῆτα, ϗ φωνῇ χρώμενος ὁμοίᾳ· περιελθὼν δὲ τὸ βῆμα τοῦ βασιλέως καθεζομένου, καὶ σαφῶς μὲν αὐτὸν οὐκ εἰδὼς, ἐρέσθαι δὲ περὶ αὐτοῦ δεδιὼς, ὃν ᾠήθη μάλιστα τῶν συγκαθεζομένων ἐκεῖ-

DIO APUD TZETZEM Chiliade b. c. 39. a v. 202.

Purſenna Lartas, ſin vis Claras nomine,
Romam obſidebat magno cum exercitu:
Romanus verò generoſus Mucius,
Armiſque indutus, Tyrrhenoque & habitu,
It inter hoſtes, hunc ut interimeret.
Scriba cum Rege tunc ſederet accidit,
Lingua, Cluſinus, qui Tyrrhena dicitur,
Dubitans ergo, quis Rex eſſet, Mucius,
Cluſinum pro Porſenna Rege interficit.
Rex verò, ut comprehenſum hunc interrogat,
Cur hoc feciſſet, quidve ab illo injuriæ?
Non ſum Tyrrhenus, clamat, ſum Romuleus:
Sane trecenti alii, mente mei ſimiles,
Qui tibi necem parant: falsò hoc ſimulat.
In ignem verò injecta manu dextera,
Velut, non ipſe arderet, Regem proſpicit.
Quo ei dicente, ſe cur ſic proſpiceret?
Quod erravi, ait, quod te non occiderim;
Sed pro te iſtum, quem Poſennam credidi.
At nunc amicus fies, ille dictitat.
Si tu Romanus fias, inquit Mucius.
Porſennas ob virtutem viri ſtupidus,
Romanus fit, amicus, pugna deſtitit.

[Λάρτας Πορσέννας] Τυῤῥηνικὸς, [ἢ Κλάρας γε Πορσέννας,]
Κατὰ τῆς Ῥώμης ἦν χωρῶν στρατεύματι μεγάλῳ·
Μούκιος δὲ Ῥωμαῖος τις γεννάδας στρατιώτης,
Ὅπλα καὶ σχῆμα Τυῤῥηνῶν ἠμφιεσμένος τότε,
Χωρεῖ κατόπτης κατ' αὐτῶν, κτεῖναι Πορσένναν θέλων·
(Συγκαθημένῳ τούτῳ) δὲ τότε τοῦ γραμματέως,
Ὃς ἦν τῇ γλώσσῃ Τυῤῥηνῶν, Κλούσινος κεκλημένος,
Ἀμφιγνοῶν ὁ Μούκιος, τίς βασιλεὺς τυγχάνει,
(Ἀπέκτεινε) τὸν Κλούσινον ἀντὶ τοῦ βασιλέως.
Ὡς συσχεθέντα τοῦτον δὲ ἀνέκρινε Πορσέννας,
Τί ποτε τοῦτο δέδρακε, τί προπαθὼν ἐκ τούτου;
Οὐ Τυῤῥηνὸς, ἐβόησε, Ῥωμαῖος δὲ τυγχάνω.
(Ἄλλοι σε τριακόσιοι) ὅμοιοι (μοι τὴν γνώμην,)
Σὲ νῦν τηροῦσιν ἀνελεῖν· τοῦτο ψευδῶς δὲ εἴρηκε.
Τῆς δὲ χειρὸς τῆς δεξιᾶς εἰς πῦρ ἐμβεβλημένης,
Αὐτὸς, ὡς ἄλλου πάσχοντος, ἔβλεπε πρὸς Πορσένναν.
Τούτου δ' εἰπόντος, πρὸς ἡμᾶς, τί ἀτενῶς προσβλέπεις;
Ἔφη, τί πῶς πεπλάνημαι, καὶ σε μὲν οὐκ ἀνεῖλον,
Ἀνεῖλον δὲ σοῦ ἀντ' ἐκεῖνον, ὃν ἔδοξα Πορσένναν.
Εἰπόντος τοῦ Πορσέννα δὲ, γενήσῃ νῦν μου φίλος.
Ὁ Μούκιος ἀντέλεξεν, εἰ γένῃ σὺ Ῥωμαῖος.
Θαυμάσας ὁ Πορσέννας δὲ τῆς ἀρετῆς τὸν ἄνδρα.
Φίλος Ῥωμαίοις γίνεται, ϗ παύει τὰ τῆς μάχης.

NOTAE.

Hæc e Dione eſſe clarum eſt, ex his quæ Plutarchianis adjecit Dio, & quæ habet Zonaras. Ceterum *Cluſium* urbem ignorat Tzetzes, qui pro *Cluſio* cive, *Cluſinum* ſcribæ proprium nomen facit. Sed a quonam is habuerit, quæ diverſa a Dione narrat, & an aliqua, ſequiorum Græculorum more, interſerat ſuo marte, hactenus mihi incertum.

ἐκεῖνον εἶναι, σπασάμενος τὸ ξίφος ἀπέκτεινεν. Ἐπὶ τούτῳ δὲ συλληφθεὶς ἀνεκρίνετο· καὶ πυρὸς ἐσχαρίδος πῦρ ἐχούσης, μέλλοντι τῷ Πορσήνᾳ θύειν κεκομισμένης, ὑπερσχὼν τὴν δεξιὰν χεῖρα, καιομένης τῆς σαρκὸς εἱστήκει πρὸς τὸν Πορσήναν ἀποβλέπων ἐστομωμένῳ καὶ ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ, μέχρις οὗ θαυμάσας ἀφῆκεν αὐτὸν, καὶ τὸ ξίφος ἀποδιδοὺς, ὤρεξεν ἀπὸ τοῦ βήματος· ὁ δὲ τὴν εὐώνυμον προτείνας ἐδέξατο· καὶ διὰ τοῦτό φασιν αὐτῷ γενέσθαι τὸ Σκαιόλαν ἐπίκλησιν, ὅπερ ἐστὶ Λαιόν. Ἔφη δὲ τὸν φόβον τῷ Πορσήνᾳ νενικηκὼς ἡττᾶσθαι τῆς ἀρετῆς, καὶ χάριτι μηνύειν ἃ πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσε. Τριακόσιοι γὰρ Ῥωμαίων, ἔφη, τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντες, ἐν τῷ στρατοπέδῳ σου πλανῶνται, καιρὸν ἐπιτηροῦντες· ἐγὼ δὲ κλήρῳ λαχὼν καὶ προεπιχειρήσας, οὐκ ἄχθομαι τῇ τύχῃ, διαμαρτὼν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ φίλου μᾶλλον, ἢ πολεμίου Ῥωμαίοις εἶναι πρέποντος. Ταῦθ' ὁ Πορσήνας ἀκούσας ἐπίστευσε, καὶ πρὸς τὰς διαλύσεις ἥδιον ἔσχεν, οὐ τοσοῦτο, μοὶ δοκεῖ, φόβῳ τῶν τριακοσίων, ὅσον ἀγασθεὶς καὶ θαυμάσας τὸ φρόνημα καὶ τὴν ἀρε-

τὴν

maxime ex confeſſu arbitratus eſt Regem eſse, eum ſtricto gladio obtruncavit. Ob id factum comprehenſus eſt, & quæſtio de eo habita. Erat ibi accenſus ad ſacrificium Porſenæ foculus: ei Mutius dextram injicit: dūque torretur caro intuitus Porſenam eſt, truci & imperterrito vultu: donec attonitus Rex miraculo, eum dimiſit; gladiumque, quem ei porrexit ex Tribunali, reddidit. Ille eum pretenſa læva accepit. Hinc fama eſt, eum Scævolæ nomen, quod eſt, Lævum invenisse. Ibi viciſse, ait, Porſenæ ſe terrorē, victum eſse ab ejus virtute, atque indicaturum ei gratis, quod minis non detexiſset. Trecenti Romani, inquit, conjuraverunt, & in caſtris tuis errant, captantes opportunitatem: ego, cujus prima ſors fuit, non ſuccenſeo fortunæ, quod a bono aberraverim viro, eoque, quem amicum potius, quā hoſtem eſse Populi Romani deceat. His dictis adjunxit Porſena fidem, propenſiorque fuit ad pacem jucundam; non ita, meo quidem judicio, illorum formidine trecento-

rum;

DIO APUD ZONARAM.

πόλεμον. [Ἀνὴρ] γάρ τις [Μούκιος] Κόρδος, [εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς κράτιστος] Σκαιόλας τὴν ἐπίκλησιν, ὃ δηλοῖ τὸν μονόχειρα, ἢ μὴ ἀρτιόχειρα, [τὸν Πορσήναν ἀνελεῖν βουλευσάμενος, παρῆλθεν εἰς τὸ ἐκείνου στρατόπεδον, Τυρσηνίδα φορῶν ἐσθῆτα, καὶ ὁμοίᾳ κεχρημένος φωνῇ] [καὶ σαφῶς μὲν τὸν Πορσήναν οὐκ εἰδὼς, ἐρέσθαι δὲ δεδιὼς, τὸν γραμματέα αὐτοῦ [συγκαθήμενον] αὐτῷ, καὶ ὁμοίως ἔχοντα τὴν στολὴν [σπασάμενος τὸ ξίφος ἀπέκτεινε,] [καὶ συλληφθεὶς ἀνεκρίνετο.] [Ἐσχαρίδος] δέ τινος [τῷ Πορσήνᾳ μέλλοντι θύειν παρακεκοσμημένης, ὑποσχὼν τὴν χεῖρα, καιομένης τῆς σαρκὸς, εἱστήκει πρὸς τὸν Πορσήναν ἀποβλέπων] ἀτρέπτῳ [προσώπῳ,] ὅθεν αὐτῷ ἐκ τῆς χειρὸς φθορᾶς ἐγένετο ἡ ἐπίκλησις, [μέχρι θαυμάσας ἐκεῖνος, ἀφῆκεν αὐτόν.] Ὁ δὲ Σκαιόλας ἕτερον ἐσοφίσατο τὸν ἐχθρὸν, καὶ εἶπε. [Τὸν φόβον σοῦ, Πορσήνα, νενικηκὼς, ἡττῶμαι σοῦ τῆς ἀρετῆς, καὶ χάριτι μηνύω, ἃ πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσα· τριακόσιοι Ῥωμαίων τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντες, ἐν τῷ στρατοπέδῳ σοῦ διατρίβουσιν, ὧν ἐγὼ προεπιχειρήσας κλήρῳ λαχὼν, οὐκ ἄχθομαι τῇ τύχῃ, διαμαρτὼν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ φίλου μᾶλλον, ἢ πολεμίου Ῥωμαίοις εἶναι] προσήκοντος· Ἐντεῦθεν [ὁ Πορσήνας] πρὸς τὰς] συμβάσεις ἐγένετο προθυμότερος. [ὁ δὲ Ποπλικόλας] τὸ τρίτον ὑπατεύων τότε [προσεκαλέσατο συνεχῶς τὸν Ταρκύνιον ἐπὶ δίκῃ, ὡς ἐξελέγξων κάκιστον·] καὶ ἐκπεπτωκότα τῆς ἀρχῆς δικαιότατα τοῦ Πορσήνα δικάζοντος. [Ἀποκρινομένου δὲ τοῦ Ταρκυνίου] μὴ ἀνέχεσθαι Πορσήναν δικαστὴν, [εἰ σύμμαχος ὢν μεταβάλλεται] · καταγνοὺς ὁ Πορσήνας τὸν πόλεμον κατελύσατο.] * Καὶ μετὰ ταῦτα δὲ πολλάκις μὲν, ἐπιχει-

ρήσαν

ſtantiſſimus, cognomento Scævola (quod *μονόχειρα*, vel *ἀρτιόχειρα*, ideſt *unimanum*, *vel non utraque manu perfectum* ſignificat) Tyrrheno habitu, , ſermonem etiam Tyrrhenorum imitans, cum Porſenam interficere decreviſſet, hoſtium caſtra ingreſſus, quod Porſenam non ſatis noſſet, neque rogare auderet, ſcribam cum Rege ſedentem, pari ornatu, ſtricto enſe interfecit. Comprehenſus, cum interrogaretur, dextera accenſa ad ſacrificium foculo injecta, interim dum caro uritur, intrepido vultu, Porſenam intuens aſtitit, (unde a clade manus, id ei cognomentum eſt inditum,) donec eum Rex prope attonitus miraculo dimiſit. Tunc vero hoſtem Scævola alio modo fefellit, his verbis: *Victo tui metu, Porſena, virtuti tuæ ſuccubui: at beneficium a me feres, quod vi, ac minis nequiviſſes. Trecenti Romanorum eandem ac ego ſententiam habentes, in caſtris tuis verſantur: quorum ego qui primus incepi ſorte delectus; non ſuccenſeo fortunæ, quod a bono viro aberrarim, digniore, qui Romanorum ſit amicus, quam hoſtis.* Ex eo Porſena propenſior ad pacis conditiones evaſit. Publicola verò, tum tertium Conſul, Tarquinium ſubinde in jus vocavit; ut ejus improbitate patefacta, vel Porſena judice, juſtiſſime Principatu dejectus exiſtimaretur. Sed cum Tarquinius reſpondiſſet, ſe Porſenam non admittere, ſi belli ſocius eſſe deſineret; Porſena cauſa ejus improbata, bellum depoſuit. (* Tarquinii verò poſt hæc, finitimarum etiam gentium auxiliis, regnum ſæpe recuperare conati, omnes in præliis occubuerunt præter ſenem, qui Superbus dicebatur, quod Græcus aliquis

ἐπιγ-

ADMONITIO.

(*) Hæc de fine Tarquiniorum, Dio ex Halicarnaſſeo, ad verbum fere exſcripſit, non ex Plutarcho, qui ea omiſit. Proinde nos ea edimus, uſque ad κατελύσατο, ne quid Dionis hic deſit.

rum; quâ commendatione & admiratione ſpirituum ac virtutis Romanæ. Hunc virũ etii plerique omnes, & Scævolam, & Mutium nominant; Athenodorus Sandon in libro, quem ad Octaviam ſcripſit Cæſaris ſororem, fuiſse etiam dicit, Poſtumium vocatum. At Publicola nontam acrem hoſtẽ exiſtimans Porſenam, quam magnopere referre, ut amicitiam & ſocietatem ejus adjungeret Populo Romano; non dubitavit cum Tarquinio controverſiam ferre judicem: fidentique animo provocavit crebro ad eũ, probaturum ſe, illum hominem ſceleratiſſimum eſse, & vere exutum Regno. Ad quod, quum aſperius reſpondiſset Tarquinius: nullius ſe cognitionem ſubiturum, & omnium minime Porſenæ, ſi a ſocietate diſcedat, & mutet ſententiam; infenſus Porſena cæpit male de eo ſentire. Intercedente itaque & magno ſtudio pro Romanis, filio ejus inſtante Arunte: pacem cum iis firmavit; ea lege, ut agrũ, quẽ ademerãt Hetruſcis, reſtituerent, & captivos remitterent, recipe-rẽtq; viciſſim perfugas. In hæc obſides dederũt, ex Patriciis prætextatos decẽ, & totidẽ virgines, in quibus Publicolę filia fuit Valer.

Interea, quum apparatum belli Porſena jam omnem, habita Romanis fide, diſſolviſſet, virgines Romanæ deſcenderunt lavatum, qua ripa arcuatim complexa amnẽ, lenem quam maxime & placidam efficiebat undam. Ubi nullam ſtationem vident, neque ullos prætereuntes aliàs aut prævehentes, ardor cepit eas, rapidum altumque fluvium tranandi. Sunt, qui dicant, unam earum Clæliam nomine, equo trajeciſſe; excitaſſeque & confirmaſse alias natantes. Ut ſoſpites ad Publicolam venerunt, non laudavit ille, nec probavit factum; ſed tulit moleſte, ſi Porſena ipſe inferior videretur, fide, & audacia puellarum, fraudis ſuſpicionem inuſtura Romanis eſſet. Comprehenſas igitur ad Porſenam remiſit. De quo Tarquinius certior factus, locatis inſidiis, ab ulteriore ripa magnam manum immiſit in eos, qui ducebant puellas. Illi nihilominus minori numero reſiſtentibus, filia Publicolæ Valeria, per medios erumpens pugnantes, & tres eam ſecuti ſervi præſtiterunt eam incolumem. Cum cæteræ non ſine periculo verſarentur inter dimicantes, Aruns Porſenæ filius, re intellecta, tulit iis propere ſuppetias, fugatiſque hoſtibus, Romanos expedivit. Ut vidit Porſena reductas virgines, authorem cæpti requiſivit, & aliarum hortatricem. Audito nomi-

τὴν τῶν Ῥωμαίων· τοῦτον τὸν ἄνδρα Μούκιον ὁμοῦ τι πάντων καὶ Σκαιόλαν καλούντων, Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδων ἐν τῷ πρὸς Ὀκταουίαν τὴν Καίσαρος ἀδελφὴν καὶ Ὀψίγονον ὠνομάσθη φησίν. Ὁ μέντοι Ποπλικόλας αὐτὸς οὐχ οὕτω πολέμιον ὄντα τὸν Πορσήναν βαρὺν ἡγούμενος, ὡς ἄξιον πολλοῦ τῇ πόλει φίλον γενέσθαι καὶ σύμμαχον, οὐκ ἔφευγεν ἐπ᾽ αὐτοῦ δίκην κριθῆναι πρὸς Ταρκύνιον, ἀλλ᾽ ἐθάῤῥει καὶ προὐκαλεῖτο πολλάκις, ὡς ἐξελέγξων κάκιστον ἀνδρῶν, καὶ δικαίως ἀφαιρεθέντα τὴν ἀρχήν. Ἀποκριναμένου δὲ τοῦ Ταρκυνίου τραχύτερον, οὐδένα ποιεῖσθαι δικαστὴν, ἥκιστα δὲ Πορσήναν, εἰ σύμμαχος ὢν μεταβάλλεται, δυσχεράνας καὶ καταγνοὺς ὁ Πορσήνας, ἅμα δὲ τοῦ παιδὸς Ἄῤῥουντος δεομένου καὶ σπουδάζοντος ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων, κατελύσατο τὸν πόλεμον, ἐπισταμένοις ἧς ἀπετέμοντο τῆς Τυῤῥηνίδος χώρας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποπέμπουσι, κομιζομένοις δὲ τοὺς αὐτομόλους. Ἐπὶ τούτοις, ὁμήρους ἔδωκαν ἐξ εὐπατριδῶν περιπορφύρους δέκα, καὶ παρθένους τοσαύτας, ὧν ἦν Ποπλικόλα θυγάτηρ Οὐαλερία.

13 Πραττομένων δὲ τούτων, τοῦ τε Πορσήνα πᾶσαν ἤδη τὴν πολεμικὴν ἀνεικότος παρασκευὴν, διὰ πίστιν, αἱ παρθένοι τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ λουτρὸν, ἔνθα δὲ μηνοειδής τις ὄχθη περιβάλλουσα τὸν ποταμὸν, ἡσυχίαν μάλιστα καὶ γαλήνην τοῦ κύματος παρεῖχεν. Ὡς δ᾽ οὔτε τινὰ φυλακὴν ἑώρων, οὔτε παριόντας ἄλλως ἢ διαπλέοντας, ὁρμὴν ἔσχον ἀπονήξασθαι πρὸς ῥεῦμα πολὺ καὶ δίνας βαθείας. Ἔνιοι δέ φασι αὐτῶν μίαν ὄνομα Κλοιλίαν, ἵππῳ διεξελάσαι τὸν πόρον, ἐγκελευσαμένην ταῖς ἄλλαις νεούσαις καὶ παραθαρρύνουσαν. Ἐπεὶ δὲ σωθεῖσαι πρὸς τὸν Ποπλικόλαν ἧκον, οὐκ ἐθαύμασεν, οὐδὲ ἠγάπησεν, ἀλλ᾽ ἠνιάθη, ὅτι Πορσήνα κακίων ἐν πίστει φανεῖται, καὶ τὸ τόλμημα τῶν παρθένων αἰτίαν ἕξει κακούργημα Ῥωμαίων γεγονέναι. Διὸ συλλαβὼν αὐτὰς, πάλιν ἀπέστειλε πρὸς τὸν Πορσήναν. Ταῦτα δ᾽ οἱ περὶ τὸν Ταρκύνιον προαισθόμενοι καὶ καθίσαντες ἐνέδραν τοῖς ἄγουσι τὰς παῖδας, ἐν τῷ πέραν ἐπέθεντο πλείονες ὄντες. Ἐκείνων δ᾽ ὅμως ἀμυνομένων, ἡ Ποπλικόλα θυγάτηρ Οὐαλερία διὰ μέσων ὁρμήσασα τῶν μαχομένων ἔφευγε, καὶ τρεῖς τινες οἰκέται συνδιεκπεσόντες, ἔσωζον αὐτήν· τῶν δ᾽ ἄλλων οὐκ ἀκινδύνως ἀναμεμιγμένων τοῖς μαχομένοις, αἰσθόμενος Ἄῤῥων ὁ Πορσήνα υἱὸς, ὀξέως προσεβοήθησε, καὶ φυγῆς γενομένης τῶν πολεμίων, περιεποίησε τοὺς Ῥωμαίους. Ὡς δὲ τὰς παρθένους κομι-

κομισθεῖσαν ὁ Πορσήνας εἶδε, τὴν κατηρξαμένην τῆς πράξεως καὶ παρακελευσαμένην ταῖς ἄλλαις, ἐζήτει· ἀκούσας δὲ τὸ ὄνομα τῆς Κλοιλίας, προσέβλεψεν αὐτὴν ἵλεῳ καὶ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ κελεύσας ἵππον ἀχθῆναι τῶν βασιλικῶν κεκοσμημένον εὐπρεπῶς, ἐδωρήσατο. Τοῦτο ποιοῦνται μαρτύριον οἱ μόνην τὴν Κλοιλίαν λέγοντες ἵππῳ διεξελάσαι τὸν ποταμόν· οἱ δ' οὔ φασιν, ἀλλὰ τιμῆσαι τὸ ἀνδρῶδες αὐτῆς τὸν Τυῤῥηνόν· ἀνάκειται δὲ τὴν ἱερὰν ὁδὸν πορευομένοις ἐς Παλάτιον ἀνδριὰς αὐτῆς ἔφιππος. ὅν τινες οὐ τῆς Κλοιλίας, ἀλλὰ τῆς Οὐαλερίας εἶναι λέγουσιν. Ὁ δὲ Πορσήνας διαλλαγεὶς τοῖς Ῥωμαίοις, ἄλλην τε ἑαυτοῦ πολλὴν μεγαλοφροσύνην ἐπεδείξατο τῇ πόλει, καὶ τὰ ὅπλα τοὺς Τυῤῥηνοὺς ἀναλαβεῖν κελεύσας, ἄλλο δ' οὐδὲν, ἀλλ' ἐκλιπεῖν τὸν χάρακα, σίτου τε πολλοῦ καὶ χρημάτων γέμοντα παντοδαπῶν, παρέδωκε τοῖς Ῥωμαίοις. Διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἔτι, πωλοῦντες τὰ δημόσια, πρῶτα κηρύττουσι τὰ Πορσήνα χρήματα, τιμὴν τῷ ἀνδρὶ τῆς χάριτος ἀΐδιον ἐν τῇ μνήμῃ διαφυλάττοντες. Ἕστηκε δὲ χαλκοῦς ἀνδριὰς αὐτοῦ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ἁπλοῦς καὶ ἀρχαϊκὸς τῇ ἐργασίᾳ.

Κυϊ.

nomine Clæliæ, intuitus placido & leni vultu, equum ex Regiis adduci, eximio inſtratum ornatu juſſit, eumque virgini dono dedit. Hoc teſtimonio nituntur, qui unam Clœliam referunt, equo fluvium ſuperaſſe: quod alii negant, ſed honoratam ab Hetruſco virilem ejus audaciā. Huic ſtatua equeſtris via ſacra, qua aſcenditur in Palatium poſita eſt. Alii, non Clœliæ eam, ſed Valeriæ aſſerunt eſſe. Porſena pace cum Romanis juncta, cum aliam civitati exhibuit ingentem munificentiam, tum nihil præter arma, ut deportarent Thuſci, caſtra commeatu, & omnis generis opulentia referta relinquerent, imperavit; eaque donavit Romanis. Unde mos uſque ad noſtram ætatem, in honorem & memoriam illius beneficii manet, in ſectionibus primùm bona Porſenæ Regis, proclamandi. Statua ei poſita ærea juxta Curiam, rudis & opere priſco.

Q.

DIO APUD ZONARAM.

ρησαν οἱ Ταρκύνιοι τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν, τοῖς ὁμοροῦσι Ῥωμαίοις ἔθνεσι συμμαχόμενοι· πάντες δ' ἐν ταῖς μάχαις διεφθάρησαν, πλὴν τοῦ γέροντος, ὃς καὶ Σούπερβος ἐκαλεῖτο, εἴποι ἄν τις Ἕλλην ἀνήρ, ὑπερήφανος· κἀκεῖνος δὲ μετέπειτα εἰς Κύμην τὴν ἐν Ὀπικίᾳ γενόμενος, ἐτελεύτησεν. Οὕτω μὲν οὖν τοῖς Ταρκυνίοις τὰ πράγματα, &c. quæ ſunt ſupra cap. 7.

ὑπερήφανον. Sed & ille tandem Cumis apud Opicos periit. Tarquiniorum res eo denique redierunt, &c. *Non Cumas ſed* Tuſculum *ait Livius, forte an autem ex Tuſculo conceſſit deinde Cumas, ubi ſumma ignominia, apud Ariſtodemum loci tyrannum, reliquum tempus vitæ tranſegit. Halicarnaſſeus etiam habet Cumas.*

ADMONITIO.

Quod mihi indubium eſt, hic moneo: Dionem poſt hæc de Conſulatu *Sp. Largii*, & *T. Herminii* meminiſſe. Quod Plutarchus, cui, uſui nulli fuerat, omiſit; annum ſcilicet ab. U.C. 248. prætergreſſus. Ne mirum id quoque factum, ſocordia fœda Zonaræ, qui exſcribebat Dionem.

Q. CASSII DIONIS
COCCEJANI

ROMANÆ
HISTORIÆ

LIBER SEPTIMUS.

HÆC AUTEM INSUNT IN LIBRO SEPTIMO

DIONIS ROMANÆ HISTORIÆ.

1. Quomodo Sabini, irruptione facta in Romanos, victi ſunt.
2. Ut Publicola de Sabinis iterum devictis triumphavit.
3. Ob Latinorum In Romanos motus, conſtituitur Dictatura.
4. Ut Populus Romanus, facta ſeditione & relicta urbe, iterum eſt ſedatus.
5. Tribunorum, & Ædilium conſtitutio.
6. De Martio Coriolano, & quare urbem obſedit.
7. De Attio Tullio.
8. Ut Veturia Martium alium ab obſidione urbis repreſſit.

Temporis ſpatium ann. XVIII.

in quibus ſequentes fuerunt Conſules.

M. Valer. Publicolæ frater,	& P. Poſtumius Tubertus.
P. Valerius Publicola IV.	& T. Lucretius II.
P. Poſtumius Tubertus II.	& Agrippa Menenius.
Sp. Caſſius Uſcelinus,	& Opitor Verginius Tricoſtus.
--Poſtumius Cominius,	& T. Largius.
Serv. Sulpicius Camerinus,	& M. Manilius Tullus.
T. Veturius,	& Æbutius Elva.
Q. Clœlius Sicelos,	& T. Largius Flavus.
A. Semptonius Atratinus,	& M. Minucius.
A. Poſtumius,	& T. Verginius.
Ap. Claudius Sabinus,	& P. Servilius Priſcus.
A. Verginius Montanus,	& T. Veturius Geminus.
Sp. Caſſius II.	& --Poſtumius Cominius II.
T. Geganius Macerinus,	& P. Minucius.
M. Minucius Augurious,	& A. Sempron. Atratinus II.
Q. Sulpicius Camerious,	& Sp. Largius Flavus.
C. Junius Tullus,	& P. Pinarius Rufus.
Sp. Nautius,	& Sex. Furius.

Tarquiniorum res eò denique redierunt: illis autem exactis, quum Sabini in agrum Romanum irrupiſſent, Conſul eſt deſignatus M. Valerius Publicolæ frater, & Poſtumius Tubertus. (*) Cū verò res bellicæ, conſilio & præſentia Publicolæ gererentur, Marcus duobus præliis victor; in poſteriore, trede-

Κα. ΚΑΣΣΙΟΥ ΔΙΩΝΟΣ
ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ Ζ.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩΙ ΒΙΒΛΙΩΙ Ζ'

ΤΗΣ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι Σαβῖνοι ἐμβαλόντες ἐς Ῥωμαίους ἐνικήθησαν.
β'. Ὡς Ποπλικόλας πάλιν νικήσας τοὺς Σαβίνους ἐθριάμβευσε.
γ'. Λατίνων κατὰ Ῥώμης κινουμένων καθίσταται ἡ Δικτατωρεία.
δ'. Ὁ τῶν Ῥωμαίων δῆμος στασιάσας καὶ καταλείψας τὴν πόλιν, ὡς κατηλλάγη.
ε'. Κατάστασις Τριβούνων, ἤτοι Δημάρχων, καὶ τῶν Ἀγορανόμων.
ς'. Περὶ Μαρκίου τοῦ Κοριολάνου, καὶ διότι τὴν Ῥώμην ἐπολιόρκησε.
ζ'. Περὶ Ἀττίου Τυλλίου.
η'. Ὡς Οὐετουρία τὴν πολιορκίας διάλυσιν συνέπεισε τὸν υἱόν.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ ΕΤΗ ΙΗ.

ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Μ. Οὐαλέριος ὁ τοῦ Ποπλικόλα ἀδελφὸς,	καὶ Π. Ποσούμιος Τούβερτος.
Π. Οὐαλέριος Ποπλικόλας τὸ δ'.	καὶ Τ. Λουκρήτιος τὸ γ'.
Π. Ποσούμιος Τούβερτος τὸ β.	καὶ Ἀγρίππα Μενήνιος.
Σπ. Κάσσιος Οὐσκελῖνος,	καὶ Ὀπιτώριος Οὐεργίνιος Τρίκοστος.
--Ποσούμιος Κομίνιος,	καὶ Τ. Λάρκιος.
Σερου. Σουλπίκιος Καμερῖνος,	καὶ Μ. Μάλλιος Τοῦλλος.
Τ. Οὐετούριος	καὶ Τ. Αἰβούτιος Ἔλουας.
Κ. Κλοίλιος Σικελὸς,	καὶ Τ. Λάρκιος Φλαούιος.
Α. Σεμπρώνιος Ἀτρατῖνος,	καὶ Μ. Μινούκιος.
Α. Ποσούμιος,	καὶ Τ. Οὐεργίνιος.
Ἀπ. Κλαύδιος Σαβῖνος,	καὶ Π. Σερουίλιος Πρίσκος.
Α. Οὐεργίνιος Μοντανός,	καὶ Τ. Οὐετούριος Γέμινος.
Σπ. Κάσσιος τὸ β.	καὶ Ποσούμιος Κομίνιος τὸ β'.
Τ. Γηγάνιος Μακερῖνος,	καὶ Π. Μινούκιος.
Μ. Μινούκιος Αὐγουρῖνος,	καὶ Α. Σεμπρών. Ἀτρατῖνος τὸ β'.
Κ. Σουλπίκιος Καμερῖνος,	καὶ Σπ. Λάρκιος Φλαοῦιος.
Γ. Ἰούνιος Τοῦλλος,	καὶ Π. Πινάριος Ροῦφος.
Σπ. Ναύτιος,	καὶ Σέξ. Φούριος.

1 Οὕτω μὲν οὖν τοῖς Ταρκυϊνίοις τὰ πράγματα ἐτελεύτησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα, Σαβίνων ἐμβαλόντων ἐς τὴν χώραν, ὕπατος μὲν ἀπεδείχθη Μάρκος Οὐαλέριος ἀδελφὸς Ποπλικόλα, καὶ Ποσούμιος Τούβερτος. Πραττομένων δὲ τῶν πολέμων γνώμῃ καὶ παρουσίᾳ Ποπλικόλα, δυσὶ μάχαις μεγάλως ὁ Μάρκος ἐνίκησεν· ὧν ἐν τῇ δευτέρᾳ μηδένα Ῥωμαίων

ἀποβαλὼν τρισχιλίους ἐπὶ μυρίοις τῶν πολεμίων ἀνεῖλε. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει ὑπάτευε Ποπλικόλας τὸ τέταρτον· ἦν δὲ προδοκία πολέμου, Σαβίνων καὶ Λατίνων συνισταμένων· καί τις ἅμα δεισιδαιμονία τῆς πόλεως ἥψατο· πᾶσαι γὰρ αἱ κυοῦσαι τότε γυναῖκες ἐξέβαλλον ἀνάπηρα, καὶ τέλος οὐδεμία γένεσις ἔσχεν· ὅθεν ἐκ τῶν Σιβυλλείων ὁ Ποπλικόλας ἱλασάμενος τὸν ᾅδην, καὶ τινας ἀγῶνας πυθοχρήστους ἀναλαβὼν, καὶ ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὸ θεῖον ἡδίονα καταστήσας τὴν πόλιν, ἤδη τοῖς ἀπ' ἀνθρώπων φοβεροῖς προσεῖχε· μεγάλη γὰρ ἐφαίνετο κατασκευὴ τῶν πολεμίων καὶ σύστασις. Ἦν οὖν Ἄππιος Κλαῦσος ἐν Σαβίνοις, ἀνὴρ χρήμασί τε δυνατὸς, καὶ σώματος ῥώμῃ πρὸς ἀλκὴν ἐπιφανὴς, ἀρετῆς δὲ δόξῃ, μάλιστα καὶ λόγου δεινότητι πρωτεύων. Ὃ πᾶσι συμβαίνει τοῖς μεγάλοις, οὐ διέφυγε παθεῖν, ἀλλ' ἐφθονεῖτο· καὶ τοῖς φθονοῦσιν αἰτίαν παρέσχε, καταπαύων τὸν πόλεμον, αὔξειν τὰ Ῥωμαίων, ἐπὶ τυραννίδι καὶ δουλώσει τῆς πατρίδος. Αἰσθόμενος δὲ τοὺς λόγους τούτους βουλομένῳ τῷ πλήθει λεγομένους, καὶ προσκρούοντας τοῖς πολεμοποιοῖς καὶ στρατιωτικοῖς, ἐφοβεῖτο τὴν κρίσιν, ἑταιρίαν δὲ, καὶ δύναμιν φίλων καὶ οἰκείων ἔχων ἀμύνουσαν περὶ αὐτὸν, ἐστασίαζε. καὶ τοῦτ' ἦν τοῦ πολέμου διατριβὴ καὶ μέλλησις τοῖς Σαβίνοις.

2. Ταῦτ' οὖν ὁ Ποπλικόλας οὐ μόνον εἰδέναι ποιούμενος ἔργον καὶ κινεῖν, καὶ συνεξορμᾶν τὴν στάσιν, εἶχεν ἄνδρας ἐπιτηδείους, οἳ τῷ Κλαύσῳ διελέγοντο παρ' αὐτοῦ τοιαῦτα, ὡς ὁ Ποπλικόλας ἄνδρα σε χρηστὸν ὄντα καὶ δίκαιον οὐδενὶ κακῷ δεῖν οἴεται τοὺς σεαυτοῦ πολίτας ἀμύνασθαι, καίπερ ἀδικούμενον· εἰ δὲ βούλοιτο σώζων ἑαυτὸν μεταστῆναι καὶ φυγεῖν τοὺς μισοῦντας, ὑποδέξεταί σε δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ τῆς τε σῆς ἀρετῆς ἀξίως, καὶ τῆς Ῥωμαίων λαμπρότητος. Ταῦτα πολλάκις ἀνασκοποῦντι τῷ Κλαύσῳ βέλτιστα τῶν ἀναγκαίων ἐφαίνετο, καὶ τοὺς φίλους συμπαρακαλῶν ἐκείνων τε πολλοὺς αὐτῷ συγκαταθεμένων, πεντακισχιλίους οἴκους ἀναστήσας, καὶ παί-

δων

eim millibus hoſtium cæſis nullum amiſit civem. Sequenti anno Publicola quartum Conſule (*), concors Sabinorũ & Latinorũ conſpiratio timebatur; & ad hæc quædam religio corripuerat civitatem; quod omnes gravidæ tunc ſecerunt abortum, neque ullus ſuo tempore partus expectabatur. Ex Sibyllinis itaque libris Publicola, placatis Diis inſeris, ludiſque ex oraculo Apollinis inſtauratis; fiduciaque divini Numinis erecta civitate, jam ad hominum minas ſeſe convertit: magna namque belli moles, & coitio erat hoſtium. Erat autem in Sabinis Appius Claudius, vir & opibus, & robore præſtans corporis, ſed opinione virtutis, & eloquentia in primis clarus. Huic idē, quod magnis omnibus viris ſolet, accidit, ut invidia premeretur; invidis etenim calumniãdi auſam præbuit, quod bellum diſſuaderet, ut auctis populi Romani opibus, ipſe ſibi tyrannidem, & dominatum quæreret in patria. Veritus igitur hos ſermones, quos pronis auribus populus auſcultabat, ſeque pacis turbatoribus & ferocibus exoſũ ſentiēs, timuit eorũ judicio ſe committere. Quũ ergo factione amicorũ, & neceſſariorũ manu eſſet ſeptus, ſeditionem concivit. Atque hæc hæc erat belli mora, & cunctatio in Sabinis.

Hæc autem Publicola, non ſolum reſciſcere ſategit, ſed facem etiam flammamque addere ſeditioni; per homines idoneos Appio denuntiavit, putare ſe, quia bonus & integer vir erat, non debere eum, quamvis læſum gravius, pœnas expetere a ſuis civibus. Quod ſi conſulere vellet ſaluti ſuæ, & inimicis relictis ſuis, transfugus Romam petere; ſe eum, ut ipſius virtus poſtulabat, & populi Romani dignitas, recepturum. Hæc Appio, multa ſecum volventi animo, tamquam neceſſaria, ſunt optima viſa factu; ac proinde conſilio habito amicorum, quorum pleroſque pariter in ſententiam ſuam traxit (quod in Sabinis res maxime erant pa-

(*) U.C. 250.

DIO APUD ZONARAM.

Αἱρεθεὶς δὲ καὶ αὖθις ὕπατος ὁ Ποπλικόλας, ἔχων συνυπατεύοντα Τίτον Λουκρήτιον [Μετὰ δὲ ταῦτα Σαβίνων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν, ὕπατος ἀπεδείχθη Μάρκος Οὐαλέριος ἀδελφὸς Ποπλικόλα, καὶ Ποστούμιος Τούβερτος. Πραττομένων δὲ τῶν πολέμων γνώμῃ καὶ παρουσίᾳ τοῦ Ποπλικόλα, δυσὶ μάχαις ὁ Μάρκος ἐνίκησεν· ὧν ἐν τῇ δευτέρᾳ μηδένα Ῥωμαίων ἀποβαλὼν, τρισχιλίους ἐπὶ μυρίοις τῶν πολεμίων ἀνεῖλε.] Τῷ δ' ἑξῆς

Deinde cum Sabini in agrum Romanum irrupiſſent, Conſul renuntiatus eſt M. Valerius Publicolæ frater, & Poſtumus Tubertus. Sed quum res belli, conſilio & præſentia Publicolæ gererentur, Marcus duobus prœliis victor; in poſteriore, tredecim millibus hoſtium cæſis, nullum civem amiſit. Sequenti anno, denuo Conſule

ADMONITIO.

Initium hujus libri (quod eſt etiam in Vaticanis Zonaræ Codicibus, initium libri, ſed in editis, 13. caput 7. libri evaſit) ab οὕτω ad ἐτερπέσθησαν, quod iterum monemus, huc ſuo loco credimus optumè reddidiſſe. Tum Dio loquitur apud Zonaram; & ab Τῷ δ' ἑξῆς &c. iterum Plutarchus apud Dionem, & Dio ipſe apud Zonaram, deprehenditur.

pacatæ, & ad placidam modeſtamque vitam compoſitæ) quinque millia familiarū, cum liberis & conjugibus, Romam tranſtulit: cujus præſcius conſilii Publicola, benigne ac prompte, ac omni officiorum genere excepit eos. Familiis enim mox civitatem dedit, ſingulisque agrum bina jugerum, trans Anienem fluvium; Appio verò viginti quinque jugera dedit, eumque inter Patres legit, qui hinc gradum ad Remp. ſibi fecit. In quo, quum prudentiæ ſpecimē præbuiſſet, ad principem dignationem pervenit, pollenteſque habuit opes, & claram poſt ſe gentem Claudiorum reliquit Romæ. At illorum migratione, res Sabinas, homines populares, jam tranquillis, quieſcere, & conticeſcere haud permiſere; Appium vociferantes, quæ præſens non potuiſſet, exſulem & hoſtem perſecturum, ne ſibi illatas a Romanis injurias perſequantur. Magno igitur agmine profecti prope Fidenas conſedere; inſidiiſque etiam ante urbem collocatis, in locis ſaltuoſis & cavis, duo millia militum condiderunt. Prima luce paucos equites apertè prædatum mittere ſtatuerunt; quibus fuerat imperatum, quū propius urbem provecti eſſent, paulatim referre gradum, dum ad inſidiarum locum traxiſſent hoſtem.

Hæc autem Publicola ex perſugis eadem die cognovit. Confeſtim itaque ſuas ad omnia inſtruxit copias ac diſpoſuit. Gener enim ejus Poſtumius Balbus, qui tria millia ſecum ducebat militum, primis tenebris profectus, ſummiſque inſeſſis collibus, ſub quibus abdiderant ſe Sabini, in occaſionem imminebat. Collegæ verò Lucretio, cum expedito quoque & impigerrimo civium præcepit, in agentes prædam equites facere impreſſionem; ipſe cum reliquis copiis, a tergo Publicola hoſtes cinxit. Forte obſcura nebula, prima luce, exorta eſt, pariterque ſubſeſſores Poſtumius magno clamore ex edito invaſit loco. Lucretius in progreſſum equitatum ſuos immiſit; Publicola verò

δων καὶ γυναικῶν, ὅπερ ἦν ἐν Σαβίνοις ἀθόρυβον μάλιστα καὶ βίου πρᾴου καὶ καθεστῶτος οἰκεῖον, ἐς Ῥώμην ἦγε, προειδότος τοῦ Ποπλικόλα, καὶ προθύμως ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. Τοὺς μὲν γὰρ οἴκους εὐθὺς ἀνέμιξε τῷ πολιτεύματι, καὶ χώραν ἀπένειμεν ἑκάστῳ δυοῖν πλέθρων, παρὰ τὸν Ἀνίηνα ποταμόν· τῷ δὲ Κλαύσῳ πλέθρα πέντε καὶ εἴκοσι γῆς ἔδωκεν· αὐτὸν δὲ τῇ βουλῇ προσέγραψεν, ἀρχὴν πολιτείας λαβόντα ταύτην. ᾗ χρώμενος ἐμφρόνως, ἀνέδραμεν ἐς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ δύναμιν ἔσχε μεγάλην, καὶ γένος οὐδενὸς ἀμαυρότερον ἐν Ῥώμῃ τῶν Κλαυδίων ἀφ' αὑτοῦ κατέλιπε. Τὰ δὲ Σαβίνων οὕτω διακριθέντα τῷ μετοικισμῷ τῶν ἀνδρῶν, οὐκ εἴασαν οἱ δημαγωγοῦντες ἀτρεμῆσαι καὶ καταστῆναι, σχετλιάζοντες εἰ Κλαῦσος ἃ παρὼν οὐκ ἔπεισε, διαπράξεται φυγὰς γενόμενος καὶ πολέμιος, μὴ δοῦναι δίκην Ῥωμαίους, ὧν ὑβρίζουσιν. Ἄραντες οὖν στρατῷ μεγάλῳ περὶ Φιδήνας κατηυλίσαντο, καὶ τινα λόχον θέμενοι πρὸ τῆς Ῥώμης ἐν χωρίοις συνηρεφέσι, καὶ κοίλοις δισχιλίους ὁπλίτας, ἔμελλον ἅμ' ἡμέρᾳ φανερῶς ὀλίγοις ἱππεῦσι λείαν ἐλαύνειν· εἴρητο δ' αὐτοῖς ὅταν τῇ πόλει προσελάσωσιν ὑποφεύγειν, ἕως ἐμβάλωσιν ἐς τὴν ἐνέδραν τοὺς πολεμίους.

3. Ταῦτ' ὁ Ποπλικόλας αὐθημερὸν πυθόμενος παρ' αὐτομόλων, ταχὺ διηρμόσατο πρὸς πάντα καὶ διένειμε τὴν δύναμιν. Ποστούμιος μὲν γὰρ Βάλβος ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ τρισχιλίοις ὁπλίταις ἑσπέρας ἔτι προελθὼν, καὶ καταλαβὼν τοὺς ἀκρολόφους, ὑφ' οἷς ἐνήδρευον Σαβῖνοι, παρεφύλαττεν. Ὁ δὲ συνάρχων Λουκρήτιος, ἔχων τὸ κουφότατον ἐν τῇ πόλει καὶ γενναιότατον, ἐτάχθη τοῖς ἐλαύνουσι τὴν λείαν ἱππεῦσιν ἐπιχειρεῖν· αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην ἀναλαβὼν στρατιὰν, κύκλῳ περιῆλθε τοὺς πολεμίους, καὶ κατὰ τύχην ὁμίχλης βαθείας ἐπιπεσούσης, περὶ ὄρθρον ἅμα Ποστούμιός τε τοὺς ἐνεδρεύοντας ἐμβοήσας ἔβαλλεν ἀπὸ τῶν ἄκρων, καὶ τοῖς προϊππευσαμένοις ἀφῆκε τοὺς περὶ ἑαυτὸν ὁ Λουκρήτιος καὶ

DIO APUD ZONARAM.

ſule Publicola, concors Sabinorum & Latinorum adverſus Romam expeditio expectabatur. Erat autem in Sabinis Appius Claudius vir & opibus, & robore corporis præſtans, ſed opinione virtutis, & eloquentia in primis clarus. Quas ob res invidia popularium ſuſcepta, cum ob diſſuaſum bellum inſidiis appeteretur, magna amicorum & clientium manu Romam transfugit. Quibus a Publicola benigne ſuſceptis, Appius inter Patres lectus, haud ita multo poſt, prudentia gerundæ Reipublicæ, ad primam dignitatem pervenit; ac genus Claudium reliquit

ἑξῆς ἔτει] πάλιν [ὑπατεύοντος Ποπλικόλα] [καὶ προσεδοκᾶτο.] [Σαβίνων τε καὶ Λατίνων] ὁμονοησάντων κατὰ τῆς Ῥώμης προσέλασις. [Ἦν δ' ἐν Σαβίνοις ἀνὴρ Ἄππιος Κλαύδιος, ἔν τε χρήμασι καὶ σώματος ῥώμῃ πρωτεύων, ἐν ἀρετῆς δὲ μάλιστα δόξῃ ἐπιφανὴς, καὶ λόγου δεινότητι.] καὶ διὰ ταῦτα φθονούμενος ἐπιβουλεύετο παρὰ τῶν ὁμογενῶν, ὅτι συνεβούλευε [καταπαύειν τὸν πόλεμον]. Διὸ αὐτός τε Ῥώμῃ προσεχώρησε, καὶ πολλοὶ τῶν [φίλων τε καὶ οἰκείων] συνῳκίσθησαν· οὓς Ποπλικόλας φιλοφρόνως ἐδέξατο [τῇ βουλῇ τὸν Κλαύδιον [προσγραψάμενος.] ὅθεν ἐμφρόνως πολιτευόμενος, ἀνέδραμεν εἰς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ

καὶ Ποπλικόλας προσέβαλε τοῖς στρατοπέδοις τῶν πολεμίων· πάντες μὲν οὖν ἐκαρποῦντο τὰ Σαβίνων καὶ διεφθείροντο. Τοὺς δ' ἐνταῦθα μηδ' ἀμυνομένους, ἀλλὰ φεύγοντας, εὐθὺς ἔκτεινον οἱ Ῥωμαῖοι, τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς ὀλεθριωτάτης γενομένης· σώζεσθαι γὰρ οἰόμενοι τοὺς ἑτέρους οἱ ἕτεροι, τῷ μάχεσθαι καὶ μένειν οὐ προσεῖχον· ἀλλ' οἱ μὲν ἐκ τῶν ἐρυμάτων πρὸς τοὺς ἐνεδρεύοντας, οἱ δὲ πάλιν ὡς ἐκείνους ἐς τὸ στρατόπεδον θέοντες, ἐναντίοι φεύγουσιν ἐνέπιπτον πρὸς οὓς ἔφευγον, καὶ βοηθείας δεομένοις, οὓς ἤλπιζον αὐτοῖς βοηθήσειν· τὸ δὲ μὴ πάντας ἀπολέσθαι τοὺς Σαβίνους, ἀλλὰ καὶ περιγενέσθαι τινάς, ἡ Φιδηνατῶν πόλις ἐγγὺς οὖσα παρέσχε, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ τῶν στρατοπέδων, ὅθ' ἡλίσκετο, διεκπίπτουσιν· ὅσοι δὲ Φιδηνῶν διήμαρτον, διεφθάρησαν, ἢ ζῶντες ἀπήχθησαν ὑπὸ τῶν λαβόντων. Τοῦτο τὸ κατόρθωμα Ῥωμαῖοι, καίπερ εἰωθότες ἅπασι τοῖς μεγάλοις ἐπιφημίζειν τὸ δαιμόνιον, ἑνὸς ἔργον ἡγοῦντο τοῦ στρατηγοῦ γεγονέναι· καὶ τῶν μεμαχημένων πρῶτον ἦν ἀκούειν, ὅτι χωλοὺς καὶ τυφλοὺς αὐτοῖς καὶ μόνον οὐ καθείρξας τοὺς πολεμίους Ποπλικόλας παρέδωκε χρῆσθαι τοῖς ξίφεσιν, ἐῤῥώσθη δὲ καὶ χρήμασιν ὁ δῆμος; ἐκ τῶν λαφύρων· καὶ τῶν αἰχμαλώτων. Ὁ δὲ Ποπλικόλας, τόν τε θρίαμβον ἀγαγὼν, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἀποδειχθεῖσιν ὑπάτοις παραδοὺς τὴν πόλιν, εὐθέως ἐτελεύτησεν, ὡς ἐφικτόν ἐστιν ἀνθρώποις, μάλιστα τοῖς νενομισμένοις καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς, τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐκπληρώσας. Ὁ δὲ δῆμος ὥσπερ οὐδὲν ἐς ζῶντα τῶν ἀξίων πεποιηκὼς, ἀλλὰ πᾶσαν ὀφείλων χάριν, ἐψηφίσατο δημοσίᾳ ταφῆναι τὸ σῶμα, καὶ τεταρτημόριον ἕκαστος ἐπὶ τιμῇ συνεισήνεγκεν· αἱ δὲ γυναῖκες ἰδίᾳ πρὸς αὑτὰς συμφρονήσασαι, διετένθησαν ἐνιαυτὸν ὅλον ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ πένθος ἔντιμον καὶ ζηλωτόν· Ἐτάφη δὲ καὶ οὗτος τῶν πολιτῶν ψηφισαμένων, ἐντὸς ἄστεος, παρὰ τὴν καλουμένην

verò caſtra hoſtium adortus eſt. Undique igitur preſſi cæſique Sabini ſunt. Qui in caſtris erant, eos, quum ne gladium quidem ſtrinxiſſent, in fugam præcipites, Romani confeſtim oppreſſere; quibus ſpes, in perniciem vertit extremam. Nam incolumes alii rati alios, omiſſa pugna & acie; hi ex caſtris ad poſitos in inſidiis, illi contra in caſtra ad hos properarunt; atque ex adverſo ſuccurrerent in effuſos; ad quos confugiebant; & in quærentes auxilium, a quibus ipſi expectabant opem. Porro, ne Sabini ad internecionem delerentur, ſed aliqui ſupereſſent, propinquitas iis oppidi præſtitit Fidenarum: præſertim iis, qui e caſtris, dum caperentur, eruperunt. Qui Fidenas non tenuerunt, aut cæſi ſunt, aut vivi venerunt in hoſtium poteſtatem. Hanc victoriam Romani, quamvis magna omnia Diis ſoliti ſint adſcribere, unius conſilio Ducis attribuerunt; primaque hæc vox, poſt prælium fuit militum; claudos, cæcos, & pene vinctos, Publicolam hoſtes ipſis objeciſſe trucidandos. Sane populus, etiam auro, ex acta præda & captivis auctus eſt. At Publicola mox ubi triumphavit, & ſequentibus Conſulibus Remp. tradidit, fato functus eſt, vitamque ſuam, quatenus mortalitas valet aſſequi, omnibus, quæ cenſentur bona & beata, præter cæteros conſummavit. Populus quaſi nullum virtutis præmium contuliſſet in vivum, ſed adhuc ei deberet omnia, ſcivit, ut cadaver ejus publico funere efferretur: in cujus honorem quadrantes ſinguli contulere. Matronæ ſeorſim conſilio habito, ad ſingulare ejus decus & laudem, totum annum eum luxerunt. Ex plebiſcito hic quoque in urbe humatus eſt, juxta Veliam, quam vocant; datumque toti ejus ſtirpi jus hujus ſepulcri.

Nunc

DIO APUD ZONARAM.

καὶ γένος] μέγα [τὸ Κλαυδίων κατέλιπεν] ἐπὶ πλεῖστον ἀνθῆσαν, καὶ προσηλυθὸς εἰς δόξαν ἀνώτατα. Οἱ δὲ Σαβῖνοι καὶ τοῦτο τοῦ πολέμου ποιησάμενοι πρόφασιν [στρατῷ μεγάλῳ] κατὰ τῆς Ῥώμης ἐπήλασαν, οἷς τοὺς Ῥωμαίους ὁ Ποπλικόλας ἀντιταξάμενος, καὶ στρατηγήσας ὡς ἄριστα μικροῦ πάντας ἀπώλεσε, καὶ τὸν δῆμον ἐκ τῶν λαφύρων, καὶ τῶν αἰχμαλώτων] ὠφέλησεν. [Ἀγαγὼν δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ [θρίαμβον, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ὑπάτοις, παραδοὺς τὴν πόλιν, εὐθὺς ἐτελεύτησε, δημοσίᾳ ταφεὶς, καὶ θρηνηθεὶς ἐφ' ὅλον ἐνιαυτόν. [Οἱ μέν τοι Σαβῖνοι δι' ὀργῆς &c. Lege ſequentes Notas.

quit: quæ tempore longiſſimo floruit, ſummam adepta auctoritatem. Sabini verò eam quoque belli cauſam nacti, cum magno exercitu Romam invaſerunt: quos Publicola, optimi Ducis officiis functus pene omnes interfecit: populoque ſpoliis hoſtium & captivis locupletato, triumphum duxit: traditaque Reipublicæ adminiſtratione Conſulum ſucceſſoribus, ſtatim obiit, publicis ſumptibus elatus, & matronarum luctu annuo honeſtatus. Cæterum Sabini irati, &c.

In Græcis Zonaræ non habentur matronæ, ſed in Græcis *Plutarchi*, *& ſine dubio*, *Dionis quoque*.

NOTAE.

Etſi horum Dio apud Zonaram, nihil habeat tertio hoc capite; pluſquam tamen veriſimile mihi eſt Dionem iis, more ſuo, fuiſſe uſum: ut qui in hæc elogia poſt mortem, fere ſemper effertur. Sane verò illa δὲ ἐφ-

Nunc tamen nemo ex familia ibi conditur, ſed cadaver eò delatum deponunt; tum ardentem facem quiſpiam tenens, eam tantum ſubjicit, mox retrahit; qua re jus teſtatur ſibi eſse, ſed abſtinere ſe honore: inde mortuum tollunt.

Cæterum Sabini ex dolore acceptæ cladis, ne hyberno quidem tempore quieverunt ſed incurſione facta in Romanum agrum, Poſtumiū iterum Conſulem (α) afflixerunt: eumque cum exercitu penitus cecidiſsent, ni collega Menenius Agrippa ei tuliſset opem. Tunc enim uterque Conſul, facto impetu in hoſtes occidit multos, reliquos profligavit. Poſt hæc Sp. Caſſius, & Opiter Vergineus Coſſ. (β) cum Sabinis inita pace, captoque Camerino, plurimos occiderunt, reliqui everſo oppido venierūt. Poſtumius Cominius, & T. Largius inde Coſs. (χ) ſervos aliquot, qui de occupando Capitolio conjurarant, cōprehenſos occiderunt: quēadmodum etiā ſequenti anno Servius Sulpitius, & M. Manilius Tullus (δ), ſervorum, aliorumque cum ipſis ſentientiū conjurationem aliam, a quibuſdam conſciis indicatam, pariter oppreſserunt; corona etenim circumdatos trucidarunt: indicibus autem cum alia præmia, tum civitas data eſt.

A Latinis verò iterum bello moto, plebs capere arma noluit; quod novas Tabulas flagitaret, alieno gravata ære: quamobrē locupletiores novum Magiſtratus genus crearunt, pari in omnes authoritate, potentia Regia præditum, quam Dictatorem vocarunt. Nam cum Regis nomen proſequerentur odio ob Tarquinios; Monarchiæ verò utilitates, magna vi ad bella, & ſeditionum tumultus præditas expeterent; verbo rejecto, rem ipſam ſub alio nomine ſunt amplexi. Erat igitur, ut dixi, Dictatura, quod ad poteſtatem, par quidem Regno: præterquam quod ei, niſi ad bellum ituro, equū conſcendere non licebat: neque ſumptus ullos ſine decreto facere ex ærario. Sed ei jus dicere, & domi militiæque capite plectere nedum plebejos, ſed & equeſtris & Senatorii ordinis viros licuit: ipſum verò vel accuſare, vel intercedere audente nemine; ne ipſis quidem Tribunis plebis; neque

ζλῃ Οὐελίαν, ὥστε καὶ γένει παντὶ τῆς ταφῆς μετεῖναι· νῦν δὲ τέθαπται μὲν οὐδεὶς τῶν ἀπὸ γένους· κομίσαντες δὲ τὸν νεκρὸν ἐκεῖ καταπίθενται· καὶ δᾷδά τις ἡμμένην λαβὼν ὅσον ὑπήνεγκεν, εἶτα ἀναιρεῖται· μαρτυρόμενος ἔργῳ τὸ ἐξεῖναι, φείδεσθαι δὲ τῆς τιμῆς, καὶ τὸν νεκρὸν οὕτως ἀποκομίζουσιν.

4. Οἱ μέν τοι Σαβῖνοι ἐδι' ὀργὴν, ὧν ἔπαθον, οὐδὲ τὸν χειμῶνα ἠρέμησαν, ἀλλὰ τὴν Ρωμαΐδα χώραν κατέδραμον, καὶ τὸν Ποσούμιον ἐκάκωσαν τὸ δεύτερον ὑπατεύοντα. καὶ εἷλον ἂν αὐτὸν πανσυδὶ, εἰ μὴ Μενήνιος Ἀγρίππας ὁ συνάρχων αὐτῷ ἐπικούρησε· προσπεσόντες δὲ αὐτοῖς, πολλοὺς ἔφθειραν, ὥστε τοὺς λοιποὺς ἀναχωρῆσαι. Μετὰ δὲ ταῦτα, Σπούριός τε Κάσσιος, καὶ Ὀπιτώριος Οὐεργίνιος ὑπατεύοντες τοῖς Σαβίνοις ἐσπείσαντο· Καμέριον δὲ τὸ ἄστυ ἑλόντες, τοὺς μὲν πλείους ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς ζωγρήσαντες ἀπέδοντο, καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψαν. Ποσούμιος δέ τε Κυμίνιος, καὶ Τίτος Λάρκιος, δούλους τινὰς ἐπὶ καταλήψει τοῦ Καπιτωλίου συνωμοσίαν θεμένους συλλαβόντες, ἔφθειραν· Σερούιός τε Σουλπίκιος, καὶ Μάρκος Τούλλιος ἑτέραν αὖθις συνωμοσίαν δούλων, καὶ ἄλλων δή τινων συστάντων αὐτοῖς προκατέλαβον, ἀγγελθεῖσαν αὐτοῖς πρός τινων τῶν τῆς ἐπιβουλῆς μετεχόντων, οὓς καὶ συσχόντες περισταδὸν κατέκοψαν, τοῖς δὲ μηνυταῖς, ἄλλα τε καὶ πολιτεία ἐδόθη.

5. Αὖθις δὲ πολέμου παρὰ Λατίνων κατὰ Ρώμης κεκινημένου, οὐκ ἤθελον οἱ πολλοὶ τὰ ὅπλα λαβεῖν, ἀποκοπὴν τῶν χρεῶν ἀξιοῦντες γενέσθαι, καὶ διὰ τοῦτο καινήν τινα ἀρχὴν ἐπ' ἀμφοτέροις αὐτοῖς τότε πρῶτον οἱ δυνατοὶ κατεστήσαντο· Δικτάτωρ ὁ ταύτης ἠξιωμένος ὠνόμαστο, ἠδύνατο δὲ ἐξ ἴσου πάντα τοῖς βασιλεῦσι. Τὴν μὲν γὰρ τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν διὰ τοὺς Ταρκυνίους ἐμίσησαν· τὴν δ' ἐκ τῆς μοναρχίας ὠφέλειαν θελόντες, ὡς πολυισχυούσης ἐς τὰ τῶν πολέμων, καὶ τῶν στάσεων πειράσεις, ἐν ἄλλῳ ταύτην ὀνόματι εἵλοντο. Ἦν μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, ἡ Δικτατωρία κατά γε τὴν ἐξουσίαν τῇ βασιλείᾳ ἰσόρροπος, πλὴν ὅτι μὴ ἐφ' ἵππον ἀναβῆναι ὁ Δικτάτωρ ἠδύνατο, εἰ μὴ ἐκστρατεύεσθαι ἔμελλεν· οὔτε ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀναλῶσαι τι ἐξῆν αὐτῷ, εἰ μὴ ἐψηφίσθη. Δικάζειν δὲ καὶ ἀποκτείνειν καὶ οἴκοι, καὶ ἐν στρατείαις ἐδύνατο, καὶ οὐ τοὺς τοῦ δήμου μόνους, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἱππέων, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς

(α) U. C. 251. (β) U. C. 252. (χ) U. C. 253. (δ) U. C. 254.

NOTAE.

ζλῃ &c. ſunt apud Zonaram, in hoc Textu cap. 4. & ſequentibus. Hinc enim a Dione Plutarchus exſcribi deſiit: ita ut neque in *Coriolano*, neque in *Fabio Maximo*, nec in *Pyrrho*, nec in reliquis; præterquam *Camillo*, & *Sylla* duntaxat, Dio Plutarchi verbis, amplius uti deprehendatur. Zonaræ itaque (quod monemus) textu Dionio, ſed valde elumbi, deinceps utimur, uſque ad Camillum ac Syllam; Valeſianis, Urſinianiſque; & ſi quæ habemus alia, ſuo loco adjectis.

βουλῆς. Καὶ οὔτ᾽ ἐγκαλέσαι τις αὐτῷ, οὔτ᾽ ἐναντίον τι διαπράξασθαι ἴσχυεν, οὐδ᾽ οἱ Δήμαρχοι, οὔτε δίκη ἐφέσιμος ἐγένετο ἀπ᾽ αὐτοῦ· οὐκ ἐπὶ πλεῖον δὲ τῶν ἓξ μηνῶν ἡ τῆς Δικτατωρείας ἀρχὴ παρετείνατο, ἵνα μή τις αὐτῶν ἐν τοσούτῳ κράτει καὶ ἐξουσίᾳ ἀκράτῳ χρονίσας, ὑπερφρονήσει, καὶ πρὸς ἔρωτα μοναρχίας ἐκκυλισθῇ. Ὅπερ ἐς ὕστερον καὶ ὁ Καῖσαρ Ἰούλιος ἔπαθεν, ἐπεὶ παρὰ τὰ νενομισμένα τῆς Δικτατωρείας ἠξίωτο.

6. Τότε μὲν οὖν Δικτάτορος γενομένου Λαρκίου, οὐδὲν ὁ δῆμος ἐνεωτέρισεν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ἐγένοντο. Τῶν δὲ Λατίνων ἡσυχίαν ἀγόντων ἐπὶ συνθήκαις, οἱ δυνασταὶ τοὺς ὀφειλέτας μετεχειρίζοντο βιαιότερον, καὶ ὁ δῆμος αὖθις ἐστασίαζε διὰ τοῦτο, ὥστε καὶ εἰς τὸ συνέδριον συνδραμεῖν, καὶ πάντες ἂν ὑπὸ τῶν εἰσπεσόντων ἐν αὐτῷ διεφθάρησαν, εἰ μή τινες, τοὺς Οὐολούσκους εἰς τὴν χώραν ἐμβαλεῖν ἤδη κατήγγειλαν. Πρὸς τὴν τοιαύτην ἀγγελίαν ὁ δῆμος ἠρέμησεν, οὐχὶ φεισάμενος τῆς βουλῆς, ἀλλ᾽ ὡς παρὰ τῶν πολεμίων ὅσον οὔπω φθαρησομένης. Διὸ οὔτε τοῦ τείχους ἔθεντο φυλακὴν, οὔτε τινὰ παρεῖχον βοήθειαν, μέχρις ὁ Σερουΐλιος τούς τε ἐξ ὑπερημερίας κρατουμένους ἀφῆκε, καὶ ἄδειαν τῶν εἰσπράξεων καθ᾽ ὅσον στρατεύοιντο, ἐψηφίσατο, καὶ κουφίσαι τὰ χρέα ὑπέσχετο. Τότε μὲν οὖν διὰ ταῦτα τοῖς πολεμίοις ἐπεξελθόντες ἐνίκησαν· μὴ δὲ τῶν χρεῶν κουφισθέντες, μήτ᾽ ἄλλου μηδενὸς τυχόντες ἐπιεικοῦς, καὶ πάλιν ἐθορύβουν τε καὶ ὠργίζοντο, καὶ κατὰ τῆς βουλῆς, καὶ κατὰ τῶν στρατηγῶν ἐστασίαζον. Πολέμου δὲ αὖθις ἐπενεχθέντος, οἱ μὲν στρατηγοὶ χρεῶν ἀποκοπὰς ἐψηφίζοντο· ἠναντιώθησαν δ᾽ ἕτεροι, διὸ καὶ Δικτάτωρ ᾑρέθη Οὐαλλέριος Μάρκος, ἐκ τῆς τοῦ Ποπλικόλα συγγενείας γενόμενος, καὶ τῷ πλήθει φιλούμενος· ἔνθεν τοι καὶ οὕτω προθύμως τοσοῦτοι ἐπὶ αὐτοῖς, καὶ ἆθλα ὑπέσχετο, συνελέγησαν, ὡς καὶ τῶν Σαβίνων κρατῆσαι, καὶ τῶν συμμαχούντων αὐτοῖς Οὐολούσκων καὶ Αἰκουῶν. Ἐπὶ τούτοις ἄλλας τε τῷ Οὐαλλερίῳ ὁ δῆμος τιμὰς ἐψηφίσατο, καὶ Μάξιμον ἐπωνόμασεν, ἐξελληνιζόμενον δὲ Μέγιστον σημαίνει τὸ ὄνομα.

7. Ὁ δὲ θέλων τῷ δήμῳ χαρίσασθαι, πολλὰ διελέχθη τῇ γερουσίᾳ, ἀλλ᾽ οὐκ ἔσχε ταύτην πειθήνιον· διὸ σὺν ὀργῇ ἐκπηδήσας τοῦ συνεδρίου, δημηγορήσας τι πρὸς τὸν δῆμον τινὰ κατὰ τῆς βουλῆς, τὴν ἡγεμονίαν ἀπείπατο, καὶ ὁ δῆμος ἔτι μᾶλλον εἰς στάσιν ἠρέθιστο· οἱ γὰρ δυνασταὶ τῆς περὶ τὰ συμβόλαια ἀκριβείας ἐχόμενοι, καὶ μηδὲν τοῖς ὀφλοῦσι ἐνδιδόντες, τοῦ ἀκριβοῦς τε διήμαρτον, καὶ πολλῶν ἑτέρων ἀπέτυχον. Ἡ γὰρ πενία, καὶ ἡ ἐκ ταύτης ἀπόνοια, κακὸν ἐστι βίαιον· εἰ δὲ καὶ τὸ πλῆθος προσλάβοι,

enim ab eo provocatio admittebatur. Dictatura tamen ultra ſex menſes, haud extendabatur; ne quis in tanta poteſtate, & authoritate maxima immoratus, per ſuperbiam in Principatus cupiditatem dilaberetur: id quod poſtea Julio evenit Cæſari, Dictaturam contra morem majorum conſecuto.

Tunc igitur Largio Dictatore creato, populus novarum rerum remiſſo ſtudio, ſtetit tamen in armis. Interim Latino bello pactionibus conſopito, cum ſua nomina creditores violentiùs pertractarent, rurſus idcirco Populus ita in ſeditionem erupit, ut in Senatum concurſu facto in eo tumultu Patres omnes occiſi eſſent: niſi quidam Volſcos infeſtis copiis nunciaſſent in agrū Romanum irrupiſſe. Ad eum nuncium plebs quievit, non reverentia Senatus, ſed expectatione, tanquam is ſtatim ab hoſtibus deleretur. Quamobrem neque mœnia cuſtodire curarunt, neque opis quidpiam attulerūt, (*) donec Servilius ob æs alienū nexos ſolvit, edixitque, ne quis debitor expeditionis tempore moleſtiam pateretur: promiſſo facto ſe levaturum æs alienum. Tunc ergo his deliniti promiſſis in hoſtes profecti eos vicerunt: ſed cum deinde nec ære alieno levarentur, nec ulla æquitate tractarentur; rurſus ab iratis tumultuatū eſt, & contra Patres & Conſules mota ſeditio. Verū bello ingruente denuo, Conſules novas tabulas decreverunt: quumque aliis adverſarentur, M. Valerius (**) Publicolæ gentilis, vir gratus plebi, Dictator creatus eſt. Qui ſtipēdio promiſſo, tantus ad eum, & tam alacer concurſus factus eſt, ut & Sabinos, illorumque fœderatos Volſcos Æquoſque fuderit. Quamobrem, cum Valerio honores alios, tum cognomentum Maximi decreverunt.

Hic autem vicem rependere volens Populo, multa quidem in Senatu in illius gratiam diſſeruit, ſed cum nequidquam impetraſset, iratus e Curia ſe proripuit, & apud plebem pro concione, Senatu nonnihil perſtricto, Dictatura ſe abdicavit; plebs verò magis ad ſeditionem eſt irritata. Præſertim quod creditores in repetendo ære alieno ſummum jus urgebant, neque ulla æquitate contra debitores utebantur: eaque de cauſa nec quod debebatur, exegerunt, & in alia plu-

(*) U.C. 259. (**) U.C. 260.

NOTAE.

Μάρκον Τούλλον, non Τούλλιον dixi ex *Livio*, qui & *Μανίλιον* dedit. Dodvvellus volebat Μαν᾽ Τούλλιον Λογγῖνον, *Manium Tullium Longinum*, quod caret authoritate.

plura incommoda inciderunt. Inopia enim ac deſperatio inde exorta, malum eſt admodum violentum; & ſi multitudinem ſibi adſciverit, inexpugnabile penè fit. Tunc igitur locupletum ſeveritas erga pauperes, plurimorum malorũ cauſa Romanis fuit. Ut enim & milites expeditionibus premebantur; & populus ſæpius evidenter in multis deceptus fuerat, & debitores a fœneratoribus contumelias & flagra perpetiebantur, tanta iracundia exarſerunt, ut inopũ multi ex urbe exceſſerint; deſeruerint caſtra alii, & inſtar hoſtium ex agro Romano petierint commeatus. Quo facto, cum multi ad eos, qui ſeceſſionem fecerant, confluerent; veriti Senatores, ne & hi magis exaſperarentur, finitimique factionibus diſtractam invaderent civitatem, legatione miſſa, plebi promiſerunt ſe facturos, quidquid penes Senatum fieri poſſet. Ea verò fremente maxime, nullaſque rationes admittente, Menenius Agrippa, unus ex oratoribus petiit, ut quandam audirent fabulam. Qui, audientia impetrata, dixit: Orta aliquando contra ventrem aliorum membrorum ſeditione, dixiſſe oculos, manus, & pedes, ſua in officio eſſe opera: linguam & labia per ſe animorum ſenſus annunciari: aures ſuo miniſterio aliorum ſermones ad mentem pervenire: manus, ſuo labore parari res neceſſarias: pedes, totum corpus a ſe ſuſtentari ſeque, ſive iter, ſive opus fiat, ſive ſtetur, fatigari. Ventrem verò ſolum, omnis muneris & laboris expers, miniſteriis omnium tanquam Regem uti & ſudoribus illorum, partis facultatibus frui. Hæc ita ſe habere confeſſum ventrem, ſi videretur, nil ſibi tribui, nil miniſtrari, ſui neglecta juſſiſſe cura. Tũc mẽbra communiter decreviſſe, nequid deinceps ventri ſuppeditaretur: eoque facto, cũ venter nullũ amplius cibũ ſumeret, neq; manus ad opus fuiſſe agiles ob ventris inediã defectas viribus; neq; pedes valuiſſe, neque aliud membrum ullum ſuum munus citra offenſam obiiſſe, ſed omnia fuiſſe ignava, ægra, aut penitus immobilia. Tum verò intellectum eſſe, ea quæ ventri præberentur, non magis ipſi ſuppeditari, quam membris omnibus, ac ea ſingula inde percipere fructum ſuum. Ita ex eo ſermone multitudo intellexit, locupletum facultates etiam pauperibus eſſe utiles: & quod

βοι, καὶ δυσμαχώτατον· πλείστων γοῦν δεινῶν τοῖς Ῥωμαίοις αἰτία ἡ τότε τῶν δυνατωτέρων πρὸς τοὺς ὑποδεεστέρους ἀκρίβεια γέγονεν. Ὡς γὰρ ταῖς στρατείαις τε καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐπιέζετο καὶ πολλὰ πολλάκις ἐλπίσαν σαφῶς ἐξηπάτητο, καὶ παρὰ τῶν δανειστῶν οἱ ὀφειλέται ὑβρίζοντο, καὶ ᾐκίζοντο, ἐς τοσοῦτον ὀργῆς ἐξεκαύθησαν, ὡς καὶ τὴν πόλιν τῶν ἀπόρων συχνοὺς ἐκλιπεῖν, καὶ ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἀναχωρῆσαι, καὶ ἐκ τῆς χώρας ὡς πολεμίους τὰς τροφὰς ἐρανίζεσθαι. Οὕτω δὲ τούτων συνενεχθέντων, ἐπεὶ πολλοὶ πρὸς τοὺς ἀποστάντας συνέῤῥεον, δείσαντες οἱ βουλευταὶ, μὴ ἐπὶ πλέον οὗτοί τε ἐκπολεμωθῶσι, καὶ τῇ στάσει συνεπίθωνται οἱ περίοικοι, διεκηρυκεύσαντο πρὸς αὐτοὺς, ὅσα πρὸς βουλῆς ἦσαν αὐτοῖς ποιεῖν ὑπισχνούμενοι. Ὡς δὲ μάλιστα ἐθρασύνοντο, καὶ οὐδένα λόγον ἐδέχοντο, εἷς τῶν πρέσβεων Ἀγρίππας Μενήνιος μύθου τινὸς σφᾶς ἀκοῦσαι ἠξίωσε· καὶ τυχὼν εἶπε· Στασιάσαι πρὸς τὴν γαστέρα πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος, καὶ φάναι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὡς ἡμεῖς, τάς τε χεῖρας ἐνεργοὺς εἰς ἔργα, καὶ τοὺς πόδας πρὸς πορείαν τιθέαμεν, τὴν γλῶτταν δὲ καὶ τὰ χείλη, ὅτι δι' ἡμῶν τῆς καρδίας βουλεύματα ἐξαγγέλλεται· τὰ ὦτα δ' αὖ ὡς δι' ἡμῶν οἱ δι' ἑτέρων λόγοι τῷ νῷ παραπέμπονται· τὰς δὲ χεῖρας, ὅτι ἐργάτιδες οὖσαι ἡμεῖς περιποιούμεθα πορισμοὺς, τοὺς πόδας δ' αὖθις, ὅτι ἅπαν ἡμεῖς τὸ σῶμα φέροντες, κοπιῶμεν κἂν ταῖς πορείαις, κἂν ταῖς ἐργασίαις, καὶ ἐν ταῖς στάσεσιν. Ἡμῶν δ' ἐνεργούντων οὕτω, σὺ μόνη ἀσυντελὴς οὖσα, καὶ ἀεργὸς, ὑπὸ πάντων ἡμῶν πορισμῶν ἀπολαύεις αὐτή. Ἡ γὰρ γαστὴρ συνετίθετο καὶ αὐτὴ, οὕτω ταῦτ' ἔχειν· καὶ εἰ δοκεῖ, ἔφησεν, ἀχορήγητόν με ἐάσατε, μηδέν μοι προσφέροντες· ἔδοξε ταῦτα, καὶ μή τι τοῦ λοιποῦ χορηγεῖσθαι τῇ γαστρὶ κοινῶς ἐψηφίσθη τοῖς μέλεσι. Τροφῆς δὲ μὴ προσφερομένης αὐτῇ, οὔθ' αἱ χεῖρες πρὸς ἔργον ἦσαν εὐκίνητοι, διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς γαστρὸς ἀτονήσασαι, οὔθ' οἱ πόδες ἔῤῥωντο, οὔτε τι ἕτερον τῶν μελῶν τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν παρεῖχεν ἀπρόσκοπον, ἀλλ' ἄπρακτα πάντα, δυσκίνητά τε ἢ καὶ πλέον ἦσαν ἀκίνητα· καὶ τότε συνῆκαν, ὅτι τὰ τῇ γαστρὶ προσφερόμενα, οὐ μᾶλλον ἐκείνῃ, ἀλλ' αὐτοῖς κεχορήγηται, καὶ αὐτῶν ἕκαστον ἐκείνῃ προσαγομένων παραπολαύει. Τούτοις τοῖς λόγοις τὸ πλῆθος συνῆκεν, ὡς αἱ τῶν εὐπόρων οὐσίαι, καὶ τοῖς πένησιν εἰσὶν εἰς ὠφέλειαν· καὶ κἀκεῖνοι ὠφελοῖντο ἐκ

ADMONITIO.

Iniquiùs hic a Zonara pugna ad Regillum omiſſa eſt, quam incredibile eſt, prætermiſſam a Dione. Accidit ea A. U.C. 258. A. Poſtumio, & T. Virginio Coſſ. Livius anni incertus, eam triennio ante ponit: omnes verò alii ante hunc Ap. Claudii, & P. Servilii Conſulatum.

ἐκ δανεισμάτων, καὶ τὰς οὐσίας αὔξουσιν, οὐκ εἰς βλάβην τοῦτο τῶν πολλῶν ἀποβαίνει. ὡς εἴ γε μὴ ἔχοιεν οἱ πλουτοῦντες, οὐδ᾽ οἱ πένητες ἂν ἐν καιροῖς ἀναγκαίοις ἕξουσι τοὺς δανείσοντας, καὶ ἀπολοῦνται χρείας καταπειγούσης. Ἐντεῦθεν ἠπιώτεροι γενόμενοι κατηλλάγησαν, κουφισμῶν τῶν ὀφειλῶν, καὶ τῶν ὑπερημέρων ἄφεσιν τῆς Βουλῆς ψηφισαμένης αὐτοῖς.

dens, ſui dominus, non fortunæ. Hoc pacto illi conceſsa vita, imperium eſt abrogatum. Duilius autem peditatu ſibi adjuncto, Segeſtanos liberavit, Hamilcare nec ad manus venire auſo; firmatiſque ſociis civitatibus, elapſa æſtate Romam rediit. Poſtquam verò Duilius abiit, Hamilcar Drepanum (eſt autem portus hic opportunus) muniit, eoque res maximi pretii contulit: & Erycinis omnibus expulſis, atque eorum everſa urbe, ne munitiſsimus locus, Romanis eſſet ad bellum gerendum uſui; alias vi, alias cæpit proditione: ac niſi a C. Floro, qui ibi habebat hyberna, coercitus fuiſſet, totam Siciliam ſubegiſſet.

Lucius verò ejus collega Scipio, in Sardiniam, & Corſicen duxit copias; quæ inſulæ in mari Tyrrheno ſitæ, tam exiguo intervallo ſunt ſeparatæ, ut ex longinquo pro una habeantur. Ac primum Valeria, Corſicæ urbe principe, capta vi, citra laborem reliquis eſt potitus: hinc dum navigat in Sardiniam, Carthaginenſi conſpecta claſſe, in eam impetum fecit. Sed cum illa, priuſquam veniretur ad manus, arripuit fugam, ipſe urbem invaſit Olbiam: verum, quod inde Carthaginenſes cum ſuis navibus apparebant, territus (haud enim a peditatu ſatis ad pugnam erat inſtructus) domum verſus iter intendit. Ac eo tempore cum alii captivi, tum Samnitæ, quorum complures ad navalem venerant apparatum, Romæ inſidiari decreverunt. Hæc autem, ubi Potilius novit Erius, qui auxiliarium erat Dux, ſe eis aſſentiri ſimulavit, ut omnia eorum conſilia cognoſceret. Quia verò illa deferre non poterat, a Samnitibus undique circumdatus, eis perſuaſit, ut cum Senatus haberetur, in foro congreſſi, vociferarentur in ipſum, in dimetiendo ſibi frumento fraudem eſſe factam. Quod cum illi feciſſent; Potilius acceſſitus, tanquam tumultus auctor; eorum inſidias expoſuit; ac tunc quidem ſedata ſeditione, illi dimiſſi ſunt; noctu verò, cum quique domini ſervos ſuos comprehendiſſent, omnis conjuratio eſt diſſipata. Sequenti æſtate & in Sardinia, una ſimul & Romani & Carthaginenſes bellum geſſerunt. Poſt hæc in Siciliam Attilius Latinus venit, qui cum Mutiſtratum urbem a Floro obſeſſam inveniſſet; copiis illius uſus, ejus mœnia oppugnavit. Ac principio quidem oppidani cum Carthaginenſibus, ei fortiter reſtiterunt; poſtea verò eorum uxoribus & liberis, in lacrymas, & ejulatus prorumpentibus, omi-
ſere

(a) U. C. 493.

λαβὼν, τούς τε Ἐγεςαίους ἐῤῥύσατο, μηδ' ἐς χεῖρας αὐτῷ τοῦ Ἀμίλκα ἐλθεῖν ὑπομείναντος, καὶ τὰ ἄλλα ἐβεβαιώσατο, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην, τοῦ θέρους παρελθόντος, ἀνεκομίσθη. Ἀπάραντος δ' αὐτοῦ, ὁ Ἀμίλκας τό τε Δρέπανον κεκλημένον (ἐςὶ δὲ λιμὴν ἐπίκαιρος) ἐκρατύνατο, καὶ ἐς αὐτὸ τὰ πλείςου κατέθετο ἄξια, καὶ τοὺς Ἐρυκινοὺς ἅπαντας μετανέςησε, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν κατέσκαψεν, ἵνα μὴ οἱ Ῥωμαῖοι καρτερὰν αὐτὴν οὖσαν καταλαβόντες, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου ποιήσωνται· καὶ πόλεις εἷλε, τὰς μὲν βίᾳ, τὰς δὲ προδοσίᾳ· καὶ εἰ μὴ Γάϊος Φλῶρος αὐτὸν ἀπέχεν, ἐκεῖ χειμάσας, τὴν Σικελίαν ἂν κατεςρέψατο ἅπασαν.

8. Λούκιος δὲ Σκιπίων ὁ συνάρχων αὐτοῦ, (a) ἐπὶ Σαρδὼ, καὶ ἐπὶ Κύρνον ἐςράτευσε (κεῖνται δὲ ἐν τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει, ὀλίγον ἀλλήλων ἀπέχουσαι, ὡς μίαν αὐτὰς πόῤῥωθεν εἶναι δοκεῖν) καὶ πρότερα τῇ Κύρνῳ προσβαλὼν, τὴν μὲν Οὐαλερίαν τὴν κρατίςην αὐτῆς πόλιν, βίᾳ εἷλεν, ἀπόνως δὲ τὰ λοιπὰ ἐχειρώσατο. Ἐς δὲ τὴν Σαρδὼ πλέων, κατεῖδέ τι ναυτικὸν Καρχηδονίων· καὶ ἐπ' αὐτὸ ἐτράπετο· καὶ οἱ μὲν ἔφυγον πρὶν ἢ συμμίξαι· αὐτὸς δὲ ἐπὶ πόλιν Ὀλβίαν ἦλθεν· ἔνθα τῶν Καρχηδονίων μετὰ τῶν νεῶν ἐπιφανέντων, φοβηθεὶς (οὐδὲ γὰρ εἶχε τὸ πεζὸν ἀξιόμαχον) ἐπ' οἴκου ἀπῆρεν. Ἐν δὲ τῷ τότε χρόνῳ, ἄλλοι τε τῶν ἁλόντων, καὶ ἐν τῷ ἄςει δουλευόντων, καὶ οἱ Σαμνῖται· συχνοὶ γὰρ πρὸς τὴν τοῦ ναυτικοῦ παρασκευὴν ἀφίκοντο· συνέθεντο τῇ Ῥώμῃ ἐπιβουλεῦσαι· μαθὼν δὲ τοῦτο Ἔριος Ποτίλιος ὁ τῆς βοηθείας ἄρχων, προσεποιήσατο συμφρονεῖν αὐτοῖς, ἵνα ἀκριβώσῃ πᾶν τὸ δεδογμένον αὐτοῖς, καὶ ἐπεὶ μὴ οἷός τε ἦν καταμηνῦσαι τὸ βούλευμα (πάντες γὰρ περὶ αὐτὸν ἦσαν οἱ Σαμνῖται) ἔπεισεν αὐτοὺς, βουλῆς ἀγομένης, ἐς τὴν ἀγορὰν ἀθροισθῆναι καὶ καταβοῆσαι αὐτοῦ, ὡς περὶ τὸν σῖτον ἀδικουμένους, ὅν περ ἐλάμβανον. Τῶν δὲ τοῦτο ποιησάντων, μεταπεμφθεὶς, ὡς αἴτιος τοῦ θορύβου, ἐξέφηνεν αὐτοῖς τὴν ἐπιβουλήν· καὶ τότε μὲν ἡσυχάσαντας ἀπέπεμψαν· νυκτὸς δὲ συνέλαβον ἕκαςος τῶν ἐχόντων δούλους τινὰς ἐξ αὐτῶν, καὶ οὕτως ἡ πᾶσα διελύθη συνωμοσία. Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ θέρει, ἔν τε τῇ Σικελίᾳ, καὶ τῇ Σαρδοῖ ἅμα ἐπολέμησαν οἵ Ῥωμαῖοί τε, καὶ οἱ Καρχηδόνιοι. Μετὰ δὲ τοῦτο Ἀτίλιος Λατῖνος ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθὼν, καὶ Μουτίςρατον πόλιν ὑπὸ τοῦ Φλώρου πολιορκουμένην εὑρὼν, τῇ παρασκευῇ ἐκείνου ἀχρήσατο· καὶ προσβολὰς περὶ τὸ τεῖχος αὐτοῦ ποιουμένου, πρῶτον μὲν οἱ ἐπιχώριοι μετὰ τῶν Καρχηδονίων ἠμύνοντο κραταιῶς· τῶν δὲ γυναικῶν, καὶ τῶν παίδων ἐς δάκρυα, καὶ ἐς οἰμωγὰς προαχθέντων, οὐκ ἀπέχον : Ὑπεξελθόν-
των

τῶν δὲ νυκτὸς τῶν Καρχηδονίων, ἅμα τῇ ἕῳ τὰς πύλας ἐθελονταὶ οἱ ἐπιχώριοι ἀνεπέτασαν· εἰσελθόντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι, πάντας ἐφόνευον, ἕως ἐκήρυξεν ὁ Ἀττίλιος, τήν λοιπὴν τήν τε λείαν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοῦ λαβόντος εἶναι· ἐκ τότε γὰρ τοὺς λοιπούς τε ἐζώγρησαν, καὶ τὴν πόλιν διαρπάσαντες, κατέπρησαν.

9. Ἐκεῖθεν δ' ἐπὶ Καμαρίναν ἀπερισκέπτως γενόμενοι ἐς χωρία προλελοχισμένα ἐνέπεσον· καὶ πανσυδὶ ἂν ἐφθάρησαν, εἰ μὴ Μάρκος Καλπούρνιος χιλίαρχων, σοφίᾳ μετῆλθε τὸ δυστύχημα· ἰδὼν γάρ τινα τῶν περὶ ξ λόφων μόνον ὑπὸ τοῦ κρημνώδους μὴ προκατειλημμένον, ὁπλίτας τετρακοσίους παρὰ τοῦ ὑπάτου ᾐτήσατο, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐπ' ἐκεῖνον ὥρμησεν, ἵν' οἱ πολέμιοι πρὸς αὐτοὺς τραπῶνται, κἀντεῦθεν οἱ λοιποὶ διαφύγωσι, καὶ ἔσχεν οὕτως. Ὡς γὰρ τὴν ὁρμὴν αὐτῶν εἶδον οἱ ἐναντίοι, ἐκπλαγέντες, τὸν μὲν ὕπατον, καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, ὡς ἤδη ἑαλωκότας, κατέλιπον, ἐπὶ δὲ τὸν Καλπούρνιον συνέδραμον· καὶ μάχης ἰσχυρᾶς γεγονυίας, πολλοὶ μὲν ἐκείνων, πάντες δὲ οἱ τετρακόσιοι ἔπεσον, μόνος δὲ περιεσώσατο ὁ Καλπούρνιος, τρωθεὶς μὲν, λαθὼν δ' ἐν τοῖς νεκροῖς κείμενος ὑπὸ τῶν τραυμάτων, ὡς τεθνηκώς· ἐν ᾧ ζῷος εὑρεθεὶς, ἐσώθη. Ἐν ᾧ δ' οἱ τετρακόσιοι ἐμάχοντο, ὁ ὕπατος ἀπεχώρησε· διαφυγὼν δ' οὕτως, τήν τε Καμαρίναν, καὶ ἄλλας πόλεις, τὰς μὲν βίᾳ, τὰς δὲ καὶ ὁμολογίᾳ παρεστήσατο· ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Λιπάραν ὥρμησεν ὁ Ἀττίλιος· (a) νυκτὸς δὲ λαθὼν, προκατέσχεν αὐτὴν ὁ Ἀμίλκας. καὶ ἐπεξελθὼν αἰφνιδίως, πολλοὺς διέφθειρε. Γάϊος δὲ Σουλπίκιος τῆς τε Σαρδοῦς τὰ πλεῖστα κατέδραμε, καὶ ὑπερφρονήσας ἐκ τούτου, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Λιβύην· καὶ ἀντῆραν μὲν καὶ οἱ Καρχηδόνιοι σὺν τῷ Ἀννίβᾳ, περὶ τοῖς οἴκοι δεδιότες· ἀντιπνεύσαντος δὲ πνεύματος σφίσιν, ἄμφω ὑπεχώρησαν· καὶ μετὰ ταῦτα ἔσφαλε διά τινων ψευδαυτομόλων τὸν Ἀννίβαν ὁ Ἀττίλιος, ὡς ἐς τὴν Λιβύην αὖθις πλευσόμενος. Σπουδῇ τε οὖν αὐτῷ ἐξαναχθέντι ἐπιπλεύσας ὁ Σουλπίκιος, τὰς μὲν πλείους τῶν νεῶν ἀγνοούσας ὑπὸ ὁμίχλης ἐπὶ πολὺ τὸ γινόμενον, καὶ ταραττομένας κατέδυσε· τὰς δὲ λοιπὰς καταφυγούσας ἐς τὴν γῆν κενὰς εἷλεν· ὁ γὰρ Ἀννίβας οὐκ ἀσφαλῆ τὸν λιμένα ὁρῶν, καταλιπὼν αὐτὰς ἀνεχώρησεν ἐς πόλιν Σούλκους· Ἔνθα στασιασάντων πρὸς αὐτὸν Καρχηδονίων, προῆλθέ τε ἐς αὐτοὺς μόνος, καὶ ἀπώλετο· ἀδεέστερον δ' ἐκ τούτου τὴν χώραν κατατρέχοντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἡττήθησαν ὑπὸ Ἄννωνος. Ταῦτα ἐν τῷ ἔτει τούτῳ ἐγένετο· καὶ συνεχῶς λίθοι ἐξ οὐρανοῦ ἐς τὴν Ῥώμην ἅμα πολ-

(a) U. C. 494.

ſere defenſionem. Cumque noctu Carthaginenſes digreſſi eſſent; primo diluculo oppidani, ultro portas aperuerunt. Romani autem ingreſſi, omnes trucidaverunt: donec Attilius proclamari juſſit, prædam & homines ejus fore, qui cæpiſset. Tunc enim milites captis reliquis, direptam urbem incenderunt.

Inde Camarinam, incircumſpectè & fidentiùs aggreſſi, atque in loca inſidiis occupata delapſi, forte an periiſsent omnes, niſi Tribunus militum Calpurnius Marcus, arte inſortunium correxiſset. Nam uno tantum, ob præcipitia non inſeſso ab hoſtibus, viſo tumulo; tercentos ab Conſule petiit milites, eoſque propere illò adduxit, ut inimicis in ſe converſis, reliqui effugerent: nec equidem eſt deceptus. Adverſarii namque eorum impetu irritati ac perculſi, relicto Conſule ejuſque acie, ut jam captis, omnes in unum Calpurnium concurrerunt: atrocique commiſsa pugna; multi quidem ex hoſtibus, at verò illi tercenti omnes præter unum Calpurnium, perierunt. Is enim, cum præ vulneribus, inſtar mortui, inter cadavera jacuiſset, incolumis repertus vivens, evaſit. Quo autem tempore tercenti pugnabant illi, Attilius Conſul ut retroceſſit, & ita periculum fuga vitat; Camarinam & urbes alias, partim vi, partim deditione ſubegit; & hinc Liparam profectus, cum eam clam noctu Amilcar occupaſset, facta ſubita in hoſtes irruptione, multos eorum trucidavit. Parte alia C. Sulpicius, non modò Sardiniæ loca infeſtavit pleraque; ſed ſucceſſibus elatus, etiam in Africam duxit copias: quo facto, Carthaginenſes cum Hannibale, patriæ metuentes, etiam ſolverunt; ſed vento adverſo repulſi, ambo recedere ſunt coacti. Poſt hæc, Hannibalem, per ſubornatos transfugas, tanquam in Africam navigaturus denuo, Attilius decepit. Cum igitur celeriter e portu ſolviſset Hannibal, Sulpitius quoque ſolvit, inque claſsem hoſtilem irruens, multas illius naves, quæ præ caligine, diu ignorarunt, quid rei eſſet; territas turbataſque demerſit: reliquas verò, quæ ad terram, fuga ſibi conſuluerunt, Attilius cæpit vacuas. Hannibal enim, cum portum haud tutum cerneret, relictis navibus, in urbem Sulcos reverſus eſt: ibique contra eum Carthaginenſium orta ſeditione, cum ſolus ad ipſos prodire audet, occiſus eſt. Romani verò ex his caſibus, agros ſecuriùs, quam par erat, populantes,

ab

ab Hannone devicti ſũt. Atque hæc eo anno geſta ſũt: & cõtinentet, plures ſimul de cœlo lapides, inſtar grandinis Romæ deciderunt: idemque in Albano, & alibi quoque factum.

Conſules verò ſequentis anni, in Siciliam profecti, Liparam oppugnarunt: quum autem cognoviſsent, ſub Tyndario promontorio in inſidiis eſse Carthaginenſes, naves ipſi diviſerunt: & cum alter Conſulum, ſemiſse claſsis promontotium circumdediſset; Hamilcar ratus eum ſolum eſse, naves ſuas contra eduxit. Ubi autem & reliqui apparuerunt; in fugam Hamilcar verſus, navium partem amiſit maximam. Hoc ſucceſsu Romani elati, Sicilia, tanquam eſset ſuæ jam ditionis, relicta; Libyam & Carthaginem petere auſi ſunt, ductu & auſpiciis M. Reguli, & L. Manlii; qui ob virtutem prælati cæteris, cum in Siciliam appuliſsent, inſula ordinata, navigationem Libycam adornarunt. Verum Carthaginenſes eorum adventu non expectato, claſſe celeriter comparata juxta Heracleam cum ipſis congreſsi ſunt: cumque diu, æquo marte pugnatum eſset, Romani vicerunt tandem. Hamilcar itaque haud eis reſiſtere auſus amplius; cum ſpem alioqui haberet, ſibi miſsum exercitum iri domo; tempus extrahere cupiens; ad Romanos ſub ſpecie petendæ pacis Hannonem miſit. Quem cum quidam comprehendendum eſse clamitarent, quòd etiam fraude Cornelium cæpiſſent Carthaginenſes: Si iſtud, inquit, feceritis, nihilo jam eritis Afris præſtantiores. Eaque tam opportuna adulatione, incolumis Hanno evaſit: ſui verò rurſus in bellum incubuerunt. Ac Conſules Meſsana profectos, Hamilcar & Hanno, diviſis copiis utrinque circundare cogitabant: Sed Hanno eorum ſeceſsu non expectato, ad tutandam Carthaginem properavit: Hamilcar verò re cognita, eodem loco ſibi manendum duxit. Cæterum Romani ubi in terram Libycam deſcendere, urbem Aſpidem invaſerunt: eos tamen cum accedere vident cives, mox e medio excedunt omnes. Ita ſine pugna Romani urbem vacuam cæperunt; eaque uſi ad belli gerendi commoditatem, inde etiam erumpere ſoliti, agros vaſtarunt. Tum & alias urbes vi, deditione alias ſubegere, magnamque prædam retulerunt: & transfugas, ſuorumque plurimos, prioribus captos bellis, receperunt.

Cum autem hyems ingruiſset, cum manu-

πολλοὶ, ὡς ϗ χαλάζῃ ἐοικέναι, ἔπεσον· ϗαὶ ἐς τὸ Αλβανὸν, ϗαὶ ἄλλοθι λίθους ὁμοίως συνέβη κατενεχθῆναι.

10. Οἱ δ᾽ ὕπατοι (a) ἐπὶ Σικελίαν ἐλθόντες, ἐπὶ Λιπάραν ἐστράτευσαν· ἐπεὶ δ᾽ ὑπὸ τὴν ἄκραν, τὴν Τυνδαρίδα καλουμένην, ναυλοχοῦντας ᾔσθοντο τοὺς Καρχηδονίους, διχῇ τὸν πλοῦν ἐποιοῦντο· ϗ θατέρου τῶν ὑπάτων τῷ ἡμίσει τοῦ ναυτικοῦ τὸ ἀκρωτήριον περιβαλόντος, νομίσας ὁ Ἀμίλκας μόνους εἶναι, ἐξανήχθη· ὡς δὲ ϗ οἱ λοιποὶ ἐπεγένοντο, πρὸς φυγὴν ἐχώρησε, ϗαὶ τοῦ ναυτικοῦ πλεῖστον ἀπέβαλεν· Ἐπαρθέντες δ᾽ οἱ Ῥωμαῖοι, Σικελίαν μὲν, ὡς ἤδη σφετέραν οὖσαν κατέλιπον· τῇ δὲ Λιβύῃ, τῇ τε Καρχηδόνι ἐπιχειρῆσαι ἐτόλμησαν· ἡγοῦντο δὲ αὐτῶν ὅ τε Ῥήγουλος ὁ Μάρκος, ϗαὶ Λούκιος Μάλιος (b) ἐξ ἀρετῆς προκριθέντες· ϗ οἱ μὲν ἐς τὴν Σικελίαν πλεύσαντες, τὰ ἐκεῖσε καθίσαντες, ϗαὶ τὸν ἐς τὴν Λιβύην ηὐτρέπιζον πλοῦν· Καρχηδόνιοι δὲ οὐκ ἀνέμειναν αὐτοὺς ἐπιπλεῦσαι σφίσι, ἀλλὰ παρασκευασάμενοι πρὸς Σικελίαν ἠπείχθησαν, ϗ παρὰ τῇ Ἡρακλειώτιδι ἐς χεῖρας ἀλλήλους ἦλθον· ἰσοῤῥόπου δὲ τῆς ναυμαχίας ἐπὶ πολὺ γενομένης, τέλος ὑπέσχον Ῥωμαῖοι. Ἀμίλκας δὲ ἀντιστῆναι αὐτοῖς οὐκ ἔτι ἐτόλμα· Ἄννωνα δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔπεμψεν, ὡς ὑπὲρ εἰρήνης, βουλόμενος τὸν καιρὸν τρίβειν (ἤλπιζε γὰρ στρατεύματα οἱ πεμφθήσεσθαι οἴκοθεν) Ἄννων δὲ βοώντων τινῶν συλλαβεῖν αὐτὸν, ὅτι ϗ Καρχηδόνιοι ἀπάτῃ συνέλαβον τὸν Κορνήλιον. Ἂν τοῦτο ποιήσητε, εἶπεν, οὐδὲν ἔτι κρείττους τῶν Λιβύων ἔσεσθε. Ἐκεῖνος μὲν οὖν εὐκαιρότατα θωπεύσας αὐτοὺς, οὐδὲν ἔπαθεν· οἱ δὲ ϗ αὖθις τοῦ πολέμου εἴχοντο, ϗ οἱ μὲν ὕπατοι ἐκ τῆς Μεσσήνης ἔπλεον, Ἀμίλκας δὲ ϗ Ἄννων διαιρεθέντες, ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς περισχεῖν ἐμελέτων· ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἄννων οὐχ ὑπέστη προσιόντας αὐτοὺς· προκαταπλεύσας δ᾽ ἐς Καρχηδόνα ταύτην ἐφύλασσεν· ὁ δὲ Ἀμίλκας πυθόμενος τοῦτο, κατὰ χώραν ἔμενεν· Ἐκβάντες δ᾽ ἐς τὴν γῆν οἱ Ῥωμαῖοι, ἐπὶ τὴν Ἀσπίδα πόλιν ἐχώρησαν· οὓς ἰδόντες προσιόντας οἱ ἐπιχώριοι, προϋπεξῆλθον, ϗ ἀμαχεὶ κατασχόντες αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι, τοῦ πολέμου ὁρμητήριον ἐποιήσαντο· κἀντεῦθεν τήν τε γῆν ἐπόρθουν, ϗ πόλεις, τὰς μὲν ἐθελουσίας, τὰς δὲ φόβῳ προσεκτῶντο λείαν τὴν πολλὴν ἐλάμβανον, ϗ αὐτομόλους πλείστους ἐδέχοντο, ϗ τῶν οἰκείων συχνοὺς, τῶν ἐν τοῖς πρὶν ἁλόντων πολέμοις ἐκομίζοντο.

11. Χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου, Μάλιος μὲν ἐς

(a) U.C. 495. (b) U.C. 496.

ἐς Ῥώμην σὺν τῇ λείᾳ ἀπέπλευσε, Ῥήγουλος δ' ἐν τῇ Λιβύῃ ὑπέμεινε· καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ἐν παντὶ κακῷ γίγονασι, τῆς χώρας τε πορθουμένης αὐτῶν, καὶ αὐτῶν, περιοίκων ἀλλοτριουμένων, καὶ κατειληφθέντες ἐς τὸ τεῖχος ἡσύχαζον· Ῥηγούλῳ δὲ παρὰ τὸν Βαγράδαν ποταμὸν στρατοπεδευομένῳ, δράκων ἐπεφάνη ὑπερμεγέθης, οὗ τὸ μῆκος, λέγεται εἶναι, ποδῶν ἑκατὸν πρὸς εἴκοσι· καὶ γὰρ ἡ λεβηρὶς αὐτοῦ ἐς τὴν Ῥώμην κεκόμιστο δι' ἐπίδειξιν. Ἀναλόγος δὲ καὶ τὸν ἄλλον ὄγκον τοῦ σώματος εἶχεν· ὁ συχνοὺς τῶν στρατιωτῶν, τοὺς μὲν πελάζοντας αὐτῷ, τοὺς δὲ καὶ πίνοντας ἐκ τοῦ ποταμοῦ, διέφθειρε· κατειργάσατο δ' αὐτὸν ὁ Ῥήγουλος πλήθει στρατιωτῶν, καὶ μηχαναῖς λιθοβόλοις· καὶ τὸν μὲν οὕτω διέφθειρε. Τῷ δὲ Ἀμίλκᾳ ἐπὶ μετεώρου, καὶ ξυλώδους στρατοπεδευομένῳ χωρίου, νύκτωρ προσέμιξε, καὶ πολλοὺς μὲν ἐν ταῖς εὐναῖς, πολλοὺς δ' ἐξεγερθέντας διώλεσεν· εἰ δέ τινες καὶ διέφυγον, τοῖς τὰς ὁδοὺς τηροῦσιν ἐμπίπτοντες, ὤλλυντο· καὶ οὕτω τῶν τε Καρχηδονίων μέρος ἀναλώθη πολύ, καὶ πόλεις αὐτῶν συχναὶ πρὸς Ῥωμαίους μεθίσταντο. Φοβηθέντες δ' οἱ ἐν τῇ πόλει μὴ ἁλῶσι, διεκηρυκεύσαντο πρὸς τὸν ὕπατον, ὅπως ὁμολογίᾳ τινὶ ἐπιεικεῖ ἀποπέμψαντες αὐτόν, τὸ παραυτίκα δεινὸν ὑπεκφύγωσιν· ἐπεὶ δὲ πολλὰ ᾐτοῦντο, καὶ φορτικά, ὡς ἅλωσιν αὐτῶν ἀκριβῆ νομίζεσθαι τὰς σπονδάς, πολεμεῖν μᾶλλον εἵλοντο. Ὁ μέντοι Ῥήγουλος μέχρι τότε εὐτυχῶν, αὐχήματος μεστὸς ἐγένετο καὶ φρονήματος, ὥστε καὶ γράφειν ἐς τὴν Ῥώμην, ὅτι κατεσφραγισμένας ἔχει τὰς τῶν Καρχηδονίων πύλας, ὑπὸ τοῦ φόβου·

nubiis Romam Manlius navigavit, attamen in Africa manſit Regulus. Carthaginenſes igitur malis omnis generis confliĉtantes (nam & ager eorum vaſtabatur, & finitimi ab ipſis alienabantur) intra mœnia conglobati ſe continebant. Regulo verò ad Bagradam flumen caſtrametato, ingens viſus eſt Draco; cujus longitudinem, pedum centumviginti fuiſſe perhibent: nam & pellis ejus, oſtentationis cauſa Romam perlata fuit. Sane longitudini tantæ, totius moles corporis reſpondebat. Eum certe, poſt multos milites, qui vel propius acceſſerunt, vel bibebant e flumine, devoratos, Regulus militum copiis, & catapultis confecit. Hamilcarem verò, qui in ſylvoſo tumulo caſtra habebat, noctu aggreſſus; multos in cubilibus, multos experrectos occidit: & ſi qui evaſerunt fuga, ipſi quoque ab iis, qui vias cuſtodiebant, excepti perierunt. Hoc pacto Carthaginenſium magna pars eſt abſumpta, & multæ urbes aliæ ad Romanos defecerunt. Il ergo, qui in urbe erant, veriti, ne caperentur, caduceatores ad Regulum miſerunt; ut tolerabili aliqua pactione, eo inde amoto, malum imminens ſubterfugerent. Poſtquam autem multa perquam moleſta petebantur, ita ut illi pacis conditiones, nihil aliud, quam ſui verum excidium judicarint; paci bellum prætulerunt. Regulus equidem ad id uſque tempus læta fortuna uſus, adeo magno ſpiritu, & faſtu elatus eſt, ut Romam ſcriberet, ſe Carthaginis portas habere metu obſigna-

Hinc e Dione Conſtantinus *Eclogen nonam* deſumpſit, hiſce; quæ integrius Dionem audire faciunt;

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR.

Οἱ Καρχηδόνιοι [φοβηθέντες μὴ ἁλῶσι, προεκηρυκεύσαντο πρὸς τὸν ὕπατον, ὅπως ὁμολογίᾳ τινὶ ἐπιεικεῖ ἀποπέμψαντες αὐτόν, τὸ] παραχρῆμα [δεινὸν ὑπεκφύγωσιν· ἐπειδὴ] τε οὐκ ἠθέλησαν Σικελίας τε πάσης, καὶ Σαρδοῦς ἀποστῆναι, καὶ τοὺς μὲν τῶν Ῥωμαίων αἰχμαλώτους προῖκα ἀφεῖναι, τοὺς δὲ σφετέρους λύσασθαι, καὶ τα δαπανηθέντα Ῥωμαίοις ἐς τὸν πόλεμον πάντα διαλῦσαι, χωρὶς ἄλλα καθ' ἕκαστον ἔτος, συντελέσειν οὐδὲν ἤνυσαν. Πρὸς γὰρ δὴ τοῖς εἰρημένοις, καὶ ἐκεῖνα αὐτοὺς ἐλύπει, ὅτι μήτε πολεμεῖν, μήτε συμβαίνειν ἄνευ Ῥωμαίων, καὶ αὐτοὶ μὲν πλείοσι μιᾶς ναυσὶ μακραῖς χρῆσθαι, ἐκείνοις δὲ πεντήκοντα τριήρεσιν ἐπικουρεῖν, ὁσάκις ἂν ἐπαγγελθῇ σφίσιν, ἄλλα τέ τινα οὐκ ἐκ τοῦ ὁμοίου ποιεῖν ἐκελεύοντο. Ἐξ οὖν τούτων [ἅλωσιν σφῶν ἀκριβῆ τὰς σπονδὰς νομίσαντες ἔσεσθαι, πολεμεῖν αὐτοῖς μᾶλλον εἵλοντο.]

Carthaginienſes metuentes, ne in hoſtis poteſtatem venirent, ipſi priores ad Conſulem legatos miſerunt, ut eo pacis aliqua tolerabili, & æqua conditione dimiſſo, malum præſens effugerent. Quia verò Sicilia tota, Sardiniaque cedere noluerunt; nec gratuito captivos Romanos dimittere, ſuos pretio redimere; nec omnem belli ſumptum, quem populus Romanus fecerat, reſarcire; nec præter ipſum, alia quædam in annos ſingulos ſolvere, nihil ab eis peractum fuit. Nam præter ea quæ dicta ſunt, id quoque ipſis moleſtum erat, quod nec bellum aliquod gerere, neque pacem facere, ſine Romanis, & ipſi non pluribus una, longis navibus uti, Romanis auxilium 50. triremibus ferre, quoties denuntiatum ipſis eſſet; quædam alia denique non æquis legibus facere juberentur. His ergo de cauſis arbitrari, pacem hanc, eorum exitium reapſe eſſe futurum, bellum proſequi maluerunt.

N O T AE.

Ὅτι μήτε πολεμεῖν, &c. ad χρῆσθαι.] *Mendoſe hic locus in exemplari ſcriptus erat. Videndus Appianus in fragmentis.* Urſinus.

ſignatas: parque fuit elatio ejus militum, & eorum, qui erant Romæ; unde factum eſt, pariter, ut impingerent. Carthaginenſibus enim tum alii venerunt ſocii, tum ex Lacedæmone ſuppetias venit Xanthippus. Qui creatus Carthaginenſium imperator (nam & ei populus cupide detulit rerum ſummam, & Hamilcar, aliique principes civitatis ei ultro ceſſerunt locum) inter alia, quæ probe ordinavit, Carthaginenſes a quibuſdã excelſis collibus, in quibus præ metu agebant, in planitiem deduxit, ubi & equitatus eorum, & elephantes valebant maximè. Tum aliis quidem temporibus, quiete ſe habuit; cum verò aliquando obſervaſſet, Romanos per contemptum negligenter ſtationes habere: valde namque elati animo ob victoriam, & Xanthippum, ut Græculum contemnentes (ita enim Romani Hellenas vocant, & in ſpretum generis, hac in eos utuntur voce) incircumſpectè caſtrenſia exercitia agitabant. Sic ergo Xanthippus Romanos male affectos adortus, eorumque equitatu profligato per elephantes, occidit multos, multos verò & cæpit, & ipſum Regulum. Qua victoria potiti Carthaginenſes, etſi animis ſint elati, captivos tamen ſervaverunt; ne ſui quoque, quos pridem Romani cæperant, ab iis occiderentur. Regulum verò modis omnibus afflixerunt. Nam & cibi tantum præbebant, quanto vivere poſſet, & elephantum continenter ad eum adducebant, ut ab eo territus, neque animo, neque corpore conquieſceret: ac poſt has denique vexationes, eum in carcerem conjecerunt. Porro ſuos etiam fœderatos crudeliſſime tractarunt Carthaginenſes. Cum ea namque, quæ eis promiſerant, præſtare non poſſent, eos, tanquam ſtipendia non multo poſt ſoluturi, dimiſerunt; eorum verò vectoribus præceperunt, ut iis in deſerta quadam inſula, expoſitis, clam diſcederent. Xanthippum denique, alii ab ipſis, perſecutis abeuntem, ſubmerſum ferunt; alii navem veterem ei datam, & rimarum plenam, extrinſecus tantum recens picatam; ut in ea per ſe ſubmergeretur: quo is animadverſo, alia conſcenſa navi, hoc modo ſervatus fuerit. Id verò factum, ne ab illo ſervati fuiſſe viderentur. Putabant enim, eo ſublato, una etiam, rerum geſtarum gloriam perituram.

Romanis ea clade mæſtis, illud dolorem auxit, quod Carthaginenſes ad ipſam Romam navigaturos arbitrabantur. His ergo de cauſis, & Italiam præſidiis munierunt, & Conſules M. Æmilium, & Fulvium Pætinum,

φόβου· τὰ ἴσα δὲ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, καὶ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐφρόνουν· ὅθεν καὶ ἐσφάλησαν· ἦλθον μὲν γὰρ τοῖς Καρχηδονίοις, καὶ ἕτεροι σύμμαχοι, ἦλθε δὲ καὶ ἐκ Λακεδαίμονος, Ξάνθιππος. Οὗτος τὴν αὐτοκράτορα τῶν Καρχηδονίων ἀρχὴν εἰληφὼς (ὅ τε γὰρ δῆμος αὐτῷ τὰ πράγματα προθύμως ἐπέτρεψε, καὶ ὁ Ἀμίλκας, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἐν τέλει ἑκουσίως ἐξέστησαν) τά τε ἄλλα παρεσκεύασεν εὖ, καὶ ἀπὸ τῶν μετεώρων τοὺς Καρχηδονίους, ἐν οἷς ὑπὸ δέους ἦσαν, κατήγαγεν ἐς τὸ ὁμαλὸν, ἐν ᾧ ἥ τε ἱππεία αὐτῶν, καὶ οἱ ἐλέφαντες πλεῖστον ἰσχύσειν ἔμελλον· καὶ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἡσύχαζε· τηρήσας δέ ποτε τοὺς Ῥωμαίους καταφρονητικῶς αὐλιζομένους· Μέγα γὰρ φρονοῦντες τῇ νίκῃ, καὶ τὸν Ξάνθιππον, ὡς Γραικὸν ὑπερορῶντες (οὕτω καλοῦσι τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἐς ὄνειδος δυσγενείας τῷ προσρήματι κατ' αὐτῶν χρῶνται) τὰς στρατοπεδείας ἀπερισκέπτως πεποίηντο. Οὕτως οὖν τοῖς Ῥωμαίοις διακειμένοις ὁ Ξάνθιππος ἐπελθὼν, καὶ τὸ ἱππικὸν αὐτῶν διὰ τῶν ἐλεφάντων τρεψάμενος, πολλοὺς μὲν κατέκοψε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐζώγρησε, καὶ αὐτὸν τὸν Ῥήγουλον. Καὶ ἐν φρονήματι διὰ ταῦτα ἦσαν οἱ Καρχηδόνιοι, τοὺς δὲ ἁλόντας περιέσωσαν, ἵνα μὴ καὶ οἱ παρὰ τῶν Ῥωμαίων, πρότερον ἐξ αὐτῶν αἰχμαλωθέντες, κτανθῶσι. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους τῶν ἑαλωκότων Ῥωμαίων ἐν θεραπείᾳ εἶχον, τὸν δὲ Ῥήγουλον ἐν πάσῃ κακουχίᾳ πεποίηντο· τροφήν τε αὐτῷ ὅσον ἀποζῆν προσῆγον, καὶ ἐλέφαντα προσέφερον συνεχῶς, ὅπως ὑπ' αὐτοῦ δειματούμενος, μήτε τῷ σώματι, μήτε τῇ διανοίᾳ ἡσυχάζοι· ἐπὶ συχνὸν δὲ κακώσαντες οὕτως αὐτὸν, ἐς δεσμωτήριον ἔθεντο· τοὺς δὲ σφετέρους συμμάχους οἱ Καρχηδόνιοι δεινότατα μετεχειρίσαντο. Οὐ γὰρ εὐποροῦντες ἀποδοῦναι αὐτοῖς ἃ προϋπέσχοντο, ἀποδώσοντες· ἐκέλευσαν δὲ τοῖς κομίζουσι σφᾶς, ἐς ἐρήμην τινὰ νῆσον ἐκβιβάσαι, καὶ λάθρα ἀποπλεῦσαι. Καὶ τὸν Ξάνθιππον δὲ, οἱ μέν φασι, καταποντῶσαι αὐτοὺς, ἀποπλεύσαντι ἐπιπλεύσαντας· οἱ δὲ ναῦν αὐτῷ δοῦναι παλαιὰν, μηδὲν στέγουσαν, νέον καταπιττώσαντες ἔξωθεν, ἵν' αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς καταποντισθῇ· τὸν δὲ γνόντα τοῦτο, ἐς ἑτέραν ἐμβῆναι, καὶ οὕτω διασωθῆναι. Ταῦτα δ' ἐποίουν, ἵνα μὴ δοκοῖεν πρὸς ἐκείνου σεσῶσθαι· ἐνόμισαν γὰρ ἀπολωλότος αὐτοῦ, καὶ τὴν τῶν ἔργων δόξαν συναπολεῖσθαι.

12. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ἤλγουν μὲν διὰ τὸ συμβὰν, καὶ πλεῖον ὅτι τοὺς Καρχηδονίους ἐπὶ τὴν Ῥώμην αὐτὴν προσεδόκων ἀποπλευσεῖσθαι· διὰ ταῦτα τήν τε Ἰταλίαν ἐν φυλακῇ ἐποιήσαντο, καὶ ἐπὶ

ἐπὶ τοὺς ἐν Σικελίᾳ τῇ τε Λιβύῃ ὄντας Ῥωμαίους, σπουδῇ τοὺς ὑπάτους ἔπεμψαν, Μάρκον Αἰμίλιον, καὶ Φουλούϊον Παῖτινον (a) οἳ ἐς Σικελίαν πλεύσαντες, καὶ φρουρήσαντες τὰ ἐκεῖ, πρὸς Λιβύην ὡρμήκεσαν, καὶ χειμῶνι ληφθέντες, κατηνέχθησαν ἐς Κόρσουραν· πορθήσαντες δὲ τὴν νῆσον, καὶ φρουρᾷ παραδόντες, ἔπλεον αὖθις. Κἀν τούτῳ ἰσχυρὰ ναυμαχία πρὸς Καρχηδονίους· ἠγωνίζοντο γὰρ οἱ μὲν παντελῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς οἰκείας ἐκβαλεῖν· Ῥωμαῖοι δὲ τοὺς ἐγκαταλειφθέντας σφῶν ἐν τῇ πολεμίᾳ ἀνασώσασθαι· ἀγχωμάλως δὲ μαχομένων, οἱ ἐν τῇ Ἀσπίδι ὄντες Ῥωμαῖοι, κατὰ νώτου τοῖς Καρχηδονίοις ἐξαίφνης ἐπέπεσον· καὶ ἀμφιβόλους αὐτοὺς καταλαβόντες, ἐνίκησαν. Καὶ μετὰ τοῦτο, καὶ τῷ πεζῷ οἱ Ῥωμαῖοι ἐκράτησαν, καὶ εἷλον πολλούς, οὓς διὰ τὸν Ῥήγουλον, καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ ἁλόντας περιεσώσαντο. Ἁρπαγὰς δέ τινας ποιησάμενοι, ἐς Σικελίαν ἔπλευον· χειμῶνι δὲ περιπεσόντες, καὶ πολλοὺς ἀποβαλόντες, οἴκοι ταῖς ναυσὶ ταῖς περισωθείσαις ἀπέπλευσαν· Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι καὶ τὴν Κόρσουραν ἔλαβον, καὶ ἐς Σικελίαν ἐπεραιώθησαν· καὶ εἰ μὴ τὸν Κολλατῖνον, καὶ Γναῖον Κορνήλιον (b) ἔμαθον πολλῷ προσπλέοντας ναυτικῷ, πᾶσαν ἂν αὐτὴν ἐχειρώσαντο· οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ναυτικόν τε ἄριστον ταχέως ἐξήρτησαν, καὶ καταλόγους βελτίστους ἐπεποιήκεσαν· καὶ οὕτως ἐρρώσθησαν, ὥστε τρίτῳ μηνὶ ἐς τὴν Σικελίαν ἐπανελθεῖν. Πεντακοσιοστὸν δ᾽ ἦν ἔτος, ἀφ᾽ οὗπερ ἡ Ῥώμη συνέστη. Καὶ τὴν μὲν κάτω τοῦ Πανόρμου πόλιν χαλεπῶς εἷλον, τῇ δ᾽ ἄκρᾳ προσεδρεύοντες ἐκακοπάθησαν, μέχρις οὗ τοῖς ἐν αὐτῇ ἐπέλιπεν ἡ τροφή· τότε γὰρ προσεχώρησαν τοῖς ὑπάτοις· οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὰς ναῦς αὐτῶν οἴκαδε πλεούσας τηρήσαντες, εἷλον συχνὰς χρημάτων μεστάς. Εἶτα Σερουΐλιός τε Καιπίων, καὶ Γάϊος Σεμπρώνιος ὕπατοι, (c) τοῦ μὲν Λιλυβαίου πειράσαντες ἀπεκρούσθησαν, ἐς δὲ τὴν Λιβύην ἐπεραιώθησαν, καὶ τὴν παραλίαν ἐπόρθουν· ὡς δ᾽ ἐκομίζοντο οἴκαδε, χειμῶνι ἐνέτυχον, καὶ ἐβλάβησαν· διὸ νομίσας ὁ δῆμος ἐξ ἀπειρίας τῶν ναυτικῶν βλάπτεσθαι, τῆς μὲν ἄλλης θαλάσσης ἀπέχεσθαι ἐψηφίσαντο, ναυσὶ δ᾽ ὀλίγαις τὴν Ἰταλίαν φρουρεῖν παρεσκεύαζον.

13. Τῷ δ᾽ ἐπιγενομένῳ ἔτει Πούπλιος Γάϊος, καὶ

tinum, ad Romanos, qui in Sicilia & Libya erant celeriter miſerunt. Qui Sicilia præſidiis firmata, cum in Africam navigarent; tempeſtate ad Corſuram delati, vaſtata inſula, & præſidiis munita, denuo navigarunt: ac tum acre prælium in mari cum Carthaginenſibus eſt commiſſum. Hi enim annitebantur, ut Romanos e ſua penitus extruderent regione; Romani verò, ut ſuos ex hoſtili terra recuperarent. Dum autem in ancipiti erat pugna, Romani, qui erant Aſpide, ex improviſo adorti a tergo Carthaginenſes, eos utrinque circumventos vicerunt. Poſthæc Romani, etiam pedeſtri prælio victores, hoſtium cæperunt multos; quos tamen propter Regulum, & concaptivos ejus, conſervarunt: abactaque præda, in Siciliam redierunt. Sed tempeſtate antea conflictati, multiſque amiſſis, cum reliquis navibus domum reverſi ſunt. Cæterum Carthaginenſes & Corſuram receperunt, & in Siciliam trajecerunt: ac niſi Calatinum, & Cn. Cornelium cum magna claſſe adventare cognoviſſent, eam totam ſubegiſſent. Romani enim claſſem optimam celerrime compararunt, & fortiſſimorum virorum delectum habuerunt: itaque firmati ſunt, ut tertio poſt menſe redierint in Siciliam. Quod factum, anno ab Urbe condira quingenteſimo. Ac inferiorem Panormi urbem, Romani cæperunt facile; in arcis tamen obſidione difficultaribus eouſque ſunt conflictati, donec commeatu præſidiarii deſtituti, Conſulibus fecerunt deditionem. Carthaginenſes autem, obſervatis Romanorum, quæ domum redibant, navibus, multas pecuniæ plenas comprehenderunt. Deinde Servilius Cæpio, & C. Sempronius Conſules, Lilybæo fruſtra tentato in Africam transvecti, oram ejus maritimam infeſtarunt; in reditu verò domum in tempeſtatem inciderunt, ex qua magna damna ſuſceperunt. Quamobrem populus, detrimenta illa ratus ex rei navalis imperitia provenire; reliquo abſtinere mari, & Italiam dumtaxat, paucis tueri navibus decreverunt.

Anno ſequenti P. Servilius, & C. Aurelius

N'OTAE.

Cn. Cornelius Scipio Aſina 2. & A. Atilius Calatinus 2. habentur in Faſtis Capitolinis. Librarius ergo hic errat, dum Κολλατῖνον obtrudit, pro Καλατῖνον. Coſs. hi proceſſere an. U.C. 498. & Zonaræ vitio verti debet, quod omiſſo an. U.C. 499., tranſit ad Dionium U.C. 500., hinc ad 499. & iterum ad 500., quibus fuere Coſſ. Cn. Servilius Cæpio & C. Sempronius Blæſus: & C. Aurelius Cotta, & P. Servilius Geminus, quos poſtponit, quaſi an. U.C. 501., & 502. fuiſſent Coſſ. In græco textu verò Dionem malè habuit Zonaras; dum duo prænomina fecit nomen unius Coſ., & duo nomina gentilitia, alterius nomen fecit. Scribendum erat; Πούπλιος Σερουΐλιος, καὶ Γάϊος Αὐρήλιος: & Servilius Καιπίων, non Καπίων.

(a) U.C. 497. (b) U. C. 498. (c) U.C. 499.

lius in Siciliam profecti ſunt, cum loca alia, tum Himeram cæperunt; civibus tamen vacuam, quòd Carthaginenſes, noctu, eos alio tranſtulerunt. Poſthæc Aurelius, navibus ab Hierone acceptis, & Romanis, qui in inſula erant, aſsumptis omnibus, Liparam trajecit: ibique Q. Caſſio Tribuno militum relicto, qui eam ſine pugna obſideret, domum rediit. Quintus verò mandato neglecto Conſulis, urbem aggreſsus eſt, & multos e ſuis amiſit milites: ea tamen poſtea Aurelius expugnata, cives omnes occidit, & magiſtratum Caſſio abrogavit. Carthaginenſes autem; Romanorum de re navali decreto cognito, claſsem in Siciliam, ſpe totius ejus potiundi, miſerunt: ac dum ambo Conſules Cæcilius Metellus, & C. Furius aderant, quieverunt: quum verò Furius Romam rediit, Metello ipſi contempto, ad Panormum acceſſerunt. Metellus ergo, cum accepiſset, ab hoſtibus in urbem veniſse multos exploratores; omnibus qui in ea erant convocatis; pro concione eis edixit, ut ſese invicem prehenſarent; tum, quemvis rogarent, quis eſset, quidque ibi ageret; & hoc pacto detexit exploratores. Carthaginenſibus verò, qui ſe parabant ad pugnam, ipſe per dies plures metum ſimulando, effecit, ut illi elati animis, audacius mœnia oppugnarent. Tunc dato Metellus ſigno, Romaniſque juſſis, ut mox erumperent portis omnibus, facile vicit hoſtes, & in anguſtias redegit: unde cum ejus cauſa evadere non poſsent; in tanta virorum, elephantorumque multitudine conſtituti, ob anguſtias turbabantur. Sed interea, quæ tunc appulit claſſis Punica, illorum exitii maxima fuit cauſa. Ubi namque viderunt naves, dum in eas conſcendere contendunt, partim in mare deciderunt, & periere; partim ab elephantis, qui ſese & homines urgebant, ſunt conculcati: partim denique a Romanis occiſi ſunt. Capti etiam multi ſunt, & viri, & elephantes: qui cum, magiſtris ſuis deſtituti, exaſperarentur; Metellus captivis, qui eos comprehenderent, ſalutem & impunitatem per preconem promitti juſſit. Sic illi, eorum manſuetiſſimis, & ex conſuetudine ſibi cognitis, captis, etiam cæteros attraxerunt. Sane ex eorum numero, centum viginti ſunt miſſi Romam; & ſic per Fretum Siculum ſunt traducti: Multa Romani inter ſeſe dolia devin-

καὶ Αὐρήλιος Σερουΐλιος (a) ἐς τὴν Σικελίαν ἦλθον, καὶ ἄλλα τε τινὰ κατεστρέψαντο, καὶ Ἱμέραν· οὐ μέν τοι τινὰ συνέσχον τῶν ἐν αὐτῇ· νυκτὸς γὰρ αὐτοὺς οἱ Καρχηδόνιοι ἐξεκόμισαν. Μετὰ δὲ τοῦτο Αὐρήλιος ναῦς τε παρὰ Ἱέρωνος εἰληφὼς, καὶ ὅσοι τῶν Ῥωμαίων ἦσαν ἐκεῖ συμπαραλαβὼν, ἔπλευσεν ἐς Λιπάραν, καὶ ἐν αὐτῇ χιλίαρχον Κοΐντον Κάσσιον καταλιπὼν, προσεδρεύοντα μάχης ἄνευ, ἀπῆρεν οἴκαδε· Κοΐντος δὲ μὴ φροντίσας τῆς ἐντολῆς, προσέμιξε τῇ πόλει, καὶ πολλοὺς ἀπέβαλεν· οὐ μέν τοι Αὐρήλιος μετὰ ταῦτα ἐκείνους ἑλὼν, πάντας ἀπέκτεινε, καὶ τὸν Κάσσιον τῆς ἀρχῆς ἔπαυσε. Καρχηδόνιοι δὲ τὰ δόξαντα τοῖς Ῥωμαίοις περὶ τοῦ ναυτικοῦ μαθόντες, ἔπεμψαν ἐς Σικελίαν, πᾶσαν ὑποτάξαι τότε ἐλπίζοντες· καὶ ἕως μὲν ἄμφω παρῆσαν οἱ ὕπατοι Καικίλιος Μέτελλος, καὶ Γάϊος Φούριος (b) ἠρέμουν· ὡς δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ἀπῆρεν ὁ Φούριος, καταφρόνησαν τοῦ Μετέλλου, καὶ πρὸς τὸ Πάνορμον ἦλθον. Ὁ δὲ Μέτελλος κατασκόπους ἐλθεῖν μαθὼν ἐκ τῶν πολεμίων, ἤθροισε τοὺς ἐν τῇ πόλει πάντας, καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς, ἀλλήλων λάβεσθαι σφίσιν ἐκέλευσε· καὶ οὕτως ἕκαστον ἀνακρίνων, ὅς τις τε εἴη, καὶ ὅ τι πράττοι, κατεφώρασε τοὺς πολεμίους· Καρχηδόνιοι δὲ παρετάξαντο, ὡς μαχούμενοι, καὶ Μέτελλος δεδιέναι προσεποιεῖτο· τούτου δὲ ἐπὶ πλείους ἡμέρας γινομένου, οἱ Καρχηδόνιοι ἐφρονηματίσθησαν, καὶ προσέβαλλον θρασύτερον· καὶ τότε ὁ Μέτελλος σημεῖον τοῖς Ῥωμαίοις ἦρε. Κἀκ τούτου ἐξαπιναίως ἐκεῖνοι κατὰ πάσας τὰς πύλας ἐπεκδραμόντες, ῥᾳδίως ἐκράτησαν, καὶ ἐς στενὸν αὐτοὺς κατέκλεισαν· ὥστε μηκέτ' ἀναχωρῆσαι δι' αὐτοῦ δυνηθῆναι· στενοχωρούμενοι γὰρ ἅ τε καὶ αὐτοὶ πολλοὶ ὄντες, πολλοὺς ἐλέφαντας ἔχοντες ἐταράττοντο. Κἀν τούτῳ τὸ ναυτικὸν τὸ Λιβυκὸν προσπλεῦσαν αὐτοῖς ἐγένετο φθορᾶς αἰτιώτατον· ἰδόντες γὰρ τὰς ναῦς, ὥρμησαν ἐς αὐτὰς, καὶ ἐμβαίνειν ἐξεβιάζοντο· καὶ οἱ μὲν ἐς τὴν θάλασσαν ἐνέπιπτον, καὶ ἐφθείροντο, οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμπελαζομένων ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπώλλυντο· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐκτείνοντο, πολλοὶ δὲ καὶ ζῶντες ἑάλωσαν, ἄνδρες τε καὶ ἐλέφαντες· Ἐπειδὴ γὰρ ἄνευ τῶν συνήθων σφίσιν ἀνδρῶν ὄντες ἠγριαίνοντο, κήρυγμα τοῖς αἰχμαλώτοις ὁ Μέτελλος ἐποιήσατο, σωτηρίαν, καὶ ἄδειαν τοῖς συλλαβοῦσιν αὐτοὺς, διδοὺς· καὶ οὕτως προσελθόντες τοῖς σφῶν πρᾳοτάτοις, ἐκείνους τε διὰ τὴν συνήθειαν, ἐχειρώσαντο, καὶ τοὺς ἄλλους προσεπεσπάσαντο, ὥς καὶ ἐς τὴν Ῥω-

(a) U. C. 500. (b) U. C. 501.

Ρώμίω ἐκόμισαν, ἑκατὸν ὄντας ϗ εἴκοσιν, οὕτως αὐτοὺς τὸν πορθμὸν περαιώσαντες. Πίθους πολλοὺς συνδήσαντες ἀλλήλοις, ϗ ξύλοις διαλαβόντες σφᾶς, ὥςε μήτ᾽ ἀπαρτᾶσθαι σφᾶς, μήτε συμπίπτειν, δοκοὺς ἐπ᾽ αὐτῶν ἐπέτειναν, ϗ ὕλίω, ϗ γίω ἐπεφόρησαν, φράξαντές τι πέριξ τὸ χωρίον, ὡς αὐλῇ τινι ἐοικέναι, ἐς τοῦτο αὐτοὺς ἐσεβίβασαν, ϗ διεπόρθμευσαν, οὐδ᾽ αἰσχανομένου ὅτι πλέοιεν. Ὁ μὲν οὖν Μέτελλος οὕτως ἐνίκησεν· ὁ δ᾽ Ἀσδρούβας ὁ τῶν Καρχηδονίων ςρατηγὸς, σωθεὶς τότε, ὕςερον ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων ἐκλήθη, ϗ ἀνεσκολοπίσθη.

vinxerunt, ut neque ſepararentur, neque coirent; eaque trabibus conſtrata, ſarmentis & terra ingeſta, circumſepſerunt, ita ut ſtructura illa, ſtabuli eſſet inſtar: inque eam machinam introductos, ſenſim ſine navigationis ſenſu, eos Rhegium trajecerunt. Hoc igitur pacto Metellus vicit; Haſdrubal verò Carthaginenſium dux, qui tunc evaſit, a ſuis poſtea revocatus, in crucem actus eſt.

Κυϊ. ΚΑΣΣΙΟΥ ΔΙΩΝΟΣ ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΙΓ.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩΙ ΒΙΒΛΙΩΙ ΙΓ.

ΤΗΣ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α΄. Ἡ τοῦ Ρηγούλου εὐτάξεια, ϗ ὁ αὐτοῦ φρικώδης ὄλεθρος.

β΄. Οἱ Ρωμαῖοι ὅπως μάτίω τῷ Λιλυβαίῳ προσκάθηνται.

γ΄. Ὡς Κλαύδιος Πούλχρος τὸν Ἄννωνα, Καρθάλωνα δὲ τὸν Λ. Ἰούνιον ἐζώγρησαν.

δ΄. Ὡς Ρωμαῖοι φιλίαν αἰδίον πρὸς Ἱέρωνα διεπράξαντο.

ε΄. Περὶ τῶν, ἃ οἱ Ρωμαῖοι ἰδίᾳ, ἐν θαλάσσῃ, ϗ ἐν Λιβύῃ ἐν τῷ λιμένι Ἱππῶνος περιφανῶς ἔπραξαν.

ς΄. Ὡς οἱ Ρωμαῖοι τότε πρῶτον, ἐπὶ μισθοφορίᾳ προσίλαβον ξενικὸν ςρατιώτίω.

ζ΄. Τοῦ πρώτου πολέμου Λιβυκοῦ τέλος, μετὰ ἔτη κδ΄.

η΄. Οἱ τῶν Ρωμαίων πρὸς διάφορα ἔθνη πόλεμοι.

θ΄. Ὡς Ἀσδρούβας πόλιν ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Καρχηδόνα, ὁμώνυμον τῇ πατρίδι ἔκτισεν.

ι΄. Ὡς οἱ Ρωμαῖοι τὸν Ἰόνιον περαιωθέντες ἥψαντο τῆς Ἑλληνικῆς.

ια΄. Ἡ τῶν Ἰνσούβρων ἧττα, ϗ σφαγή.

ιβ΄. Ὡς οἱ Ρωμαῖοι ἐπ᾽ Ἴςρου πολλὰ τῶν ἐκεῖ ἐθνῶν ὑπέταξαν.

ιγ. Ὡς ὁ τῶν Σαρδιανῶν ἄρχων Δημήτριος συνελήφθη ὑπὸ Ρωμαίων, ϗ ἐδικαιώθη.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ ΕΤΗ ΛΒ.

ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Ab U.C.

502. Γ. Ἀτίλιος Ρήγουλος τὸ ϗ Λ. Μάνλιος Οὐλσων τὸ β΄.

503. Π. Κλαύδιος Πούλχρος, ϗ Λ. Ἰούνιος Πούλλος.

504. Γ. Αὐρήλιος Κόττα, ϗ Σερουίλιος Γέμινος τὸ β΄.

505. Λ. Καικίλιος Μέτελλος, ϗ Φλαουι· Φάβιος Βουτεων. τὸ β΄,

506. Μαν. Ὀκτακίλιος Κράσσος τὸ β΄. ϗ Μ. Φάβιος Λικῖνος.

507. Μ. Φάβιος Βουτέων, ϗ Γ. Ἀτίλιος Βοῦλβος.

Q. CASSII DIONIS COCCEJANI

ROMANÆ HISTORIÆ

LIBER DECIMUSTERTIUS

HÆC AUTEM INSUNT IN LIBRO XIII.

DIONIS ROMANÆ HISTORIÆ.

1. Reguli conſtantia, & mors horrenda.

2. Romani Conſules fruſtra obſidens Lilybæum.

3. Ut Claudius Pulcher Annonem, Carthalon verò L. Junium comprehendit.

4. Ut Romani perpetuam cum Hierone amicitiam ſanxerunt.

5. Quæ Romanorum privata claſſis, in mari, & in portu Hipponis præclarè geſſit.

6. Ut Romani, tunc primum ad ſtipendia, externum militem ſuſceperunt.

7. Primi Punici belli, poſt vigintiquatuor annos, finis.

8. Romanorum contra varias gentes bella.

9. Ut Haſdrubal Carthaginem novam, patriæ cognominem, condidit in Hiſpania.

10. Ut Romani trajecto Jonio, in Græciam tranſierunt.

11. Inſubrorum clades & internecio.

12. Ut Romani ad Iſtrum, multas illarum gentium ſubegerunt.

13. Ut Demetrius Sardianorum Dux, a Romanis captus eſt, & occiſus.

TEMPORIS SPATIUM ANNI XXXII.

In quibus, hi, qui ſequuntur fuerunt Conſules.

Ab U.C.

502. C. Atilius Regulus, & L. Manlius Ulſon, II.

503. P. Claudius Pulcher, & L. Junius Pullus.

504. C. Aurelius Cotta, & P. Servil. Geminus, II.

505. L. Cæcilius Metellus, II. & Fl. Fabius Buteo.

506. Man. Octacilius Craſſus, & M. Fabius Licinus. II.

507. M. Fabius Buteo, & C. Attilius Bulbus.

Digitized by Google

508. A. Manlius Torquatus Atticus. & C. Sempronius Blæſus, II.
509. C. Fundanius Fundulus, & C. Sulpicius Gallus.
510. Q. Lutatius Catulus, & A. Poſtumius Albinus.
511. A. Manlius Torquatus Atticus, II. & Q. Lutatius Cerco.
512. C. Claudius Centho, & M. Sēpron. Tuditanus.
513. C. Manlius Thurinus, & Q. Valerius Falto.
514. Tib. Sempronius Gracchus, & P. Valerius Falto.
515. L. Cornelius Lentulus Caudinus, & Q. Fulvius Flaccus.
516. P. Cornelius Lentulus Caudinus, & C. Licinius Varus.
517. T. Manlius Torquatus, & C. Attilius Bulbus, II.
518. L. Poſtumius Albinus. & Sp. Carvilius Maxim.
519. Q. Fabius Maximus Verrucoſus, & Man. Pomponius Matho.
520. M. Æmilius Lepidus, & M. Public. Malleolus.
521. Man. Pomponius Matho, II. & C. Papirius Maſon.
522. M. Æmilius Barbula, & M. Junius Pera.
523. L. Poſtumius Albinus, II. & Cn. Fulvius Centumalus.
524. Sp. Carvilius Maximus, II. & Q. Fabius Maximus Verrucoſus, II.
525. P. Valerius Flaccus, & M. Attilius Regulus.
526. M. Valerius Meſſala, & L. Apuſtius Fullo.
527. L. Æmilius Papus, & C. Attilius Regulus.
528. T. Manlius Torquatus, II. & Q. Fabius Flaccus, II.
529. C. Flaminius Nepos, & P. Furius Philus.
530. C. Cornelius Scipio Calvus, & M. Claudius Marcellus.
531. P. Cornelius Scipio Aſina, & M. Minucius Rufus,
532. L. Veturius Philo, & C. Lutatius Catulus.
533. M. Livius Salinator, & L. Æmilius Paullus.

508. Α. Μάνλιος Τορκουάτος Ἀττικὸς τὸ β', καὶ Γ. Σεμπρώνιος Βλαῖσος τὸ β'.
509. Γ. Φουνδάνιος Φούνδουλος, καὶ Γ. Σουλπίκιος Γάλλος.
510. Γ. Λουτάτιος Κατύλος, καὶ Α. Ποστούμιος Ἀλβῖνος.
511. Α. Μάνλιος Τορκουάτος Ἀττικός, καὶ Κυϊν. Λουτάτιος Κέρκων.
512. Γ. Κλαύδιος Κένθων, καὶ Σ. Σεμπρώνιος Τουδιτανός.
513. Γ. Μάνλιος Θουρῖνος, καὶ Κυϊν. Οὐαλέριος Φάλτων.
514. Τιβ. Σεμπρώνιος Γράκχος, καὶ Π. Οὐαλέριος Φάλτων.
515. Λ. Κορνήλιος Λέντουλος Καυδῖνος, καὶ Κυϊν. Φούλουϊος Φλάκκος.
516. Π. Κορνήλιος Λέντ. Καυδῖνος καὶ Γ. Λικίνιος Οὔαρος.
517. Τ. Μάνλιος Τορκουάτος, καὶ Γ. Ἀτίλιος Βοῦλβος τὸ β'.
518. Λ. Ποστούμιος Ἀλβῖνος, καὶ Σπ. Καρουίλιος Μάξιμος.
519. Κυϊν. Φάβιος Μάξιμος Οὐερρουκῶσος, καὶ Μαν. Πομπώνιος Μάθων.
520. Μ. Αἰμίλιος Λέπιδος, Μ. Πουπλίκιος Μαλλέολος.
521. Μαν. Πομπώνιος Μάθων τὸ β', καὶ Γ. Παπείριος Μάσων.
522. Μ. Αἰμίλιος Βάρβουλα, Μ. Ἰούνιος Πήρα.
523. Λ. Ποστούμιος Ἀλβῖνος τὸ β', καὶ Κν. Φουλούϊος Κεντούμαλος.
524. Σπ. Καρουίλιος Μάξιμος τὸ β', καὶ Κυϊν. Φάβιος Μάξιμος Οὐερρουκῶσος, τὸ β'.
525. Π. Οὐαλέριος Φλάκκος, καὶ Μ. Ἀτίλιος Ῥήγουλος.
526. Μ. Οὐαλέριος Μεσσάλας, καὶ Λ. Ἀπούστιος Φούλλων.
527. Λ. Αἰμίλιος Πάπος, καὶ Γ. Ἀτίλιος Ῥήγουλος.
528. Τ. Μάνλιος Τορκουάτος τὸ β', καὶ Κυϊν. Φάβιος Φλάκκος τὸ β'.
529. Γ. Φλαμίνιος Νέπως, καὶ Π. Φούριος Φίλος.
530. Γ. Κορνήλιος Σκιπίων Κάλβος, καὶ Μ. Κλαύδιος Μάρκελλος.
531. Π. Κορνήλιος Σκιπίων Ἀσίνα, καὶ Μ. Μινούκιος Ροῦφος.
532. Λ. Οὐετούριος Φίλων, καὶ Γ. Λουτάτιος Κατύλος.
533. Μ. Λιούιος Σαλινάτωρ, καὶ Λ. Αἰμίλιος Παῦλλος.

Carthaginienſes, cum aliis de cauſis, tum ob multitudinem captivorum, legatos Romam miſerunt, eis adjuncto Regulo, quē propter virtutem & auctoritatem, nihil non impetraturum arbitrabantur: jurejurando tamen, prius ad reditum ob-

1. Οἱ Καρχηδόνιοι δὲ διεκηρυκεύσαντο τοῖς Ῥωμαίοις, διά τε τἄλλα, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων, καὶ τοῖς πρέσβεσι καὶ αὐτὸν τὸν Ῥήγουλον συνέπεμψαν, πάνυ δι' αὐτοῦ, οἰηθέντες κατορθωκέναι, διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρός· ὥρκωσάν τε αὐτὸν

Ita dilutiùs hæc habentur in *Eclog. X.* Conſtantini.

DIO APUD CONST. AUG. PORPHYR.

Proditum eſt, Carthaginienſes, quum ob alia quædam, tùm propter captivorum multitudinem, legatos ad populum Rom. miſiſſe; in primis quidem, ut pa-

Φασὶ [τοὺς Καρχηδονίους ἐπικηρυκεύσασθαι τοῖς Ῥωμαίοις, διά τε τἄλλα, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων] μάλιστα μὲν] ὅπως καὶ τὴν εἰρήνην ἐπὶ

NOTAE,

Eadem de Regulo ſcripſit Anonymus apud Suidam, verbo Ῥήγουλος *quæ facilè Dio legit, & meliora, ſua criſi reddidit. En ipſa longiora:* Οἱ.

Carthaginienſes multis cladibus fracti, Regulum imperatorem Romanorum, quem paulo ante in poteſtatem ſuam redactum, acerbis crudelibuſque ſuppliciis excruciaverant, vinculis tunc ſolutum, humaniuſque habitum, ad ſuos ablegarunt, ſperantes, æquas

[Οἱ Καρχηδόνιοι πολλοῖς ἀτυχήμασι δουλωθέντες τὸ φρόνημα, Ῥήγουλον τὸν στρατηγὸν Ῥωμαίων, ὃν μικρῷ πρόσθεν ὑπὸ χεῖρας πεσόντα σφίσι πικρῶς τε καὶ βαρβαρικῶς ἐκόλαζον, τότε τῶν δεσμῶν ἀνέντες, τά τε ἄλλα θεραπεύσαντες, πρὸς τοὺς οἰκείους ἐξέπεμψαν, ὡς ῥᾳδίως τινὰ μετρίαν τοῦ πολέμου

αὐτὸν, ἢ μὴν ἐπανήξειν. Καὶ ὃς τά τε ἄλλα, ὡς εἷς τῶν Καρχηδονίων ἔπραττε, καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα ἐς λόγους ἐδέξατο, οὔτε τὴν πόλιν εἰσῆλθε, καὶ ταῦτα καλούμενος, ἀλλ' ἔξω τοῦ τείχους τῆς βουλῆς ἀθροισθείσης (ὡς ἔθος ἦν χρηματίζειν τῶν πολεμίων τοῖς πρέσβεσιν) εἰσαχθεὶς ἐς τὸ συνέδριον εἶπεν· Ἡμᾶς, ὦ πατέρες, πρὸς ὑμᾶς οἱ Καρχηδόνιοι ἔπεμψαν (ἐκεῖνοι γάρ με ἐστάλκασι, ἐπεὶ δοῦλος αὐτῶν νόμῳ πολέμου γεγένημαι) καὶ ἀξιοῦσι, μάλιστα μὲν καὶ τὸν πόλεμον λύσασθαι ἐπὶ συνθήκαις

obſtrinxerunt. Is inter alia, pro Carthaginenſi ſe geſſit, neque uxorem ad colloquium admiſit, neque urbem, quamvis vocaretur, ingreſſus eſt. Sed Senatu extra urbem coacto, (ita enim reſpondere legatis hoſtium moris erat) in Concilium introductus, dixit: Nos, Patres conſcripti, Carthaginenſes ad vos miſerunt (illi namque miſerunt me, quoniam ſervus eorum factus ſum jure belli) petentes in primis, ut pax illis conditionibus, quas utrinque probaveritis

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR.

ἐπὶ μετρίοις τισὶ ποιήσαιντο [εἰ δὲ μὴ], ἵνα τούς γε ἑαλωκότας κομίσωνται. Φασὶ δὲ [καὶ τὸν Ῥήγουλον] ἐν τοῖς πρέσβεσι [πεμφθῆναι] διά τε τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀρετήν]· ὑπέλαβον γὰρ πᾶν ὁτιοῦν τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τῷ κομίσασθαι αὐτὸν ἐλπίσαι σφᾶς πρᾶξαι, ὥστε μόνον ἀντὶ τῆς εἰρήνης, ἢ πάντως γε ἀντὶ τῶν αἰχμαλώτων ἀνταποδοθῆναι. [Ὥρκωσάν τε οὖν αὐτὸν] πίστεσι μεγάλαις [ἢ μὴν ἐπανήξειν] ἂν καὶ μηδέτερον αὐτῶν διαπράξηται, καὶ προσβευτὴν μεθ' ἑτέρων ἔστειλαν. [καὶ τά τ' ἄλλα, καθάπερ τις Καρχηδόνιος,] ἀλλ' οὐ Ῥωμαῖος ὢν [ἔπραττε· καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα ἐς λόγους ἐδέξατο, οὔτε ἐς τὴν πόλιν, [καθάπερ ἐκβληθεὶς] ἐσῆλθεν· ἀλλ' ἔξω τοῦ τείχους τῆς βουλῆς ἀθροισθείσης, ὥσπερ τοῖς τῶν πολεμίων πρέσβεσιν ἔθος] ἦν, [χρηματίζειν] τήν τε πρόσοδον μετὰ τῶν ἄλλων, ὥς γε καὶ ὁ λόγος ἔχει, ἐποιήσατο.

pacem mediocriter æquis legibus obtinerent; ſin autem, ut captivos ſaltem reciperent. Hos inter legatos Regulum quoque tum ob dignitatem, tum ob virturem viri miſſum fuiſſe ajunt. Quippe futurum putabant, ut quidvis Romani ſpe illius recipiendi facerent; adeoque vel ſolum eum pace, vel omnino eum captivis univerſis commutaturos. Itaque gravi jurejurando eum obſtinxerunt, quo ſancte reverſurum ſe repromitteret, tametſi neutrum perfeciſſet. Atque hoc modo eum aliis legatis dimiſerunt. Regulus quum alia, tamquam Carthaginienſis, non Romanus eſſet faciebat, cum nec uxorem ad colloquium admiſit, nec in orbem, velut in exilium ejectus, introivit: ſed Senatu extra mœnia coacto, qui mos reſpondendi legatis hoſtium erat; perinde atque alii, ſicut accepimus, ut accedere ſibi liceret, petiit.

Ὥρκωσαν τε οὖν αὐτὸν &c. ad *διαπράξηται.*] Ita hunc locum emendavimus, partim ex Zonara, partim ex conjectura: cum in exemplari corrupte legeretur: *ὥρκωσάν τε οὖν αὐτῷ* &c. *ἂν δὲ μηδὲν ἕτερον*, &c: Paulo poſt, pro *καθάπερ ἐκβληθεὶς*, male ſcriptum erat, *καθάπερ ἐμβληθεὶς*: & mox pro *ἐποιήσατο*, MS. liber habebat *ἐγένετο*. *Urſinus.*

N O T AE.

λίμοις καταθέσθαι, καὶ τῶν αἰχμαλώτων ἀντίδοσιν τῇ συντάξει τοῦ ἀνδρὸς οἰόμενοι. Ὁ δὲ πρὸς τὴν Ῥώμην ἅμα πρεσβείαις Καρχηδονίων ἀφικόμενος, ἔς τε τὸ συνέδριον παρελθὼν, τὰς μὲν συνήθεις τοῖς ὑπατικοῖς τιμὰς διωθεῖτο· οὐ μετεῖναι τῆς πολιτείας αὑτῷ λέγων, ἀφ' οὗπερ ἡ τύχη δεσπότας αὐτῷ Καρχηδονίους ἐπέστησε. Παρῄνει γε μὴν τοῖς ἐν τέλει τῆς βουλῆς ἀποσείσασθαι παντελῶς τὰς διαλλαγὰς καὶ μὴ ἀνεῖναι τοὺς ἐναντίους ἐς τὸ ἀνέλπιστον ἤδη ἀφιγμένους· οὐ γὰρ εἶναι ταῦτα ἄξιον ἀνδρὸς ἑνὸς μόνου, καὶ ἤδη γηραιοῦ, ὀλίγων τε ἄλλων τῶν ὑπολελειμμένων ἐς τὴν Καρχηδονίαν πολλὰς χιλιάδας ἀλλαξαμένους αὐξῆσαι τὴν τῶν ἐναντίων δύναμιν. Ἐφ' οἷς ἀγασθέντες αὐτὸν οἱ Ῥωμαῖοι, τὴν μὲν πρεσβείαν ἄπρακτον τῶν Καρχηδονίων πέμπουσιν· αὐτὸν δὲ πρὸς βίαν ἀφαιρεῖσθαι τῶν ἀγόντων ἐπεχείρουν· ὁ δὲ οὐ μενετέον αὐτῷ φήσας ἐν πόλει, ἐν ᾗ οὐκ ἔστιν ἴσως τοῦ μεθέξειν κατὰ τοὺς πατρίους θεσμοὺς πολιτείας, πολέμου νόμῳ δουλεύειν ἑτέροις ἠναγκασμένος, εἵπετο τοῖς Καρχηδονίοις ἑκούσιος, τά τε δάκρυα τῶν οἰκείων, καὶ τοὺς ὀλοφυρμοὺς ἀκλινῶς διωσάμενος. Ἐπανελθὼν δὴ οὖν ἐς τὴν Καρχηδόνα, παντὶ κολάσεων εἴδει καταναλίσκεται· πρὸς γὰρ δὴ τοῖς πολλοῖς αἰκισμοῖς, οἴκον, φασί, περιστήσαντες αὐτῷ στενὸν καὶ ἰσόμετρον τῷ σώματι, αἰχμαῖς σιδηραῖς κατὰ τὸ ἐντὸς πεπυκνωμένον, διαφθεῖραι αὐτόν, ἀπαγορεύοντα μὲν πρὸς τὴν ἀκλινῆ στάσιν, περιπίπτοντα δὲ ταῖς αἰχμαῖς, ἄν τε ποι ἐπὶ τῶν τοίχων ἀναπαύσαιτο, καὶ ὅλως ἐν ταῖς ἐξαλλαγαῖς τοῦ σχήματος.]

æquas pacis conditiones, & captivorum permutationem, ſe viri illius opera impetraturos. Ille ergo cum Carthaginenſium legatis Romam profectus, & in Senatum ingreſſus, honores Conſularibus ſolitos recuſavit, civem ſe eſſe negans, ex quo fortuna Carthaginenſes ſibi dominos impoſuerat: Senatoribus verò ſuaſit, ut pacem repudiarent, nec ad deſperationem hoſtibus jam redactis, reſpirandi tempus concederent. Haud enim decere, uno ſolo eoque jam ſene, & paucis aliis, qui apud Carthaginenſes relicti eſſent, multa millia hominum permutare, & hoſtium ita vires augere. Romani igitur ob hæc admirati virum, legatos Carthaginenſium re infecta dimiſerunt: ipſum verò vi ex illorum manibus, qui eum ducebant, eripere dum cogitant; ipſe negans in ea ſibi manendum urbe, cujus ſe civem eſſe patria inſtituta vetarent (belli enim lege, ſe aliis ſervire coactum) Carthaginenſes ultroneò ſequutus eſt, immotè ſuorum lacrymis, lamentiſque rejectis. Carthaginem igitur reverſus, omni ſuppliciorum genere conſumptus eſt. Nam præter multos alios cruciatus, domunculæ anguſtæ clauſus, quæ corporis ejus magnitudini reſpondebat, eratque intus ferreis aculeis munita, periiſſe fertur, vetitus ſtare immotus, & cum præ laſſitudine in latus ſe reclinaret, vel ſitum corporis immutaret, in ferreas cuſpides incideret.

Hactenus anonymus, ſed cuncta accuratiùs & eruditiùs apud Dionem.

veritis, fiat: ſin minus, ut ſaltem captivi permutarentur. His dictis, cum legatis ſeceſſit, ut inter se Romani deliberarent. Cum autem a Conſulibus juberetur, intereſſe deliberationi, non paruit, priuſquam Carthaginenſes collegæ id ei permiſiſſent. Ac ipſe quidem eatenus tacitus aſſedit, donec Senatores eum de ſua ſententia rogaverunt: tunc enim: Ego, inquit, Patres Conſcripti, ſi vel millies captus fuero, veſter ſum. Nam meum corpus penes Carthaginenſes eſt, meus verò animus eſt vobiſcum. Illud enim alienatum a vobis eſt; hic, quominus Romanorum ſit, efficere nemo poteſt: ut captivus ergo ad Carthaginenſes pertineo. Poſtquam autem non ex improbitate aliqua, ſed rei bene gerendæ ſtudio, cladem accepi, Romanus ſum; vobiſque idcirco conſultum cupio, & pacem nullo modo eſſe e re veſtra duco. His dictis, ſuæque ſententiæ rationibus allatis, ſubjecit: Scio, haud dubium exitium mihi inſtare: neque enim Carthaginenſibus clam eſſe poteſt, quod hic ſuaſerim: ſed ſic quoque ſaluti meæ, Reipublicæ commodum præpono. Quod ſi quis dixerit, cur non auſugiam, aut maneam Romæ? audite reſponſionem; Quoniam reditum jurejurando promiſi. Id me hoſtibus etiam, tum ob alia ſervaturum eſſe, tum quod ſervata fide, ſolus ærumnam patiar; violata verò, tota Civitas perjurii crimine obſtringetur. Senatus autem ſalutis illius cauſa, tum ad pacem ſaciendam, tum ad permutandos captivos paratus erat; Regulus verò ubi id cognovit, ne a ratione utilitatis, ſua cauſa decederent; venenum ſibi propinandum eſse finxit, ex quo eſset indubie periturus. Ita ergo nec pax eſt facta, nec permutatio captivorum.

Abeuntem autem Regulum cum legatis, præter alios, uxor & liberi retinere conati ſunt; Conſules verò, neque manere volentem se dedituros. Ipſe tamen jurisjurandi religione, privatis affectibus antepoſita, diſceſſit: & a Carthaginenſibus percruciatus, ut ajunt, eſt interfectus. Nam palpebris præciſis, eum aliquandiu in tenebris concluſerunt; deinde in vas quoddam aculeis undique refertum illum injectum, & ad ſolem converſum; hoc pacto doloribus & vigiliis, quum nuſquam ob aculeos inclinare se poſſet, peremerunt. Romani igitur his auditis, principes captivorum, ejus liberis, viciſſim excruciandos & necandos tradiderunt: Conſulibuſque C. Attilio Reguli fratre, & L. Manlio, bellum Libycum decreverunt. Hi, ubi in Siciliam appulerunt,

κας τὰς δοκούσας ἀμφοῖν· εἰ δὲ μή, τῶν αἰχμαλώτων ποιήσασθαι ἄλλαγμα. Ταῦτα εἰπών, μετέστη μετὰ τῶν πρέσβεων, ὧν ἂν καθ' ἑαυτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι βουλεύσωνται· κελευόντων δὲ αὐτὸν τῶν ὑπάτων συμμετασχεῖν σφίσι τῆς διαγνώμης, οὐ πρὶν ἐπείσθη, πρὸ τοῦ ἐπιτραπῆναι παρὰ τῶν Καρχηδονίων· ὁ δὲ τέως μὲν ἐσιώπα· ἐπεὶ δ' οἱ βουλευταὶ εἰπεῖν αὐτὸν γνώμην ἐκέλευον, εἶπεν· Εἰμὶ μὲν εἷς ἐξ ὑμῶν, ὦ πατέρες, κἂν μυριάκις ἁλῶ· τὸ μὲν γὰρ σῶμά μου, Καρχηδονίων, ἡ δὲ ψυχή μου ὑμετέρα ἐστίν· ἐκεῖνο μὲν γὰρ ὑμῶν ἠλλοτρίωται, ταύτην δὲ οὐδεὶς δύναται, μὴ οὐχὶ Ῥωμαίων εἶναι, ποιῆσαι· καὶ ὡς μὲν αἰχμάλωτος Καρχηδονίοις προσήκω· ἐπεὶ οὐκ ἐκ κακίας, ἀλλ' ἐκ προθυμίας ἐδυστύχησα· καὶ Ῥωμαῖός εἰμι, καὶ φρονῶ ὑμέτερα, καὶ οὐδ' ἐξ ἑνὸς τρόπου λυσιτελεῖν ὑμῖν τὰς καταλλαγὰς νομίζω. Ταῦτα ὁ Ῥήγουλος εἰπών, καὶ τὰς αἰτίας προσέθηκε, δι' ἃς τὰς συμβάσεις ἀπηγόρευε· καὶ ἐπήγαγεν, ὡς, Οἶδα μὲν ὅτι μοι προῦπτος ὄλεθρος πρόκειται· ἀδύνατον γὰρ λαθεῖν αὐτούς, ἃ συνεβούλευσα, ἀλλὰ καὶ οὕτως τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας τὸ κοινῇ συμφέρον προτίθημι· εἰ δέ τις φήσει, τί οὖν οὐκ ἐκδιδράσκεις, ἢ ἐνταῦθα καταμένεις; ἀκούσατε, ὅτι ὀμώμοκα αὐτοῖς ἐπανήξειν, καὶ οὐκ ἂν παραβαίην τοὺς ὅρκους, οὐδ' εἰ πρὸς πολεμίους γεγόνασι; καὶ δι' ἄλλα, μάλιστα δὲ ὅτι ἐμπεδορκήσας μὲν μόνος πείσομαι· ἂν δ' ἐπιορκήσω, πᾶσα ἡ πόλις ἀναπλησθήσεται. Ἡ γερουσία δὲ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἕνεκεν, καὶ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀντιδοῦναι προτεθύμητο· γνοὺς οὖν τοῦτο αὐτός, ἵνα μὴ τὸ συμφέρον δι' αὐτὸν καταπρόωνται, ἐπλάσατο πεπωκέναι φάρμακον δηλητήριον, καὶ μέλλειν πάντως δι' αὐτοῦ ἀπολέσθαι· καὶ οὔτε ἡ σύμβασις γέγονεν, οὔτε τῶν αἰχμαλώτων ἡ ἀμοιβή.

trem, cum equitibus, velitibuſque nonnullis, qua parte amnis late ſpargitur, & inſulis diſtinguitur, trajicere imperavit. Ipſe verò ad notum vadum contendit: nimirum ut Galli, dum ipſi obſiſterent, fallerentur; & in ripis aliis fluminis negligentiùs cuſtodiæ haberentur: ac ita contigit. Ubi enim Mago flumen trajecit, Hannibal & ſui vadum ingreſſi, ubi ad medium pervenere, clamorem ſuſtulerunt, & claſſica cecinerunt: tumque Mago adverſarios a tergo adortus eſt, & cum cæteri, tum elephantes, citra periculum tranſierunt.

Vix autem ipſi tranſierunt, cum Scipionis copiæ advenerunt. Cum igitur utrinque ſpeculatum miſiſſent equites, is equeſtris prælii fuit exitus, qui belli totius fuit. Romani enim principio inferiores, tandem multis licet amiſſis, victoriam reportarunt. Hinc feſtinans Hannibal in Italiam, cum compendioſiores ſuſpectas haberet vias, illis vitatis, aliiſque tramitibus quæſitis, magnas ærumnas toleravit. Nam & montes admodum prærupti, & valles flatu ventorum, profundis expletæ nivibus, & duriſſima glacies, graviſſimè exercitum afflixerunt: ita ut ex militibus ejus multi, vel frigore, vel inedia perierint, & redierint etiam multi domum. Fertur, & ipſe Hannibal de reditu cogitaſſe, niſi confectum iter, eo, quod reſtabat, longius fuiſſet, & difficilius: eaque de cauſa non deſtitit ab inceptis. Sane verò, ubi ex improviſo, extra Alpes conſpectus eſt; admirationem terroremque Romanis injecit maximum. Ac ipſe quidem, inter progrediendum, obvia quæque ſubegit loca; Scipio verò fratrem C. Scipionem legatum ſuum, in Hiſpaniam miſit; ut, aut eam occuparet, aut retraheret eò Hannibalem: ipſe contra Hannibalem eſt profectus. Tum dies aliquot quieverunt, hinc pugnæ ambo ſe paraverunt. Sed priuſquam manus confererentur, Hannibal militibus convocatis; captos in itinere, in medium productos interrogavit; num vincti duram perpeti ſervitutem, an inter ſeſe ſingulari certamine congredi mallent, ut victores inde gratis dimitterentur. Tum, ut poſterius elegerunt, eos inter ſeſe commiſit; peractoque certamine, militum ſuorum animos, pro concione confirmavit, accenditque ad bellum. Porro idem ex parte altera fecit Scipio. Deinde ita congreſſi ſunt, quaſi eſſent cum totis exercitibus conflicturi: Sed Scipio equeſtri in primis tentato prælio, amiſſis multis, victus & vul-

σκεδαννύνται ὁ ποταμὸς ἐπὶ πολὺ, καὶ νήσοις διαλαμβάνεται, διαβησόμενον ἔπεμψεν· αὐτὸς δὲ κατὰ τὸν ἐμφανῆ πόρον ἐχώρει δῆθεν, ἵν’ οἱ Γαλάται ἀπατηθεῖεν, πρὸς αὐτὸν ἀντιτασσόμενοι, καὶ ἀμελέστεροι ἐν ἄλλοις τοῦ ποταμοῦ τὴν φυλακὴν θῶνται· ὃ καὶ γέγονε. Καὶ ὁ Μαγὼν διέβη τὸν ποταμόν· ὁ δὲ Ἀννίβας, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν κατὰ τὸν πόρον ἐπεραιοῦντο· καὶ γενόμενοι κατὰ τὸ μέσον, ἠλάλαξαν, καὶ οἱ σαλπιγκταὶ δὲ συνήχησαν· καὶ ὁ Μαγὼν κατὰ νώτου τοῖς ἀνθεστηκόσι προσέπεσε, καὶ οὕτως οἵ τε ἄλλοι, καὶ οἱ ἐλέφαντες ἀκινδύνως ἐπεραιώθησαν.

5. Αρτι δὲ περαιωθέντων αὐτῶν, καὶ τῷ Σκιπίωνι οἰκεία ἀφίκετο δύναμις. Πέμψαντες οὖν ἐς προσκοπὴν ἱππέας ἀμφότεροι, τοσούτῳ πλέον τῆς ἱππομαχίας ἐχρήσαντο, ὁποῖον ὁ σύμπας ἔσχηκε πόλεμος. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι καὶ ἔλαττον τὴν πρώτην ἐνεγκάμενοι, καὶ συχνοὺς ἀποβαλόντες ἐνίκησαν· ἐντεῦθεν Ἀννίβας ἀφιέναι πρὸς Ἰταλίαν σπεύδων, ὑποπτεύων δὲ τὰς ἐπιτομωτέρας τῶν ὁδῶν, ἐκείνας μὲν παρεξῆλθεν, ἑτέραις δὲ πορευθεὶς, ἰσχυρῶς ἐπόνησε. Τά τε γὰρ ὄρη ἐκεῖνα ἀποτομώτατά ἐστι, καὶ ἡ χιὼν πολλὴ γενομένη, καὶ τὰς φάραγγας ὑπ’ ἀνέμων πληρώσασα, καὶ ὁ κρύσταλλος ἰσχυρότατα παγεὶς, δεινῶς σφᾶς ἐταλαιπώρησε· καὶ πολλοὶ τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν ὑπό τε τοῦ χειμῶνος, καὶ ὑπὸ σιτοδείας ἀπώλοντο, πολλοὶ δὲ καὶ οἴκαδε ἀνεχώρησαν. Ἔχει δὲ λόγος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἀνέστρεψεν ἂν, εἰ μὴ πλείων ἔτι καὶ ἀπορωτέρα ἡ προδιηνυσμένη ὁδὸς τῆς λειπομένης ἐτύγχανε· διὰ μὲν δὴ τοῦτο, οὐκ ἀπετράπετο· Ἐξαπίνης δὲ ἐκτὸς τῶν Ἄλπεων ἐκφανεὶς, θαῦμα καὶ δέος τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέβαλε· καὶ ὁ μὲν προεχώρει, τὰ ἐν ποσὶ προσποιούμενος· Σκιπίων δὲ τὸν μὲν ἀδελφὸν Γάϊον Σκιπίωνα ὑποστρατηγοῦντα αὐτῷ, ἐς τὴν Ἰβηρίαν ἔπεμψεν, ὡς καταληψόμενον αὐτὴν, ἢ τὸν Ἀννίβαν, ἐπανάξοντα· αὐτὸς δ’ ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν ἤλασε, καὶ ἡμέρας μέν τινας ἐπέσχον, ἔπειτα ἄμφω πρὸς τὴν μάχην ὥρμησαν. Πρὶν δὲ δὴ ἔργου ἔχεσθαι, συγκαλέσας ὁ Ἀννίβας τοὺς στρατιώτας, παρήγαγε τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς κατὰ τὴν ὁδὸν εἰλήφει, καὶ ἤρετο αὐτοὺς, πότερον δεδέσθαι καὶ δουλεύειν κακῶς βούλοιντο, ἢ μονομαχῆσαι ἀλλήλοις, ὥστ’ ἀφεθῆναι προῖκα τοὺς νικήσαντας; καὶ ὡς τὸ δεύτερον εἵλοντο, συνέβαλεν αὐτοὺς, καὶ μαχεσαμένων ἐδημηγόρησε, τοὺς οἰκείους στρατιώτας ἐπιρρωννὺς καὶ παραθήγων ἐς πόλεμον. Τοῦτο δ’ ἐπέρωθεν, καὶ ὁ Σκιπίων ἐποίησε· εἶτα συνῆλθον μὲν ὡς ὅλοις τοῖς στρατοπέδοις μαχούμενοι· ὁ Σκιπίων δὲ προσυμμίξας τῷ ἱππικῷ, καὶ ἡττηθεὶς, συχνούς τε ἀποβαλὼν, καὶ αὐτὸς τρωθεὶς,

θεὶς, ἀποθανὼν τ᾽ ἂν, εἰ μή περ αὐτῷ Σκιπίων ὁ υἱὸς καίπερ ὢν ἑπτακαιδεκαέτης, ἐπήμυνε· κατέδεισε μὴ καὶ τῷ πεζῷ σφαλῇ, καὶ αὐτίκα τι ἀνακάλεσε τε, καὶ τῆς νυκτὸς ὑπεχώρησεν.

6. Ἀννίβας δὲ μεθ᾽ ἡμέραν, τὴν ἀποχώρησιν αὐτοῦ μαθὼν, πρὸς τὸν Ἠριδανὸν ἦλθε, καὶ μήτε σχεδίας, ἢ πλοῖα εὑρὼν (ἐνεπέπρηστο γὰρ πάντα τοῦ Σκιπίωνος) τὸν μὲν ἀδελφὸν Μάγωνα σὺν τοῖς ἱππεῦσι διανήξασθαι, καὶ ἐπιδιῶξαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ ἄνω πρὸς τὰς πηγὰς χωρήσας τοῦ ποταμοῦ, τοὺς ἐλέφαντας κατὰ τὸν ἐπίῤῥουν διαβῆναι προσέταξε· καὶ οὕτω τοῦ ὕδατος περὶ τοῖς ὄγκοις τῶν ζώων ἐμποδιζομένου, καὶ σκεδαννυμένου, ῥᾷον κάτω σφῶν διεπεραιώθη. Καταληφθεὶς οὖν ὁ Σκιπίων, κατὰ χώραν ἔμεινε· καὶ ἐμαχέσατ᾽ ἂν, εἰ μὴ νυκτὸς οἱ Γαλάται, οἱ μετ᾽ αὐτοῦ, ηὐτομόλησαν. Ὁ δ᾽ οὖν Σκιπίων ἐπὶ τούτῳ ταραχθεὶς, καὶ ὑπὸ τοῦ τραύματος ταλαιπωρήσας, ὑπὸ νύκτα αὖθις ἐξανέστη, καὶ ἐπὶ μετεώρου τὸ τάφρευμα ἐποιήσατο· δίωξις δὲ αὐτοῦ οὐκ ἐγένετο· μετὰ δὲ τοῦτο, ἀφίκοντο καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τὸν ποταμὸν διὰ μέσου ποιησάμενοι, ἐστρατοπεδεύσαντο. Ὁ μὲν οὖν Σκιπίων διά τε τὸ τραῦμα, καὶ διὰ τὰ συμβεβηκότα ἀνεῖχε, καὶ δύναμιν μετεπέμπετο. Ἀννίβας δὲ πολλὰ πειράσας παρακινῆσαι πρὸς μάχην αὐτὸν, ἐπεὶ οὔτι τοῦτ᾽ ἠδυνήθη, καὶ τροφῆς ἐσπάνιζε, φρουρίῳ προσέβαλεν, ἐν ᾧ σῖτος πολὺς τῶν Ῥωμαίων ἔκειτο· καὶ μηδὲν παραίνων, τὸν φρούραρχον διέφθειρε χρήμασι, κἀκεῖνό τε προδοθὲν ἔλαβε, καὶ τὰ ἄλλα σχεῖν, τὰ μὲν ὅπλοις, τὰ δὲ χρυσίῳ ἐξήλπισε. Κἀν τούτῳ ὁ Λόγγος τὴν Σικελίαν τῷ ὑποστρατήγῳ πιστεύσας, πρὸς τὸν Σκιπίωνα κεκλημένος ἀφίκετο· καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ὑπὸ φιλοτιμίας, καὶ ὅτι τινὰς κατατρέχοντας τὴν χώραν ἐκράτησεν, ἐς παράταξιν ὥρμησε, καὶ ἐσφάλη ἐνέδρας περιπεσών· καὶ τοῦ Ἀννίβου ἐπεξελθόντος μετὰ τῶν πεζῶν, καὶ τῶν ἐλεφάντων, οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ἐτράπησαν ἐς φυγὴν, καὶ πολλοὶ διεφθάρησαν φόνῳ, πολλοὶ δὲ καὶ ἐς τὸν ποταμὸν ἀπερισκέπτως ἐμπεσόντες ἐπνίγησαν, ὡς ὀλίγους, μετὰ τοῦ Λόγγου περισωθῆναι.

7. Νικήσας μέντοι ὁ Ἀννίβας οὐκ ἔχαιρεν, ὅτι στρατιώτας τε πολλοὺς, καὶ τοὺς ἐλέφαντας, πλὴν ἑνὸς, ὑπὸ τοῦ χειμῶνος, καὶ τῶν τραυμάτων, ἀπέβαλεν. Ἀνοχὴν οὖν ἄσπονδον ποιησάμενοι πρὸς τὴν συμμαχίδα σφῶν ἑκάτεροι ἐχώρησαν, κἀν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν ἐχείμαζον· καὶ τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἄφθονα ἐφοίτα τὰ ἐπιτήδεια· ὁ δ᾽ Ἀννίβας οὐκ ἀρκούμενος τοῖς παρὰ τῶν συμμάχων διδομένοις, ταῖς τε κώμαις, καὶ ταῖς πόλεσι τῶν Ῥωμαίων προσπίπτων,

vulneratus (atque adeo perimendus, niſi a filio, ſeptemdecim annos nato, protectus eſſet) veritus, ne ſuccumberent quoque pedites, receptui cecinit, ac inde receſſit noctu.

Hannibal verò manè ejus diſceſſu cognito, ad Eridanum venit: ubi cum ne unam quidem ratem inveniſſet, quod ea cuncta cremarat Scipio, Magonem fratrem cum equitibus tranare juſſit, Romanoſque perſequi; ipſe autem ſurſum ad fontes amnis profectus, elephantes, qua parte concitatius fertur flumen, traduci juſſit, & ſic aqua in belluarum mole reſiſtente & ſparſa, facilius tranſiit infra eos. Scipio igitur ab hoſtibus deprehenſus, se loco ſuo non movit, ac forte an pugnam iterum iniiſſet; niſi noctu ad hoſtes, Gallica auxilia transfugiſſent. Turbatus ergo ea re Scipio, vexatuſque dolore vulneris; ſub noctem caſtra, nemine perſequente, in editiorem locum tranſtulit, valloque communivit: quo deinde venerunt Carthaginenſes, & caſtrametati ſunt, flumine tantum interjecto. Dum itaque Scipio, tum ex dolore vulneris, tum ob acceptam cladem, se continebat, & plures copias expectabat; Hannibal multis fruſtra tentatis, ut ad pugnam ipſum eliceret; cum commeatus penuria laboraret, caſtellum quoddam adortus eſt, in quo Romani multum frumenti repoſuerant. Quia verò vi nihil proficiebat, pecunia caſtellanum corrupit, & illud proditum occupavit; cæteris etiam ſperans, partem vi, partim auro se potiturum. Interea Longus Sicilia legato credita, accerſitus venit ad Scipionem, nec multo poſt ex ambitione, & quod nonnullos ſuperaverat prædatores; dum inordinate ruit in pugnam; in inſidias delapſus impingit, & ab Hannibale cum equitibus & elephantis in fugam vertitur: in qua multi cæſi, multi temere in fluvium corruentes, ſunt ſuffocati: cum Longo equidem pauci evaſerunt.

Verum enim verò non eſt victoria lætatus Hannibal, quoniam & multos milites, & elephantos omnes, præter unum, frigore & vulneribus confectos amiſit. Factis igitur ſine fœdere ultro induciis, utrique se ad ſocios contulerunt, & in eorum urbibus hybernarunt. Ac Romanis quidem abunde commeatus ſuppetebat; Hannibal verò, cum ea, quæ dabant ſocii non ſufficerent; Romanorum pagos & oppida iuva-

invadendo, modo vincens, modo repulſus, & aliquando equeſtri certamine a Longo victus, ipſe quoque vulnus accepit. Ex hoc igitur, Romanorum quidam ſumpta fiducia; motu proprio contra eum, quædam mœnia oppugnantem, eruperunt: ſed & ipſi cæſi fuere; & oppidum, facta deditione, everſum fuit; & ex captivis, Romani omnes ſunt interfecti, cæteri verò dimiſſi ſunt. Quam rationem in captivis omnibus Hannibal obſervavit, ut per eos, urbes ſibi conciliaret. Reapſe ei res bene ceſſit. Nam ex reliquis etiam Gallis, Liguribus, & Hetruſcis, multi, Romanis in ſuis oppidis partim occiſis, partim deditis, defecerunt. Hannibal autem in Hetruriam profecturus, a Longo, magna tempeſtate ſuborta, eſt laceſſitus. Poſtquam verò multi utrinque ceciderunt, Hannibal in Liguriam profectus, diu ibi ſe continuit, ſuos quoque ſuſpectos habens, & fidem nemini præſtans temere. Quin & veſte mutata ſæpe, & appoſititia coma uſus, aliaque alias lingua loquens (plures enim norat, ipſamque latinam) & noctu & interdiu, plurima & videbat, & audiebat; & quædam etiam eſt locutus, tanquam alius quiſpiam, ſua perſona diſſimulata.

Dum hæc autem in Italia geruntur, Scipio alter Cajus, appulit in Hiſpaniam, omnemque maritimam ejus oram, uſque ad Iberum; multa, etiam ex interioribus ejus loca, partim vi, partim deditione, Bannonem quoque prælio victum, cæpit. His autem, Hannibalis frater Haſdrubal, cognitis, Iberum trajecit, & nonnullos ex iis, qui defecerant, recepit: Scipioni verò contra ſe eunti ceſſit rediens. Romani interea, Flaminium, & Cajum, denuo Conſules creaverunt. Hannibal verò ubi ineunte vere, Flaminium & Servilium Geminum, cum magna manu adventare cognovit; ad decipiendos eos converſus eſt. Seque ibi moraturum eſſe, & pugnæ copiam illis facturum ſimulans; dum Romani verum id eſſe rati, vias negligenter cuſtodiunt; ipſe equitibus relictis in caſtris, noctuque collectis ſarcinis, tum anguſtiis, per otium, ſuperatis, Aretium contendit; eumque, ubi longe proceſſerat, etiam equites ſunt ſecuti. E Conſulibus autem, (ubi ſe deceptos eſſe ſenſerunt) Geminus quidem ibi manſit, ut eos qui defecerant, vexaret; & Carthaginenſibus opem ferre prohiberet; Flaminius verò ſolus abeuntes perſecutus, ut ſcilicet ſui

πίπτων, τὰ μὲν ἐκράτει, τὰ δ' ἐπεκρούετο, καί ποτε τῷ ἱππικῷ ὑπὸ τοῦ Λόγγου νικηθεὶς, ἐτρώθη. Θαρσήσαντες οὖν ἐκ τούτου τινὲς τῶν Σαμαίων, καὶ καθ' ἑαυτοὺς προσβάλλοντι αὐτοῖς, ἐπεξῆλθον, κἀκείνους τε ἔφθειρε, καὶ τοῦ χωρίου ὁμολογίᾳ ἐκράτησε, καὶ αὐτὸ μὲν κατέσκαψε· τῶν δ' αἰχμαλώτων, τοὺς μὲν Ῥωμαίους ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἄλλους ἀφῆκε· τοῦτο δὲ ἐφ' ἅπασι τοῖς ζωγρουμένοις ἐποίει, τὰς πόλεις δι' αὐτῶν οἰκειούμενος. Ἀμέλει καὶ τῶν λοιπῶν Γαλατῶν πολλοὶ, καὶ Λιγύων, καὶ Τυρσηνῶν τοὺς παρ' αὐτοῖς ὄντας, οἱ μὲν φονεύσαντες, οἱ δὲ ἐκδόντες, μετέστησαν· ἐς δὲ τὴν Τυρσηνίδα τῷ Ἀννίβᾳ πορευομένῳ ὁ Λόγγος ἐπέθετο, χειμῶνος πολλοῦ γενομένου. Πεσόντων δὲ ἀμφοτέροις πολλῶν, ὁ Ἀννίβας ἐς τὴν Λιγυστικὴν ἐλθὼν, ἐνδιέτριψεν· ὑποπτεύων δὲ καὶ τοὺς σφετέρους, οὐδενὶ ῥᾳδίως ἐπίστευεν, ἀλλὰ τὴν ἐσθῆτά τε μεταβάλλων, καὶ κόμαις χρώμενος περιθέτοις, τήν τε διάλεξιν, ἄλλο τε ἄλλην ποιούμενος (ᾔδει γὰρ πλείους καὶ τὴν Λατίνων) καὶ νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν πολλὰ ἐπεσκόπει, ἤκουέ τε πλεῖστα, ὡς οὐκ Ἀννίβας, καὶ τινα, ὡς ἕτερός τις ἐφθέγγετο.

8. Ἐν μὲν οὖν τῇ Ἰταλίᾳ, ταῦτα ἐγίνετο· ὁ δ' ἕτερος Σκιπίων ὁ Γάιος ἐς τὴν Ἰβηρίαν παρέπλευσε, καὶ παραθαλάσσια αὐτῆς μέχρι τοῦ Ἴβηρος πάντα, καὶ τῶν ἄνω συχνὰ, τὰ μὲν βίᾳ, τὰ δ' ἑκόντα προσείληφε, καὶ τὸν Βάννωνα μάχῃ νικήσας ἐζώγρησεν· ὁ δὲ τοῦ Ἀννίβου ὁμαίμων Ἀσδρούβας μαθὼν ταῦτα, διέβη τὸν Ἴβηρα, καὶ τῶν μεταστάντων τινὰς ἐπηγάγετο· τοῦ δὲ Σκιπίωνος ἐπελθόντος αὐτῷ, ἀνεχώρησεν. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸν Φλαμίνιον, (a) καὶ τὸν Γάιον αὖθις ὑπάτους εἵλοντο· Ἀννίβας δ' ἅμα τε τοῦ ἔαρος ἐπιστάντος, ὡς ἔγνω τὸν Φλαμίνιον μετὰ τοῦ Σερουιλίου Γεμίνου χειρὶ πολλῇ ἐπ' αὐτὸν ἰόντα, πρὸς ἐξαπάτην αὐτῶν ἐτράπη, καὶ πλαττόμενος ἐνδιατρίψειν ἐκεῖ, καὶ μάχην συνάψειν, ἐπεὶ νομίσαντες αὐτὸν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ χώραν μένειν, ἀμελῶς τῶν ὁδῶν ἔσχον, ἐπὶ στρατοπέδου τοὺς ἱππέας κατέλιπεν· αὐτὸς δ' ὑπὸ νύκτα ἄρας, τά τε στενόπορα μεθ' ἡσυχίας διῆλθε, καὶ πρὸς Ἀρρήτιον ἠπείγετο. Καὶ οἱ ἱππεῖς δὲ ἐπεὶ πολὺ προῆλθεν, ἀπέσχον αὐτῷ ἐφεπόμενοι· οἱ δ' ὕπατοι γνόντες ἠπατημένοι, Γέμινος μὲν αὐτοῦ ὑπέμεινε, τούς τ' ἀφεστηκότας κακώσων, καὶ κωλύσων ἐπικουρῆσαι Καρχηδονίοις. Φλαμίνιος δὲ μόνος ἐδίωκεν, ἵν' αὐτοῦ μόνου τὸ ἔργον τῆς νίκης, ὡς ᾤετο, γένη-

(a) U.C. 535.

γένηται, καὶ τὸ Ἀρήτιον προκατέλαβεν. Ὁ γὰρ Ἀννίβας συντομωτέραν τραπόμενος, δυσόδοις ἐνέτυχε, καὶ ἀνθρώπους συχνούς, καὶ πολλὰ ὑποζύγια, καὶ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἀπέβαλεν. Ὀψὲ δ' οὖν πρὸς τὸ Ἀρήτιον ἐλθών, καὶ εὑρὼν ἐκεῖ τὸν Φλαμίνιον, κατεφρόνησεν αὐτοῦ, καὶ μάχῃ μὲν οὐ συνέβαλε (τὸ γὰρ χωρίον ἀνεπιτήδειόν οἱ ἐδόκει) πεῖραν δὲ αὐτοῦ ποιούμενος, ἔκειρε τὴν χώραν· κἀν τούτῳ ἐπεκδραμόντων τῶν Ῥωμαίων, ἐπανήγαγεν, ἵνα φοβεῖσθαι δόξῃ, τῆς δὲ νυκτὸς ἐξαναστάς, ἐπιτήδειόν τι χωρίον πρὸς τὴν μάχην εὑρών, ἔμεινε. Καὶ τοῦ μὲν πεζοῦ τὸ πλεῖον κατὰ τὰ ὄρη λοχᾶν ἔταξε, τὸ δ' ἱππικὸν σύμπαν ἔξω τῶν στενῶν ἀφανῶς ἐφεδρεύειν ἐκέλευσε, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ γηλόφου μετ' ὀλίγων ἐστρατοπεδεύσατο· ὁ δὲ Φλαμίνιος ἐν ἐν φρονήματι ὤν, καὶ ἐπὶ μετεώρου σὺν ὀλίγοις αὐτὸν ἰδών, τήν τε λοιπὴν στρατιὰν πόῤῥω ποι πεπομφέναι νομίσας, ῥᾳδίως μεμονωμένον αἱρήσειν ἤλπισε, καὶ ἐς τὸ στενὸν ἀπερισκέπτως εἰσῆλθε, κἀνταῦθα (ὀψὲ γὰρ ἦν) ηὐλίσατο, καὶ ὑπὸ μέσας νύκτας ὑπὸ καταφρονήσεως, αὐτοὺς ἀφυλάκτους καθεύδοντας πανταχόθεν ὁμοῦ περιέσχον οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ πόῤῥωθεν ἀκοντίοις, καὶ σφενδόναις, καὶ τοξεύμασι, τοὺς μὲν εὐναζομένους ἔτι, τοὺς δὲ τὰ ὅπλα λαμβάνοντας ἔκτεινον, αὐτοὶ μή τι δεινὸν ἀντιπαθόντες. Οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι μηδενὸς αὐτοῖς συμπλεκομένου, σκότους τε καὶ ὁμίχλης οὔσης οὐκ εἶχον τῇ σφετέρᾳ χρήσασθαι ἀρετῇ. Τοσοῦτος δ' ἐγίνετο θόρυβος, καὶ τοιαύτη ταραχώδης ἔκπληξις· κατεῖχεν αὐτούς, ὡς μηδὲ τῶν σεισμῶν, τῶν τότε γενομένων αἰσθέσθαι, καίπερ πολλὰ μὲν οἰκοδήματα καταῤῥαγῆ, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ὀρῶν, τὰ μὲν διέσχε, τὰ δὲ καὶ συνέπεσεν, ὡς καὶ τὰς φάραγγας ἐμφράξαι, καὶ ποταμοὶ δὲ τῆς ἀρχαίας ἐξόδου ἀποκλεισθέντες, ἄλλῃ ἐτράποντο. Τοιοῦτοι σεισμοὶ μὲν τὴν Τυῤῥηνίδα κατεῖχον, οὐ μέντοι καὶ οἱ μαχόμενοι ἐν ἐννοίᾳ σφῶν ἐγένοντο.

9. Αὐτός τε οὖν ὁ Φλαμίνιος, καὶ ἄλλοι παμπληθεῖς ἔπεσον· συχνοὶ δὲ ἐπί τινα λόφον ἀνέβησαν, ἐπεὶ δ' ἡμέρα ἐγένετο, ἐς φυγὴν ὥρμησαν, καὶ καταληφθέντες, τά τε ὅπλα καὶ ἑαυτοὺς ἐπ' ἀδείᾳ παρέδοσαν. Ὅ γε μὴν Ἀννίβας βραχὺ τῶν ὀμωμοσμένων ἐφρόντισε, πάντων δὲ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἁλόντων, τὸ μὲν ὑπήκοον, τό τε συμμαχικὸν τῶν Ῥωμαίων ἀφῆκεν, αὐτοὺς δὲ ἐκείνους δήσας, ἐφύλασσε· πράξας δὲ ταῦτα, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐπείγετο, καὶ μέχρι μὲν Ναρνίας, τήν τε γῆν τέμνων, καὶ τὰς πόλεις προσαγόμενος, πλὴν Σπωλητίου, προῆλθε· Γάϊόν τε ἐνταῦθα Κεντήνιον στρατηγὸν ἐνεδρεύοντα περισχών, ἔκτεινεν. Ὡς δὲ τῷ Σπωλητίῳ προσ-

βαλὼν

ſui unius eſset victoria, Aretium antea occupavit. Hannibal enim, dum compendia viarum quærit, in invia incidit; multoſque milites, jumentaque multa, & alterum oculum amiſit. Seroque tandem ad Aretium progreſsus, Flaminium ibi inventum contempſit; ac pugna quidem abſtinuit, (locus enim incommodus videbatur) ſed hominis periclitaturus ingenium, agrum vaſtavit. Interea verò, cum Romani in ipſum excurriſsent, is, ut pavere crederetur, retroceſſit; noctuque caſtris promotis, & pugnæ idoneo capto loco, peditum partem maximam, in montibus in inſidiis collocavit; omnem verò equitatum, extra anguſtias, clam in ſubſidiis eſſe juſſit; tum ipſe in quodam tumulo, cum paucis caſtra habuit. At Flaminius ſibi fidens, ut Hannibalem eum paucis in colle vidit, ratus illum longe reliquas copias ablegaſſe, concepta ſpe, ejus ita deſtituti facile capiendi; temere in anguſtias eſt ingreſsus: ibique quod ſero erat, conquievit. Tum verò Carthaginenſes, ſub mediam noctem, eos ſine excubiis (ſibi adeo præſidebant) dormientes; eodem tempore, ac ab omni parte, circumdederunt: atque eminus jaculis, fundis, ſagittis, alios cubantes adhuc, arma alios induentes, impune occiderunt. Romani enim in tenebris & nebula, & cominus ſecum congreſso nemine, ſua uti virtute, non potuerunt. Porrò tantus tumultus fuit, tanta perturbatio, tantus terror eos invaſit; ut terræmotus, qui tum fiebant, ſentiret nemo: quamvis multa corruerent ædificia; multique montes partim finderentur, partim collapſi, valles complanarent; flumina denique veteribus alveis excluſa, aliò verterentur. Attamen, cum hæc in Hetruria fierent, ea nullatenus pugnantium quiſquam ſenſit.

Igitur & ipſe Flaminius cecidit, & maxima multitudo: compluresetiam quodam tumulo occupato, ubi diluxit, fuga ſalutem quæſituri; capti, arma & ſemetipſos impunitate promiſsa, dediderunt. Aſt jurisjurandi parum memor Hannibal, captivos omnes, qui e ſubjectis, & ſociis Romanorum, in caſtris erant, dimiſit; Romanos verò in vinculis aſservavit. His autem actis, Romam intendit iter; & Narniam uſque progreſsus, agros vaſtando, & urbes ſubigendo, Spoleto excepto; ibi C. Centenium, evitatis ejus inſidiis, circumventum occidit. Ubi verò a Spoleto repulſus eſt, & pontem Naris dejectum vidit,

idem-

Digitized by Google

idemque factum cæteris fluminibus, quæ tranſire neceſse habebat, audivit; omiſso Romano itinere, in Campaniam ſe convertit: quod eam, & fertiliſſimam Regionem, & Capuam, urbem maximam eſse audiens; ſecum ipſe reputabat, ſi eas antea occupaſset, ſe ſibi cætera, brevi tempore adjecturum. Romani autem acerbitate cladis audita, mœſti & anxii, lugenteſque, & ſemetipſos, & cæſos; pontes Tiberis, præter unum, dejecerunt; & mœnia multis in locis ruinoſa, celeriter refecerunt, & Dictatorem dixerunt in concione: ac bene ſecum agi exiſtimantes, ſi ipſi dumtaxat ſervarentur, auxilia ſociis non miſerunt. Ubi verò audierunt, Hannibalem tendere in Campaniam, tunc ſociis etiam, ſuppetias mittere decreverunt. Hannibali igitur Dictatorē Fabium, & M. Minucium Magiſtrum equitum, objecerunt: qui, cum in illum veniſsent; cum eo quidem manus conſerere noluerunt; a tergo verò inſiſtentes, obſervabant, ſi qua ſibi, pugnæ occaſio ſe offerret. Fabius enim, cum militibus trepidis & victis, contra plures victoreſque, Martis aleam noluit experiri: ſimulque ſperabat, quo magis agrum vaſtaſſent hoſtes, eo citius commeatus penuria fore laboraturos. His rationibus adductus, neque ulli alii regioni, neque Campaniæ opem tulit; & hoc pacto omnes hoſtes in Campania concluſit, & undique, quin adverterent, circumdatos, in carcerem veluti, collocavit. Nam Fabio quidem, & ex mari, & a ſociis civitatibus, ſuppetebat abunde commeatus; hoſtibus verò, nihil eſse norat, niſi ex agro ſolummodo, quem vaſtaverant. His de cauſis ſe cohibuit, & æquo animo tulit moram. Quamobrem & a civibus ſuis, non ſine querela, Cunctator eſt appellatus.

Hannibal autem inſtante hyeme, cum ob commeatus penuriam, eo loco hybernare non poſſet; & varias rationes Campaniæ exeundi, fruſtra tentaſſet, tale conſilium eſt machinatus. Captivos omnes convocatos, ne quis eorum effugeret, & quid ageretur Romanis ſignificaret, occidit; hinc boum, quos in caſtris habebat, faces cornibus alligavit; tum noctu ad Samniticos montes profectus, facibus incenſis boves exſtimulavit: qui igne & verberibus acti in rabiem, multis in locis ſylvam incenderunt, & ſic facilem ei tranſitum præbuerunt. Romani enim, qui in caſtris, & collibus illis erant; inſidias veriti, eo loco ſe non moverunt. Hoc modo

Tom. I. ad

βαλὼν ἀπεκρίθη, καὶ τὴν τοῦ Ναρίου γέφυραν, καθῃρημένην εἶδε, καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ποταμούς, οὓς ἀναγκαῖον διελθεῖν, τοῦτο γεγονὸς ἐπύθετο, τῆς μὲν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμῆς ἐπέσχεν· ἐς δὲ τὴν Καμπανίαν ἐτράπετο, τήν τε χώραν ἀρίστην καὶ τὴν πόλιν τὴν Καπύην μεγίστην οὖσαν ἀκούων, ἐνόμιζεν, εἰ σφᾶς προκαταλάβοι, καὶ τἄλλα δι' ὀλίγου προσκτήσασθαι. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ πυθόμενοι περὶ τῆς ἥττης, ἤλγησαν, καὶ δι' ἐκείνους, καὶ δι' ἑαυτοὺς ὀδυρόμενοι, καὶ ἐν ἀπόρῳ ἦσαν· τάς τε γέφυρας τοῦ Τιβέριδος, πλὴν μιᾶς, κατεῖλον, καὶ τὰ τείχη πολλαχῇ πεπονηκότα σπουδῇ ἐπεσκεύαζον· Δικτάτωρά τε προχειρίσασθαι βουληθέντες, αὐτοὶ ἐν ἐκκλησίᾳ αὐτὸν ἀνεῖπον· Ἀγαπῶντες δὲ εἰ αὐτοὶ μόνοι σωθεῖεν, οὐκ ἔστειλαν τοῖς συμμάχοις βοήθειαν· πυθόμενοι δὲ τὸν Ἀννίβαν ἐς Καμπανίαν ὁρμηθῆναι, τότε καὶ τοῖς συμμάχοις ἐπικουρῆσαι ἔγνωσαν. Τῷ δ' Ἀννίβᾳ τὸν Δικτάτωρα τὸν Φάβιον, καὶ τὸν ἵππαρχον τὸν Μάρκον τὸν Μινούκιον ἀντικατέστησαν. Οἳ ἐπ' ἐκεῖνον ἐλθόντες, ἐς μὲν χεῖρας αὐτῷ οὐκ ᾔεσαν· παρεπόμενοι δὲ ἐπετήρουν, εἴ που καιρὸς μάχης παραπέσοι· ἀποκινδυνεῦσαι γὰρ ὁ Φάβιος καταπεπτηχόσι στρατιώταις, καὶ ἡττημένοις, πρὸς πλείους, καὶ νενικηκότας οὐκ ἤθελε, καὶ ἅμα ὅσῳ μᾶλλον τὴν χώραν κακώσειαν, τοσούτῳ θᾶττον ἀπορῆσαι τροφῆς αὐτοὺς ἤλπιζε. Τοιούτοις χρώμενος λογισμοῖς, οὔτ' ἄλλῃ χώρᾳ ἐπήμυνεν, οὔτε τῇ Καμπανίᾳ· κατέκλεισεν οὖν διὰ ταῦτα πᾶν τὸ πολέμιον ἐς τὴν Καμπανίαν· περιέχων γὰρ αὐτοὺς ἁπανταχόθεν, οὐκ εἰδότας ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο. Αὐτὸς μὲν γὰρ κἀκ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκ τῆς συμμαχίδος, τῶν ἐπιτηδείων εὐπόρει· ἐκείνοις δὲ μόνα τὰ ἐκ τῆς γῆς, ἣν ἔκειρον, ὑπάρχοντα ᾔδει· καὶ διὰ τοῦτο ἀνεῖχε, καὶ τῆς μελλήσεως οὐκ ἐφρόντιζε· διὸ καὶ παρὰ τῶν πολιτῶν αἰτίαν εἶχεν, ὡς καὶ Μελλητὴς ἐπονομασθῆναι.

10. Ὁ δ' Ἀννίβας ἐπεὶ πρὸς χειμῶνα ἐγίνετο, καὶ οὔτε κατὰ χώραν χειμάσαι σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἠδύνατο, καὶ πολλαχῇ πειράσας ἐξιέναι τῆς Καμπανίας, κεκώλυτο, τοιοῦτόν τι ἐμηχανήσατο. Τοὺς αἰχμαλώτους πάντας, ἵνα μή τις αὐτῶν διαφύγῃ, καὶ τὸ γινόμενον γνωρίσῃ τοῖς Ῥωμαίοις, κατέσφαξε· καὶ τὰς ἐν τῷ στρατοπέδῳ βοῦς ἀθροίσας, δᾷδας τοῖς αὐτῶν προσέθηκε κέρασι, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τοὺς Σαυνίτας ὄρη ὑπὸ νύκτα χωρήσας, τάς τε δᾷδας ἀνῆψε, καὶ τὰς βοῦς ἐπετάραξεν. Οἰστρηθεῖσαι δ' ἐκεῖναι διὰ τὸ πῦρ, καὶ τὴν ἔλασιν, πολλαχῇ τὴν ὕλην ἐνέπρησαν, κἀκ τούτου ῥᾳδίαν παρέχον αὐτῷ τὴν ὑπέρβασιν· οἱ γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ Ῥωμαῖοι, καὶ οἱ ἐν τοῖς μετεώροις, ἐνέδρας πτοηθέντες, οὐκ

ἐκινήθησαν· καὶ οὕτως ὁ Ἀννίβας διῆλθε, καὶ ἐς τὴν Σαμνῖτιδα ἐκομίσθη. Ὁ οὖν Φάβιος μεθ' ἡμέραν τὸ γενόμενον γνοὺς, κατεδίωξε, καὶ τούς τε καταλελειμμένους ἐν τῇ ὁδῷ, ἵνα εἴρξασι τρεψάμενος, καὶ τοὺς βοηθήσαντας αὐτοῖς κρατήσας, ἐστρατοπεδεύσατο μὲν οὐ πόῤῥω τῶν πολεμίων, οὐ μέντοι καὶ ἐς χεῖρας ἐκείνοις ἦλθεν, ἀλλ' ἀποσκίδνασθαί τε αὐτοὺς, καὶ προνομεύειν ἐκώλυεν· ὥστε τὸν Ἀννίβαν ἀπορήσαντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμῆσαι· ὡς δ' οὐκ ἐμάχετο, δι' ἡσυχίας δὲ παρηκολούθει ὁ Φάβιος, αὖθις ἐπέστρεψεν ἐς τὸ Σάμνιον. Καὶ ὁ Φάβιος αὐτῷ ἐφεπόμενος, δι' ἀσφαλείας προσήδρευε, προμηθούμενος μή τι τῶν οἰκείων ἀποβαλεῖν τινάς, καὶ αὐτὸς μὲν ἐν εὐπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων τυγχάνων, ἐκείνῳ δὲ τῶν ὅπλων ἐκτὸς οὐδὲν προσεῖναι ὁρῶν, καὶ μηδ' οἴκοθεν προσιοῦσαν ἐπικουρίαν. Οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι, καὶ ἐν γέλωτι αὐτὸν ἐποιοῦντο, γράφοντα εὐπράττειν, καὶ πολλὰ κατορθοῦν, καὶ στρατιώτας παρ' αὐτῶν αἰτοῦντα καὶ χρήματα, λέγοντες μὴ συμφωνεῖν τὰς αἰτήσεις ταῖς κατορθώσεσι· τοὺς γὰρ νικῶντας προσήκει, καὶ τῷ παρόντι ἀρκεῖσθαι στρατεύματι, καὶ χρήματα στέλλειν οἴκαδε, οὐ προσαιτεῖν.

11. Ἕως μὲν οὖν ἐνεδήμει ὁ Φάβιος, δεινὸν οὐδὲν τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο· ὡς δ' ἐκεῖνος ἐς τὴν Ῥώμην ἀπῆρε, κατά τι δημόσιον ἔπταισαν. Ὁ γὰρ Ῥοῦφος ὁ ἵππαρχος, φρόνημα κενὸν ὑπὸ νεότητος ἔχων, καὶ τῶν πολεμικῶν σφαλμάτων ἀπείρατος ὢν, καὶ τῇ μελλήσει τοῦ Φαβίου ἀχθόμενος, ἐπεὶ τὴν προστασίαν τῆς στρατιᾶς μόνος ἔσχε, τῶν μὲν ἐντολῶν τοῦ Δικτάτωρος ὠλιγώρησεν· ὁρμήσας δ' ἐς παράταξιν, τὸ μὲν πρῶτον νικᾶν ἔδοξεν, εἶτα ἡττήθη. Κἂν πανσυδὶ διεφθάρη, εἰ μή τινες Σαμνιτῶν κατὰ τύχην τοῖς Ῥωμαίοις ἐπίκουροι ἀφικνούμενοι, δόξαν τοῖς Καρχηδονίοις παρέσχον, προσιέναι τὸν Φάβιον. Ἀναχωρησάντων οὖν διὰ τοῦτο, κεκρατηκέναι ἐνόμισε, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην τὸ ἔργον μεγαλύνων, καὶ τὸν Δικτάτωρα προσδιαβάλλων, ἐπέστειλεν, ὀκνηρὸν καὶ Μελλητὴν αὐτὸν καλῶν, καὶ τὰ τῶν ἐναντίων φρονοῦντα. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ νενικηκέναι τὸν Ῥοῦφον ὄντως ἐνόμισαν, καὶ οἷα παρὰ δόξαν θαρσήσαντες, καὶ ἐπῄνουν αὐτὸν, καὶ ἐτίμων· καὶ τὸν Φάβιον ἐν ὑποψίᾳ σχόντες διὰ ταῦτα, καὶ ὅτι τὰ ἐν Καμπανίᾳ χωρία αὐτοῦ οὐκ ἐδῄωσαν, μικροῦ καὶ τῆς ἀρχῆς ἂν παρέλυσαν· ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν χρήσιμον νομίζοντες εἶναι, οὐκ ἔπαυσαν, τῷ δ' ἱππάρχῳ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν προσένειμαν, ὥστ' ἄμφω ἀπὸ τῆς ἴσης ἄρχειν. Δοξάντων δὲ τούτων, ὁ μὲν Φάβιος, οὔτε τοῖς πολίταις, οὔτε τῷ Ῥούφῳ ἔσχεν ὀργήν. ὁ δὲ Ῥοῦφος, οὐδὲ πρὶν ὀρθῶς φρονῶν, τότε μάλιστα ἐπεφύσητο, καὶ κατέχειν ἑαυτὸν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἡμέραν ἠξίου

παρ

ad Samnites pervenit Hannibal. Ea re Fabius mane cognita, abeuntes eſt perſecutus; eoſque, qui ad repellendos Romanos, in via relicti fuerant ab Hannibale, effugavit, auxiliareſque ſocios ſuperavit; tum haud procul ab hoſtibus caſtra poſuit; haud tamen cum illis ad manus venit, ſed eos vagari, & prædas agere cohibuit. Hannibal itaque ob cibariorum penuriam, primum Romam invadere ſtatuit: ubi autem Fabius, pugnæ negata copia, eum pedetentim aſſectabatur, rediit in Samnium. Dictator enim nunquam ab eo recedebat, atque in id tantum erat intentus, ne quem ſuorum amitteret; utque ipſe commeatu abundaret; ille verò præter arma nihil haberet, neque acciperet domo auxilia. Carthaginenſes namque Hannibalem deriderebant, ſcribentem, ſe rem bene gerere, & ſucceſſibus uti proſperis; attamen pecuniam & milites flagitare: neque enim petitiones cum ſucceſſibus conſentire. Victores quippe decere, ſuis contentos copiis, pecuniam domum mittere, non verò inde emendicare.

Quouſque igitur Fabius apud exercitum fuit, adverſi nihil Romanis accidit; eo autem publica ob negotia, Romam profecto res graviter impegerunt. Ruſus enim Magiſter equitum, exſultans audacia juvenili, bellique caſus non proſpiciens, & Fabii cunctationem ægrè ferens; ubi ſolus imperium adeptus eſt, mandatorum immemor Dictatoris, acie cum hoſte congreſſus eſt. Et principio quidem vincere credebatur, at verò poſtea victus eſt: ac internecione deletus eſſet, niſi forte fortuna Samnitum auxilia, quæ ad Romanos tunc accedebant, Carthaginenſibus opinionem adventus Fabii attuliſſent. Cum hac ergo de cauſa hi receſſiſſent, ſe victorem arbitratus Ruſus, literas Romam miſit, quibus & rem geſtam exaggerabat, & Dictatorem ut ſegnem & Cunctatorem, & hoſtium ſtudioſum criminabatur. Romani autem verè viciſſe opinati Ruſum; præter expectationem receptis animis; eo collaudato auctoque honoribus; Fabium, & ob hanc calumniam, & quod hoſtes, ejus in Campania prædia non incenderant, ſuſpectum habentes; parum abſuit, quin Magiſtratu eum privarent. Verum, cum ipſum putarent Reipublicæ eſſe uſui, id quidem non effecerunt; ſed Magiſtro equitum Ruſo, eandem poteſtatem dederunt, ut ambo ex æquo imperarent. Sane dum hæc in eum decernerentur, Fabius,

nec

nec civibus ſuccenſuit, nec Collegæ; Rufus verò jam antea parum prudens, tum magis etiam inflatus, temperare ſibi non potuit, quin poſtularet, ut diebus alternis, aut etiam ad dies plures, imperaret per vices ſolus. Veritus autem Fabius, ne totius exercitus ſumpto imperio, Rufus rem male gereret; neutrum illi conceſſit; verùm diviſit exercitum, ut more Conſulum, uterque ex æquo privatas haberet vires: ac proinde confeſtim, tranſtulit caſtra Rufus, ut appareret, non ſubeſſe ſe Dictatori, verùm ſuo arbitrio imperare.

Ut hæc ergo perſenſit Hannibal, per ejus loci occupandi ſpeciem, ad pugnam Rufum elicuit, & undique per inſidias circumventum, in diſcrimen adduxit totius exercitus amittendi; niſi Fabius, hoſtem a tergo adortus, tanto periculo occurriſſet. Hac Rufus accepta plaga, animo eſt mutatus, reliquiiſque exercitus, ad Fabium ſtatim adductis, ei imperium (quod ſolus ex Magiſtris equitum), a Romano populo acceperat) non expectatis populi ſuffragiis, ultro tradidit: quo nomine ab omnibus eſt laudatus. Idque Fabius illico, citra ullam dubitationem, univerſum recepit, populo ap-

pro-

παρ' ἡμέραν, ἢ καὶ πλείους ἀφεξῆς ἐναλλὰξ μόνος ἄρχειν. Δείσας δ' ὁ Φάβιος, μή τι κακὸν ἐξεργάσηται, εἰ πάσης τῆς δυνάμεως γένοιτο ἐγκρατὴς, πρὸς οὐδέτερον αὐτῷ συνῄνεσεν, ἀλλ' ἐνείματο τὸ στρατόπεδον ὥστε τοῖς ὑπάτοις ἐπίσης, ἰδίαν ἑκάτερον ἰσχὺν ἔχειν· καὶ παραχρῆμα ὁ Ροῦφος ἐπεστρατοπεδεύσατο, ἵνα διάδηλος ᾖ, ὅτι καθ' ἑαυτὸν ἄρχει, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῷ Δικτάτωρι.

12. Ὁ οὖν Ἀννίβας τοῦτο αἰσθόμενος, ἐς μάχην αὐτὸν ὑπηγάγετο, ὡς ἐπὶ καταλήψει τοῦ χωρίου προσελθὼν, καὶ περιστοιχισάμενος ἐξ ἐνέδρας, ἐς κίνδυνον κατέστησεν, ὡς πανστρατιᾷ ἐξελεῖν, εἰ μὴ ὁ Φάβιος κατὰ νώτου αὐτῷ προσπεσὼν ἐκώλυσε. Παθὼν οὖν τοῦτο ὁ Ροῦφος, μετεβάλετο, καὶ τὸ στράτευμά τι τὸ περίλοιπον ἐς τὸν Φάβιον εὐθὺς ἤγαγε, καὶ τὴν ἀρχὴν παρεδέδωκεν, οὐδ' ἀνέμεινε τὸν δῆμον ἀναψηφίσασθαι, ἀλλ' ἐθελοντὴς τὴν ἡγεμονίαν, ἣν παρ' αὐτοῦ μόνος ἱππάρχων ἔλαβεν, ἀφῆκε· καὶ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ πάντες ἐπῄνεσαν. Καὶ ὁ Φάβιος αὐτίκα μη-

δὲν

DIO APUD CONSTAN. AUG.

Hannibal, ſive Fabio tanquam amico ac benevolo gratificaturus, ſive ut ſuſpectum illum redderet, nullum ex Fabii prædiis agriſque vaſtavit. Itaque cum inter Pœnos ac Romanos captivorum commutatio ea conditione fieret, ut apud quos, plures eſſent captivi, ii certo pretio redimerentur; Fabius ſuorum prædiorum auctione facta, pretium pro civibus captivis numeravit; cum Senatus publica pecunia eos redimi noluiſſet. Quam ob cauſam tum Dictatori Fabio imperium quidem abrogatum minime eſt, cæterum ut magiſtro equitum æquale imperium eſſet, populus juſſit. Neque tamen idcirco Fabius, aut civibus, aut Minucio Rufo ſuccenſuit], ſed tanquam humanitus aliquid paſſis benigne ignovit: ſuffi-cere ſibi arbitratus dummodo victoriam qualicumque pacto referrent Romani. Quippe is erat qui Reip. ſalutem, quam ſuam ipſius gloriam mallet, ac virtutem non ex Plebiſcitis pendere, ſed in cujuſque ſitam eſſe animo cenſebat; & victoriam cladémque non decretis tribui, ſed ex uniuſcujuſque prudentia, aut imperitia comparari. At Minucius Rufus, qui & antea parum ſapiebat, tunc utique multo magis inflatus, continere jam ſe haud quaquam poterat, ut qui æquale jus imperii cum Dictatore in præmium contumaciæ accepiſſet. Itaque petere cæpit, ut aut alternis diebus, aut ſi plures dies placerent, partitis temporibus ſummum jus imperiumque alterni haberent. Sed Fabius veritus ne totius exercitus accepto imperio Rufus omnia perderet, neutrum ei conceſſit; verum exercitum cum eo diviſit, ut quemadmodū Conſulibus mos eſt, ſuas quiſque legiones haberet. Igitur diviſo exercitu, Rufus ſtatim caſtra ſeparatim a Dictatore poſuit, quo appareret ſe ſua auctoritate, non Dictatori ſubditum agere.

PORPHYR. apud Valeſium pag. 597. ὅτι.

Ἀννίβας, ἢ τοι χαριζόμενος τῷ Φαβίῳ, ὡς καὶ ἐπιτηδείῳ σφίσιν ὄντι, ἢ καὶ ἐπὶ διαβολῇ αὐτοῦ, οὐδὲν τῶν προσηκόντων οἱ κατέδραμεν· καὶ διὰ τοῦτ' ἀνταλλάξεως τῶν αἰχμαλώτων τοῖς Ῥωμαίοις πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, ἐφ' ὁποτέρων πλείους εὑρεθῶσιν ἀντιλυτρωθῆναι σφᾶς, γενομένης, καὶ τῶν Ῥωμαίων μὴ βουληθέντων αὐτοὺς ἐκ τοῦ δημοσίου λυτρώσασθαι, τὰ χωρία ὁ Φάβιος ἀποδόμενος, τὰ λύτρα αὐτοῖς ἐχαρίσατο. Καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν μὲν [οὐκ ἔπαυσαν· τῷ δὲ ἱππάρχῳ τὴν αὐτὴν οἱ ἐξουσίαν] ἔδωκαν [ὡς ἀμφοτέρους ἅμα ἀπὸ τῆς ἴσης ἄρχειν]· καὶ [ὁ Φάβιος] οὐδεμίαν [ὀργὴν οὔτε τοῖς πολίταις, οὔτε τῷ Ῥούφῳ ἔσχε·] τῶν τε γὰρ ἀνθρωπίνων πραγμάτων συνεγίνωσκεν αὐτοῖς, καὶ ἀγαπητὸν ἐποιεῖτο, εἰ καὶ ὁπωσοῦν περιγένοιντο. Τὸ γὰρ κοινὸν σώζεσθαι καὶ κρατεῖν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς εὐδοξεῖν ἤθελεν· τήν τε ἀρετὴν οὐκ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ εἶναι, καὶ τὸ κρεῖττον, τό τε χεῖρον, οὐκ ἀπὸ δόγματός τινι, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐκείνου ἐπιστήμης, ἢ ἀμαθίας νομίζων. [Ὁ δὲ δὴ Ῥοῦφος, οὐδὲ ἐν τῷ πρὶν ὀρθῶς φρονῶν, τότε] δὲ καὶ μᾶλλον [ἐπεφύσητο· καὶ κατέχειν ἑαυτὸν] ὥς τε καὶ τῆς ἀπειθαρχίας ἆθλον, τὴν πρὸς τὸν Δικτάτωρα ἰσομοιρίαν προσλαβὼν [οὐκ ἐδύνατο· ἀλλ' ἠξίου ἡμέραν ἐξῆς παρ' ἡμέραν, ἢ καὶ πλείους ἐναλλὰξ μόνος ἄρχειν. Ὁ δὲ Φάβιος] φοβηθεὶς [μή τι κακὸν σφᾶς, εἰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐγκρατὴς γένοιτο, ἐξεργάσαιτο, πρὸς οὐδέτερον αὐτῷ συνῄνεσεν· ἀλλ' ἐνείματο τὸ] στράτευμα, [ὥστε] ἐν ὁμοίῳ [τοῖς ὑπάτοις] καὶ ἐκείνους [ἰδίαν ἑκάτερον ἰσχὺν ἔχειν· καὶ παραχρῆμα ἀπεστρατοπεδεύσατο, ἵνα] καὶ τῷ ἔργῳ [διάδηλος, ὅτι] αὐτὸς [καθ' ἑαυτὸν, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῷ Δικτάτωρι ἄρχει] γίνοιτο.

Digitized by Google

δὲν ἐνδοιάσας πᾶσαν ἐδέξατο, καὶ ὁ δῆμος αὐτὸ ἀπεδέξατο· καὶ μετὰ ταῦτα αὐτός τε ἀσφαλέστατα προέστη τοῦ στρατεύματος· καὶ μέλλων ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς ἀρχῆς, τοὺς ὑπάτους μετεπέμψατο, καὶ τὸ στράτευμα σφίσι παρέδωκε, καὶ πάνθ' ὅσα πραχθῆναι ἐχρῆν, παρῄνεσεν ἀφθονώτατα· κἀκεῖνοι θρασέως οὐδὲν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑποθήκην τοῦ Φαβίου ἅπαντα ἔπραξαν, καίπερ ὁ Γέμινος καὶ προκατωρθώκει τι. Τὸ γὰρ ναυτικὸν τῶν Καρχηδονίων ἰδὼν, ὁρμητὰν μὲν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, διὰ δὲ τὴν ἀντιπαρασκευὴν αὐτῶν, μὴ προσμίξαν αὐτῇ, ἐπεκπλεύσας τά τε τῶν Κυρνίων, καὶ τὰ τῶν Σαρδονίων ἐν τῷ παράπλῳ ἐβεβαιώσατο· καὶ ἐς τὴν Λιβύην ἐκβὰς, ἐλεηλάτησε τὴν παραλίαν αὐτῆς. Ταῦτα μὲν ἔπραξεν, οὐ μέντοι δι' αὐτὰ ἐπεφύσητο, ὥστε πρὸς τὸν Ἀννίβαν διακινδυνεῦσαι, ἀλλὰ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Φαβίου ἐνέμεινεν, ὅθεν περ καὶ αἱ πόλεις οὐχ' οθ' ὁμοίως τοῖς Καρχηδονίοις προσετίθεντο· ἐφοβοῦντο γὰρ μὴ ὁ Ἀννίβας τῆς Ἰταλίας ἐκπέσῃ, καὶ κακόν τι αὐτοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων, ἅ τε προσοίκων πάθωσι. Καὶ οἱ μὲν πλείους τὸ ἀποβησόμενον ἐσκόπουν, ὀλίγοι δὲ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους αὖθις μετέστησαν, καὶ ἀναθήματά τινες αὐτοῖς ἔπεμψαν. Καὶ τοῦ Ἱέρωνος πολλὰ πεπομφότος, σῖτον, καὶ νίκης ἄγαλμα οἱ Ῥωμαῖοι μόνα ἔλαβον, καίπερ ἐν ἀχρηματίᾳ ὄντες, ὥστε τὸ ἀργυροῦν νόμισμα ἀμιγὲς, καὶ καθαρὸν γενόμενον πρότερον, χαλκῷ προσμίξαι.

probante; ac deinde milites cautiſſime duxit, & Magiſtratu abiturus, Conſules, exercitu eis tradito, de omnibus rebus monuit. Qui confidenter nihil, ſed ex Fabii conſiliis, omnia adminiſtrarunt: quamvis Geminus quidpiam bene geſſerat. Nam ubi Carthaginenſium claſſem, tendere quidem in Italiam, haud verò, ob adverſam Romanorum inſtructionem, ſecum confligere, vidit; ipſe inter navigandum, firmavit Corſicam & Sardiniam, hinc deſcendit in Africam, & ex ora illa maritima, prædas egit. Hæc Geminus cum egiſſet, haud tamen elatus eſt, ita ut Hannibalem temere aggrederetur, ſed Fabii mandatis paruit: unde non tam facile civitates, ad Carthaginenſes, ut antea, defecerunt. Verebantur enim, ne Hannibale Italia pulſo, ipſi a Romanis, tanquam finitimis, mali quidpiam paterentur: ac futura quidem plerique conſiderabant, pauci verò redibant ad Romanorum ſocietatem; & quidam etiam donaria ipſis miſerunt. Ex multis autem, quæ miſit Hiero, muneribus; frumentum dumtaxat Romani, Victoriæque ſignum acceperunt; quamquam pecuniæ adeo inopes, ut argenteum nummum antea purum & impermiſtum, tunc adulteraverint ære admiſto.

Κυϊ. ΚΑΣΣΙΟΥ ΔΙΩΝΟΣ
ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ
ΡΩΜΑΙΚΗΣ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΙΕ.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩΙ ΒΙΒΛΙΩΙ ΙΕ.

ΤΗΣ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α. Ὡς Σκιπίων ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ, ναυμαχίᾳ τε καὶ πεζῇ ἐνίκησε τοὺς πολεμίους.
β. Ἡ δεινὴ ἧττα καὶ συμφορὰ τῶν Ῥωμαίων πρὸς Κάνναις.
γ. Ὡς αὖθις ὁ Ἀννίβας χρῆσθαι τῇ νίκῃ οὐκ ἔγνωσεν.
δ. Ὡς Κυΐντος Φάβιος ἔσωσεν τὴν πατρίδα.
ε. Ὡς Μάρκος Ἰούνιος, Δικτάτωρ, Τιβ. δὲ Σεμπρώνιος, Ἵππαρχος ἐλέχθησαν.
ς. Ὡς ὁ Ἀννίβας ἀναχωρήσας ἐς τὴν Καμπανίαν, μάτην προσεδρεύσεν τὴν Νεάπολιν.
ζ. Ὡς οἱ ἐν τῇ Καπύῃ μετέστησαν πρὸς Ἀννίβαν, ψευδῶς αὐτοῖς τὴν τῆς Ἰταλίας ἡγεμονίαν ὑπισχνούμενον.

η. Ἡ

Q. CASSII DIONIS
COCCEJANI
ROMANÆ
HISTORIÆ
LIBER DECIMUSQUINTUS

HÆC AUTEM INSUNT IN LIBRO XV.

DIONIS ROMANÆ HISTORIÆ.

1. Ut Scipio in Hiſpania, navali & terreſtri prælio hoſtes vicit.
2. Romanorum dira Cannenſis clades.
3. Ut iterum Hannibal uti victoria ignoravit.
4. Ut Q. Fabius patriam ſervavit.
5. Ut M Junius, Dictator, Tib. verò Sempronius, Magiſter militum ſunt electi.
6. Ut in Campaniam reverſus Hannibal, Neapolim fruſtra obſedit.
7. Ut Capuani ad Hannibalem defecerunt, fallaciter ipſis totius Italiæ dominium promittentem.

8. Ut

Digitized by Google

8. Ut Hannibalis crudelitas in Nuccrinos, retinuit Nolanos, ei ne ſeſe dederent.
9. Militum Caſilini conſtantia, priuſquam dederent ſe Hannibali.
10. Ut Hannibal Junium Dictatorem, ſui non impunè patitur eſſe ſimium.
11. Ut Campanæ deliciæ Hannibalem vinci docent.
12. Scipionum res in Hiſpania.
13. Fœdus Philippi Macedonis cum Hannibale.
14. Ut Syracuſæ obſeſſæ, Archimedis ingenio & machinis, diutius defenduntur.
15. Ut poſt multa Syracuſas Marcellus capit.
16. Ut Archimedes a milite, quem verbo irritaverat, obtruncatur.
17. Ut ambo Conſules Capuam obſederunt.
18. Ut Romam Hannibal fruſtra oppugnat.
19. Ut Capuam Flaccus occupat.
20. Ut Lævinus Ætolos Philippi ſocios, ſibi conciliavit, eumque terruit.

TEMPORIS SPATIUM ANNI VII.

In quibus, hi, qui ſequuntur, fuerunt Coſſ.

Ab U. C.

536. C. Terentius Varro, & L. Æmilius Paullus.
537. L. Poſtumius Albin. 3. & Tib. Sempron. Gracchus. Albino ſuffecti, prius C. Marcellus, hinc Fabius Max.
538. L. Fabius Maximus 4. & M. Claudius Marcellus 3.
539. Q. Fabius Maximus, & Tib. Sempron. Gracchus 2.
540. Q. Fulvius Flaccus, & Ap. Claudius Pulcher.
541. Cn. Fulvius Centumalus, & P. Sulpicius Ser. Fil. Galba.
542. M. Claudius Marcellus, & M. Valerius Lævinus.

DUm hæc in Italia gerebantur, Romæ quædam ſervilis conjuratio mature fuit oppreſſa; & explorator quidam deprehenſus in ea, amputatis manibus eſt dimiſſus; ut ipſemet Carthaginenſibus, ſuæ nuncius eſſet cladis. In Hiſpania verò Scipio, navali prælio ad Iberi oſtia vicit. Cum enim pugna principio eſset anceps, vela navium reſecuit, ut hoc viſo, ſui acrius dimicarent. Hinc non ſolum agros vaſtavit, verum etiam multa munita ſubegit loca; & per fratrem P. Scipionem, urbes Hiſpanicas Romano Imperio adjecit. Abelus enim Hiſpanus quidam, cum fidus eſse haberetur Carthaginenſibus, revera tamen Romanis faveret; ei, qui obſides Hiſpanorũ cuſtodiebat, perſuaſit, ut eos domu abire ſineret; quò facilius civitates, ad Romanorũ benevolentiã adducerentur. Eoſq. aſſumẽs, tanquã conſilii illius author (Legatis antea ad Scipiones miſſis, & iis, quæ oportebant communicatis) dũ noctu eos ſubducit, ipſe ſcilicet eſt detentus; Romani veró iis potiti, & domum remiſſis; hoc pacto in deditionem,

η'. Ἡ τοῦ Ἀννίβου ἐς τοὺς Νουκερίνους ὠμότης κατέσχε τοὺς Νωλανοὺς προχωρῆσαι αὐτῷ.
θ'. Ἡ τῶν ἐν τοῖς Κασιλίνοις εὐστάθεια, πρὶν τῷ Ἀννίβᾳ συμβαίνειν.
ι'. Ὡς Ἀννίβας Ἰούνιον τὸν Δικτάτωρα, τυτονὶ ἐπιθυμίζειν οὐ πάσχει.
ια'. Ὡς ἡ τῆς Καμπανίας ῥαστώνη, τὸν Ἀννίβαν ἡττᾶσθαι ἔδειξεν.
ιβ'. Τὰ τῶν Σκιπιώνων ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ.
ιγ'. Αἱ τοῦ Φιλίππου Μακέδονος πρὸς τὸν Ἀννίβαν συνθῆκαι.
ιδ'. Ὡς τὰς Συρακούσας πολιορκουμένας ὁ Ἀρχιμήδης μηχαναῖς ἐπὶ πλεῖστον ἐπεκούρει.
ιε'. Ὡς τελευταῖον Μάρκελλος τὰς Συρακούσας ἐκράτησεν.
ιϛ'. Ὡς Ἀρχιμήδης ἐκόπη ὑπὸ στρατιώτου, ὃν παρώξυνε ἐνὶ ῥήματι.
ιζ'. Ὡς τὴν Καπύην οἱ ὕπατοι ἐπολιόρκησαν.
ιη'. Ὡς τὴν Ῥώμην μάτην ὁ Ἀννίβας προσήδρευσεν.
ιθ'. Ὡς ὁ Φλάκκος τὴν Καπύην εἷλεν.
κ'. Ὡς ὁ Λαουῖνος τοὺς Αἰτωλοὺς συμμαχοῦντας Φιλίππῳ, προσηταιρίσατο, καὶ αὐτὸν ἐφόβησεν.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ ΕΤΗ Ζ.

ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγίνοντο

Γ. Τερέντιος Οὐάῤῥων, καὶ Λ. Αἰμίλιος Παῦλος.
Λ. Ποστούμιος Ἀλβῖνος τὸ γ', καὶ Τιβ. Σεμπρώνιος Γράκχος. μετ' Ἀλβῖνον, πρὶν Γ. Μάρκελλος, εἶτα Φάβιος Μάξιμος.
Λ. Φάβιος Μάξιμος τὸ δ', καὶ Μ. Κλαύδιος Μάρκελ. τὸ γ'.
Κοϊν. Φάβιος Μάξιμος, καὶ Τιβ. Σεμπρώνιος Γράκχος τὸ γ'.
Κοϊν. Φουλούιος Φλάκκος, καὶ Ἄππιος Κλαύδιος Πούλχερ.
Κν. Φουλούιος Κεντούμαλος, καὶ Π. Σουλπίκιος Σερουίου Γάλβα.
Μ. Κλαύδιος Μάρκελλος, καὶ Μ. Οὐαλέριος Λαουῖνος.

1. Ταῦτα ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τότε ἐπράχθη· καί τινες δοῦλοι συνωμοσίαν ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ πεποιηκότες, προκατελήφθησαν· κατάσκοπός τε τὶς ἁλοὺς ἐν αὐτῇ τὰς χεῖρας ἀπεκόπη, καὶ ἀφείθη, ἵνα τοῖς Καρχηδονίοις γένηται τοῦ πάθους αὐτάγγελος. Ἐν δὲ τῇ Ἰβηρίᾳ ναυμαχίᾳ πρὸς τῇ τοῦ Ἴβηρος ἐκβολῇ ὁ Σκιπίων ἐνίκησεν· ἰσοπαλῶς γὰρ ἀγωνιζομένων, τὰ ἱστία τῶν νεῶν ὑπετέμετο, ὅπως ἀπογνόντες προθυμότερον ἀγωνίσωνται, καὶ τήν τε χώραν ἐπόρθησε, καὶ τείχη συχνὰ ἐχειρώσατο, καὶ διὰ τοῦ ἀδελφοῦ Πουπλίου Σκιπίωνος πόλεις τῶν Ἰβήρων προσεκτήσατο. Ἄβελος γάρ τις Ἴβηρ, δοκῶν μὲν τοῖς Καρχηδονίοις πιστὸς, τὰ τῶν Ῥωμαίων δὲ θεραπεύων, ἀνέπεισε τὸν φρουροῦντα τοὺς τῶν Ἰβήρων ὁμήρους, οἴκαδε αὐτοὺς ἀποπέμψαι, ἵν' ἐς εὔνοιαν τάχα ὑπ' αὐτῶν αἱ πόλεις ὑπαχθῶσι· καὶ παραλαβὼν σφᾶς ἅτε καὶ τῆς ἐπινοίας εἰσηγητὴς γεγονὼς πρὸς τοὺς Σκιπίωνας τὸ πρότερον πέμψας, καὶ κοινολογησάμενος περὶ ὧν ἠξίου, εἶτα νυκτὸς ὑπεκκομίζων αὐτοὺς, ἑάλω δῆθεν· καὶ οὕτως ἐκείνων τε ἐγκρατεῖς ἐγένοντο οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰς πατρίδας αὐτῶν ἀνακομισθέν-

σθέντων οἴκαδε κατεπτήσαντο. Εἰ μὲν οὖν τούτοις εὐτύχουν, συμφορᾷ δ' αὖ περιέπεσον, ἧς οὔτε πρόσθεν, οὔθ' ὕστερον δεινοτέραν οὐδὲ μίαν προηγήσαντο δὲ ταύτης καὶ τινα τέρατα, καὶ τὰ τῆς Σιβύλλης λόγια, ἥ τις πρὸ τοσούτων ἐτῶν συμφορὰν αὐτοῖς ἐμαντεύσατο. Θαυμαστὸς δὲ καὶ τὸ τοῦ Μάρκου προμάντευμα. Χρησμολόγος γάρ τις, καὶ οὗτος γενόμενος ἐν τῷ Διομηδείῳ πεδίῳ πταίσειν αὐτοὺς, ἅ τε καὶ Τρῶας τὸ ἀρχαῖον ὄντας, ἐφοίβασε· τοῦτο δ' ἐν Ἀπουλίᾳ τῇ Δαυνίων ἐστὶ, καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς τοῦ Διομήδους κατοικήσεως, ἣν ἐκεῖ ἀλητεύσας ἐποιήσατο, ἔσχηκεν. Ἐν γὰρ τῷ πεδίῳ ἐκείνῳ, καὶ αἱ Κάνναι, ἔνθα τότε ἐδυστύχησαν, παρά τε τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ, καὶ περὶ τὰς τοῦ Αὐφιδίου ἐκβολάς εἰσιν· ἡ δὲ Σιβύλλα φυλάττεσθαι μὲν τὸ χωρίον παρῄνεσεν, οὐ μέν τοι καὶ πλεῖόν τι γενήσεσθαι, ἔφη, οὐδ' εἰ διὰ πάσης αὐτὸ ποιήσαιντο φυλακῆς.

2. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἦσαν τὰ χρησμοδοτήματα, τὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις συμβάντα οὕτως ἐγγίνετο. Ἦρχον μὲν Παῦλος Αἰμίλιος (a) καὶ Τερέντιος Οὐάρρων, ἄνδρες οὐκ ὁμοιότροποι· ὁ μὲν γὰρ εὐπατρίδης ἦν καὶ παιδείᾳ κεκόσμητο, τὸ ἀσφαλὲς προτιμῶν τοῦ προπετοῦς· Τερέντιος δὲ ἐν τῷ ὁμίλῳ ἐτέτραπτο, καὶ ἐν βαναυσικῇ θρασύτητι ἤσκητο, καὶ τἆλλά τε καὶ ἐξεφρόνει, τὴν ἡγεμονίαν μόνος ἔχειν ἡγεῖτο, διὰ τὴν τοῦ συνάρχοντος ἐπιείκειαν. Ἦλθον οὖν ἄμφω ἐς τὸ στρατόπεδον εὐκαιρότατα· οὔτε γὰρ τροφὴ ἔτι ἦν τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ τὰ τῶν Ἰβήρων κεκίνητο, τά τε τῶν συμμάχων αὐτοῦ ἠλλοτριοῦτο· καὶ εἴ γε καὶ τὸ βραχύτατον ἐπεσχήκεσαν, ἀπόνως ἐκράτησεν ἄν· νῦν δέ γε τοῦ Τερεντίου τὸ ἀπερίσκεπτον, καὶ τὸ τοῦ Παύλου ἐπιεικὲς, ἥττησεν αὐτούς. Ὁ γὰρ Ἀννίβας ἐπεχείρησε μὲν καὶ παραχρῆμα πρὸς μάχην αὐτοὺς ὑπαγάγεσθαι, καὶ σὺν ὀλίγοις προσπελάσας αὐτῶν τῷ ἐρύματι, ἐπεὶ ἐκδρομὴ ἐγένετο, ἑκὼν ὑπεχώρησεν, ὅπως

nem, eorum patrias acceperunt. Dum hæc autem eis feliciter in Hiſpania ſuccedebant; in Italia in eam rurſus Romani inciderunt cladem, qua neque antea, neque poſtea, graviorem ſenſerunt unquam: quam & prodigia nonnulla, & Sibyllina oracula, tot ante ætatibus prædixerunt. Mirabilis ſane & fuit prædictio Marci vatis. Qui cum publice hanc artem profiteretur, Trojanos (Romanos nempe, tanquam a prima ſtirpe Trojanos) in campo Diomedeo cladem accepturos eſse prædixit: qui locus in Apulia eſt Dauniorum, & id nomen ab incolatu Diomedis, cum illic oberraret, ſortitus eſt. In eo campo Cannæ ſunt, ubi in tantam calamitatem inciderunt, apud Jonium ſinum, & juxta Aufidi amnis oſtia. Sibylla verò, ut ab eo loco caverent, monuit; haud tamen eos quidquam profecturos, adjecit, etiamſi in id, vel diligentiſſima incumberent cautione.

Ac talia quidem erant oracula, quæ autem Romanis acciderunt, ita ſunt geſta. Romanis præerant legionibus, Paulus Æmilius, & Terentius Varro, viri diſſimiles moribus & ingeniis. Alter enim patricius erat doctrina ornatus, qui ſecuriores rationes audaciæ præponebat. Terentius verò educatus inter plebejos, & importunæ audaciæ aſſuetus; tum aliis de rebus perperam ſentiebat; tum ſe ſolum habere imperium, ob collegæ moderationem, opinabatur. Ambo igitur in caſtra venerunt, tempore opportuniſſimo. Neque enim commeatum habebat Hannibal, & res Hiſpanicæ erant turbatæ, & ſocii ejus ab eo alienabantur. Ita ut ſi puſillum ipſi morati eſsent, citra laborem forte, viciſsent hominem. Nunc verò Terentii temeritas, & Pauli moderatio eos vicit. Hannibal enim, ſtatim eos ad pugnam elicere ſtudens, cum paucis munitionem aggreſſus eſt; factaque ex-

DIO APUD TZETZEM in ſcholiis in Lycophr. pag. 91. ubi allegato Dione, κατὰ τὸν Δίωνα ſcribit:

Κάνναι, Διομήδους πεδίον ἐστὶ, περὶ τὴν Ἀπουλίαν τῶν Δαυνίων.
Τοῦτον ἀντεπολέμησε Ῥωμαίοις ἐν ταῖς Κάνναις,
Ῥωμαίων ὄντων στρατηγῶν Παύλου καὶ Τερεντίου.

Cannæ Diomedis campus ſunt in Daunia.
Hinc ad Cannas pugnavit cum Romuleis,
Hos cum ducebant Paulus, & Terentius.

DIO APUD EUNDEM Chiliadum lib. 1. cap. 27.

Αἱ Κάνναι πεδιάδες δὲ εἰσι τῆς Ἀργυρίππης
Οὗ Διομήδης ἔκτισε τὴν πόλιν Ἀργυρίππην,
Τοῦτ' ἔστιν Ἄργος ἵππειον τῇ γλώσσῃ τῶν Ἑλλήνων.
Αἱ πεδιάδες αὗται δὲ τυγχάνουσι Δαυνίων,
Τῶν Ἰαπύγων ὕστερον, εἶτα Σαλεντίνων,
Τὰ νῦν δὲ πάντη Καλαβρῶν τῶν κλήσει λεγομένων.
Ὡς γράφει καὶ Δίων, dixit ſuperius.

Cannæ ſunt autem ad Argyrippæ jugera,
Ubi Diomedes urbem iſtam condidit.
(Hoc eſt Argos equinum lingua Hellenica)
Hæc autem arva ſita ſunt in Dauniis;
Qui Salentini dehinc, primum Japyges;
(Cunctis verò dicuntur modo Calabri.)
Ut ſcribit etiam Dio.

(a) U.C. 536.

excurſione, ſponte receſſit; ut ſimulato timore, facilius eos in prælium attraheret. Cumque Paulus ſuos milites, ab hoſte perſequendo revocaſſet; ipſe rurſus timore ſimulato, vaſiſque noctu collectis; tanquam abiturus, multa in vallo reliquit, cæteraque negligentius portari juſſit, ut Romanos rapinæ intentos aggrederetur: ac re ipſa hoc conſilium evenisset, niſi Paulus & milites & Terentium, vel invitos cohibuiſſet. Hannibal igitur, hoc etiam fruſtratus excogitato, noctu venit ad Cannas; cognitoque loci ſitu, & ad parandas inſidias, & ad prælium committendum idoneo, ibi caſtra poſuit; ac omnem agrum illum, qui erat ſubarenoſus, aratro proſcidit, ut pulvis in pugna attolleretur: id machinatus, ut ventum, qui ibi ſub meridiem flare ſolet, a tergo haberet. Conſules verò, cum mane viris vacua vidiſsent caſtra, primum ſe, inſidias veriti, repreſſerunt; tum poſtridie ad Cannas profecti ſunt, & juxta flumen uterque, ſed ſeorſim caſtra metatus eſt: ob morum enim diverſitatem, alter alterius conſuetudinem declinabat.

Et Paulus quidem quieſcebat, at verò Terentius confligere volebat, verum languidiores milites conſpicatus, ſuum retudit impetum. Aſt Hannibal, qui eos vel invitos, ad pugnam elicere ſtudebat; & ab aquatione ipſos prohibebat; & palari non ſinebat; & cadavera defunctorum, e parte ſuperiori in profluentem, ante eorum vallum projiciebat, ut a potu eos abſterreret. Ob hæc igitur Romani concitati, ad prælium ſunt adducti: ac tunc, qui hæc præviderat Hannibal; inſidias ſub tumulis collocavit; & reliquo exercitu ordinato, nonnullos falſos transfugas ſubornavit; eoſque, ubi ſigna daret, clypeis, haſtis, & gravioribus enſibus abjectis, ſolos clam retinere juſſit pugiones; ut ab adverſariis inermes crediti, eos inopinato aggrederentur. Romani, cum Hannibalis exercitum, mane ſtare in procinctu cernerent; arreptis armis, & ipſi ad pugnam inſtructi ſunt. Claſſicis igitur utrinque canentibus, collatiſque ſignis, varie, & uſque ad meridiem, ancipiti marte pugnatum eſt. Ut autem ventus exortus eſt, & fictitii transfugæ, pro inermibus habiti, poſt Romanos conſtiterunt, ne ipſi ſcilicet a Pœnis opprimerentur; tunc etiam, qui in inſidiis erant poſiti, utrinque conſurrexerunt, & Hannibal e fronte cum ſuis equitibus conflixit. Ita hoſtes, Romanos undique turbabant; & ventus & pulvis, qui violenter in eorum ocu-

πως δεδιέναι νομισθεὶς, ἐπισπάσαιτο μᾶλλον αὐτοὺς ἐς παράταξιν. Τοῦ δὲ Παύλου τοῖς οἰκείοις στρατιώταις ἐπισχόντος τὴν δίωξιν, ὁ Ἀννίβας προσεποιήσατο φοβεῖσθαι· καὶ τῆς νυκτὸς ἀνασκευασάμενος ὡς ἀπιὼν, σκεύη τε συχνὰ κατέλιπεν ἐν τῷ χαρακώματι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀμελέστερον κομίζεσθαι ἐνετείλατο, ἵνα τῶν Ῥωμαίων, ἐφ' ἁρπαγὴν αὐτῶν τραπομένων, ἐπίθηται σφίσι· καὶ ἐς ἔργον ἂν τὸ βούλευμα ἤγαγεν, εἰ μὴ ὁ Παῦλος καὶ ἄκοντας κατεσχήκει τοὺς στρατιώτας, καὶ τὸν Τερέντιον. Ὁ οὖν Ἀννίβας καὶ τοῦτο διαμαρτὼν νυκτὸς πρὸς τὰς Κάννας ἀφίκετο· καὶ γνοὺς τὸ χωρίον, καὶ πρὸς ἐνέδρας, καὶ πρὸς παράταξιν ἐπιτήδειον, ἐστρατοπεδεύσατο, καὶ προήροσε πάντα τὸν τόπον ὑπόψαμμον ὄντα, ἵνα κονιορτὸς ἐν τῇ μάχῃ ἀρθῇ· τὸν γὰρ ἄνεμον, ὃς ἐν θέρει ἐκεῖ περὶ τὴν μεσημβρίαν εἴωθει γίνεσθαι, κατὰ νώτου ἔχειν ἐμηχανήσατο. Οἱ δ' ὕπατοι ἕωθεν κενὸν ἀνδρῶν ἰδόντες αὐτοῦ τὸ χαράκωμα, πρῶτον μὲν ἐπέσχον, ἐνεδρεύεσθαι δόξαντες· εἶτα μεθ' ἡμέρας πρὸς τὰς Κάννας ἀφίκοντο, καὶ παρὰ τῷ ποταμῷ ἑκάτερος ἰδίᾳ ηὐλίσατο· οὐκ ὄντες γὰρ ὁμονοήτεις, τὴν πρὸς ἀλλήλους συνουσίαν ἐξέκλινον.

3. Καὶ ὁ μὲν Παῦλος ἡσύχαζεν, ὁ δέ γε Τερέντιος ἤθελε συμβαλεῖν· ἀμβλυτέρους δὲ τοὺς στρατιώτας ὁρῶν, ἀνεκόπτετο· ὁ δὲ Ἀννίβας καὶ ἄκοντας αὐτοὺς ἐς μάχην παρακαλῶν, τῆς τε ὑδρείας εἶργε, καὶ ἀποσκεδάννυσθαι σφᾶς ἐκώλυε· καὶ τὰ σώματα τῶν φονευομένων ἄνω πρὸ τῶν ταφρευμάτων ἐνέβαλλεν, ὅπως σφίσι τὸν ποτὸν δυσχεραίνηται· κἀντεῦθεν καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς παράταξιν ὥρμησαν. Τοῦτο δὲ προγνοὺς ὁ Ἀννίβας, λόχους μὲν ὑπὸ τοὺς ὄχθους ἐκάθισε, τὴν δὲ λοιπὴν στρατιὰν συνέταξε, καὶ τινας ψευδαυτομολῆσαι ὅταν σημήνῃ, ἐκέλευσε τὰς μὲν ἀσπίδας, καὶ τὰ δόρατα, καὶ τὰ μείζω τῶν ξιφῶν ἀπορρίψαντας, τὰ δ' ἐγχειρίδια φέροντας κρύφα, ἵνα δοξαμένων αὐτοὺς τῶν ἀντικαθεστηκότων, ἀόπλους, ἐπίθωνται αὐτοῖς ἀπροσδοκήτως. Οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι ἰδόντες πρωΐθεν τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν παρατεταγμένους, ὡπλίζοντό τε καὶ παρετάσσοντο· καὶ οἱ σαλπιγκταὶ ἀμφοτέρους ἐξώτρυναν, καὶ τὰ σημεῖα ἦρον, καὶ συμπεσόντες πολυτρόπως ἠγωνίσαντο, καὶ μέχρι μὲν μεσημβρίας οὐδετέρους τὸ κράτος ἀπονένεμητο· Ἐπεὶ δὲ τὸ πνεῦμα ἐπῆλθε, καὶ οἱ ψευδαυτόμολοι διχασθέντες, ὡς ὅπλων γυμνοὶ, ὄπισθεν τῶν Ῥωμαίων ἐγένοντο, ἵνα μὴ σφίσιν ἐπιτιθῶσι δῆθεν οἱ Καρχηδόνιοι, τότε καὶ οἱ λόχοι ἑκατέρωθεν ἐπανέστησαν, καὶ ὁ Ἀννίβας κατὰ πρόσωπον σὺν τοῖς ἱππεῦσι προσέμιξε, καὶ οἵ τε πολέμιοι τοὺς Ῥωμαίους πανταχόθεν ἐθορύβουν, καὶ ὁ ἄνεμος, ὅτι κονιορτὸς ἐς τὰς ὄψεις

Ubi verò Marcellus diſgreſſus eſt, equeſtres copias miſit in eam Hannibal, aliaſque miſere Carthaginenſes: quibus victores quibuſdam præliis, civitates etiam ſubegerunt; & ni Cornelius Dolabella Prætor ſuperveniſſet, tota Sicilia potiti eſſent. Eodem autem tempore, a Romanis Capua capta eſt: quamquam Hannibal, ut illos ab ejus urbis obſidione revocaret, per Latium Romam tenderet, & ad Tiberim uſque progreſſus eſſet, & ſuburbanum Romæ vaſtaret agrum. Romani autem quamvis territi, alterum tamen Conſulum manere Capuæ, alterum in defenſionem urbis accurrere juſſerunt. Proinde Claudius manſit Capuæ (vulnus enim acceperat) Flaccus verò Romam properavit. Cæterum Hannibale excurſiones continuas in oculis civium faciente, & multa crudelia perpetrante, ipſam urbem tueri, ſatis aliquo tempore habuerunt. Sed cum Hannibal eodem tempore, eſſet in mœnia, & in caſtra facturus impetum, ipſi quoque jacta, ut ajunt, alea, excurrerunt. Et jam eminus dimicabant, quum ſerenitas in tempeſtatem ingentem, cum turbine maximo, tonitribus, grandine, & fulguribus eſt converſa; ita ut ambo exercitus, veluti ex compoſito, cupide eo refugerent, unde venerant. Vix autem arma poſuerant, cum ſerenitas eſt reverſa. Hannibal verò, quamvis illa, ipſius conflictus tempore, ratus eſſet, non ſine nutu Numinis accidiſſe, ab obſidione tamen non deſtitit: ſed cum denuo confligere inſtituiſſet; ubi tunc etiam hæc eadem acciderunt, pertimuit. Eo etiam obſtupefactus, quod Romani in tanto diſcrimine conſtituti; neque Capuam relinquerent: quin Prætorem cum militibus mittere in Hiſpaniam cogitarent: ac præterea, quod egentes pecunia; inter alia, etiam illud ſolum publici agri, in quo ipſe habebat caſtra, vendidiſſent. His ergo cognitis, deſperata urbis expugnatione, receſſit; ſubinde excla-

clamans, o Cannæ, Cannæ, ac ne Capuæ quidem, opem amplius ferre voluit. Capuani verò etſi ad ſummas redacti anguſtias, attamen deſperata a Romanis venia, reſiſtebant, & auxilium ab Hannibale per literas implorabant. Verum cum tabellarii a Flacco comprehenſi (Claudius enim ex vulnere jam deceſſerat) manibus ſunt truncati; hoc Capuani viſo perculſi, de ſumma rerum deliberabant: cum multis ultro citroque dictis; Juvius quidam Virius, e primoribus inter eos, & qui defectionis præcipuus autor fuerat; Unum, inquit, nobis eſt confugium & libertas, mors. Vos me domum ſequimini: venenum enim habeo præparatum. Abductis igitur ſecum illis, quibus placuit hæc ſententia, una cum illis ultro periit: cæteri portas Romanis aperuerunt.

Flaccus autem omnia eorum arma, & pecuniam omnem ademit, & primorum urbis alios occidit, alios Romam miſit; ſoli verò turbæ ex plebejis reliquæ, iis conditionibus pepercit, ut Prætori Romano parerent; utque nullum Senatum, nullum Concilium haberent. Poſtea verò, quod Flaccum ſunt auſi accuſare, ipſis multæ aliæ ſunt impoſitæ. Campani pariter eundem accuſare inſtituerunt, ut & Exconſulem Marcellum Syracuſani. Ipſe autem ſe defendit, nec ante illam defenſionem, quidquam voluit gerere, pro imperii autoritate. Verum Syracuſani, dicendi poteſtate eis data, artificioſe ſuam egerunt cauſam; omiſſaque Marcelli accuſatione, ad preces converſi, ſe non ultro defeciſſe aſſerentes, veniam petiverunt: hiſque dictis, in terram prolapſi, lamenta & ejulationes eruperunt. Suffragiis ergo latis, Marcellus crimine eſt abſolutus, decretumque, Syracuſanos clementius tractandos eſſe; non propter eorum facta, ſed propter verba, quæ

ὅμως ἀπογνόντες ὡς οὐ τευξόμενοι συγγνώμης παρὰ Ῥωμαίων ἀντεῖχον, καὶ τῷ Ἀννίβᾳ ἐπέστειλαν, βοηθῆσαι αὐτοῖς ἀξιοῦντες· συλληφθέντες δὲ οἱ τῶν ἐπιστολῶν κομισταὶ παρὰ τοῦ Φλάκκου (ὁ γὰρ Κλαύδιος ἔφθη τεθνηκὼς ἐκ τοῦ τραύματος) τὰς χεῖρας ἀπετμήθησαν. Οὓς ἰδόντες οἱ Καμπανοὶ δεινῶς κατεπλάγησαν, καὶ ὅ τι πράξουσιν ἐβουλεύοντο· λεχθέντων δὲ πολλῶν, Ἰούβιός τις Οὐίριος ἐν τοῖς πρώτοις αὐτῶν ὤν, καὶ τῆς ἀποστάσεως αἰτιώτατος, Μία ἡμῖν ἐστὶν, ἔφη, καταφυγὴ, καὶ ἐλευθερία, ὁ θάνατος· καί μοι ἀκολουθήσατε οἴκαδε· ἔχω γάρ τι φάρμακον παρεσκευασμένον· καὶ ὁ μὲν παραλαβὼν τοὺς αὐτῷ πεισθέντας, ἑκουσίως ἀπέθανε σὺν αὐτοῖς, οἱ λοιποὶ τὰς πύλας τοῖς Ῥωμαίοις ἀνέῳξαν.

12. Ὁ δὲ Φλάκκος τά τε ὅπλα αὐτῶν, καὶ τὰ χρήματα πάντα ἀφείλετο· καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν κορυφαίων, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψε· μόνων δ' ἀπέσχετο τῶν ἐκ τοῦ ὁμίλου περιλειφθέντων, ἐπὶ τῷ καὶ ἄρχοντα αὐτοὺς Ῥωμαίων λαμβάνειν, καὶ μήτε βουλὴν ἔχειν, μήτε σύνοδον ποιεῖσθαι· ὕστερον δὲ καὶ ἄλλα τινὰ προσεδώφλον, κατηγορῆσαι τοῦ Φλάκκου τολμήσαντες. Ἐπεχείρησαν δὲ καὶ οἱ Καμπανοὶ τοῦ Φλάκκου κατηγορῆσαι, καὶ τοῦ Μαρκέλλου (a) οἱ Συρακούσιοι ὑπατεύοντος ἤδη, καὶ ἀπελογήσατο· οὐ γὰρ ἠθέλησε πρᾶξαί τι τῶν τῇ ἀρχῇ προσηκόντων πρὶν ἀπολογήσασθαι· οἱ Συρακούσιοι δὲ καταστάντες ἐς λόγους, οἰκονομικώτερον τῇ διαλέξει ἐχρήσαντο, οὐκ ἐς κατηγορίαν τοῦ Μαρκέλλου, ἀλλ' ἐς ἱκετείαν τραπέντες, καὶ ἀπολογίαν τοῦ μὴ ἑκόντες ἀποστῆναι Ῥωμαίων, συγγνώμης τυχεῖν ἀξιοῦντες. Καὶ ταῦτα λέγοντες, ἐς τὴν γῆν πεσόντες ὠλοφύροντο· καὶ διαγνώμης γενομένης, ἔδοξε, τὸν Μάρκελλον μὲν μηδὲν ἀδικεῖν, τοὺς

Suidas in Lexico, verbo ἐδικαιώθησαν allegato Dione, horum aliqua ita habet: Δίων ἐν Ῥωμαϊκοῖς ιε'., *Dio in Romana hiſtoria, libro XV.* Eadem habet verbo Φλάκκος, ad ἐπεχείρησαν, ad κατηγορῆσαι, neque Dione, neque libro allegato.

DIO APUD SUIDAM.

Nam & per antiquam admodum dignitatem, & veterem amicitiam, quæ ipſis cum Romanis intercedebat, eorum condemnationem æquo animo non tulerunt. Sed & Campani Flaccum, & Syracuſani Marcellum accuſare aggreſſi ſunt: ſed in Senatu condemnati fuerunt.

Ἔκ τε γὰρ τῆς ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου ἀξιώσεως, καὶ ἐκ τῆς παλαιᾶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους φιλίας, οὐκ ἤνεγκαν δικαιωθέντες· ἀλλ' [ἐνεχείρησαν, καὶ οἱ Καμπανοὶ τοῦ Φλάκκου, καὶ οἱ Συρακούσιοι τοῦ Μαρκέλλου κατηγορῆσαι]. ἐδικαιώθησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ.

Cuſterus ad hunc locum Suidæ ad δικαιωθέντες, *putat ſcribendum potius eſſe* δικαιωθέντας; & recte quidem.

NOTAE,

T. *Jubellium*, Ἰουβίλλιον, Livius ipſum appellat: noſter Ἰούβιον.

(a) U. C. 541.

Cuſterus ad hunc locum Suidæ &c.

τοὺς μὲν τοι Συρακουσίους φιλανθρωπίας τινὸς ἀξίους εἶναι, οὐκ ἐξ ὧν ἐποίησαν, ἀλλ' ἐξ ὧν εἶπόν τι καὶ ἱκέτευσαν. Τοῦ δὲ Μαρκέλλου παραιτησαμένου τὸ ἀπελθεῖν ἐς Σικελίαν, τὸν Λαουΐνιον (a) ἔπεμψαν· καὶ οἱ μὲν Συρακούσιοι οὕτω συγγνώμης ἔτυχον· οἱ δὲ Καμπανοὶ ὑπ' ἀπαιδευσίας θρασύτερον τῇ κατηγορίᾳ χρησάμενοι, καὶ ἐπετιμήθησαν, μηδὲ παρόντος τοῦ Φλάκκου, ἀλλά τινος τῶν ὑπεστρατηγηκότων αὐτῷ ἀπολογησαμένου. Ἁλούσης δὲ τῆς Καπύης, καὶ τἆλλα τὰ πέριξ πολίσματα τοῖς Ῥωμαίοις προσκεχωρήκασι, πλὴν Ἀτελλανῶν. οὗτοι γὰρ ἐκλιπόντες τὴν πόλιν αὐτῶν, πανδημεὶ πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἐχώρησαν· καὶ ἡ ἄλλη δὲ Ἰταλία ἡ τὰ τῶν Καρχηδονίων φρονοῦσα, ἠλλοιοῦτο· καὶ περιϊόντες οἱ ὕπατοι προσεποιοῦντο αὐτήν. Ταραντῖνοι δὲ, φανερῶς μὲν οὐδέπω τὰ τῶν Ῥωμαίων ἠροῦντο, λάθρα δὲ τοῖς Καρχηδονίοις ἤχθοντο. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ διεκηρυκεύσαντο τῷ Ἀννίβᾳ ἀντίδοσιν τῶν αἰχμαλώτων ποιήσασθαι, οὐ κατηλλάξαντο δὲ αὐτοὺς, ἐπεὶ οὐκ ἐδέξαντο τὸν Καρθήλωνα τοῦ τείχους ἐντὸς, ὡς πολέμιον· οὐδ' ἐς λόγους γὰρ αὐτοῖς ἠθέλησεν, εὐθὺς δὲ ὠργισμένος ἀνέστρεψε. Τότε μέν τοι καὶ Λαουΐνιος τοὺς Αἰτωλοὺς συμμαχοῦντας Φιλίππῳ προσεταιρίσατο, καὶ τὸν Φίλιππον μέχρι Κερκύρας προχωρήσαντα αὖθις ἐξεφόβησεν, ὥστε καὶ ἐς τὴν Μακεδονίαν τάχει ἐπανελθεῖν.

Κυ

quæ dixerant, & ſupplices exorarant. Marcello autem redire in Siciliam recuſante, Lævinum eo miſerunt. Et Syracuſani quidem hoc pacto veniam impetrarunt; Campani verò inſolentius in Conſulem invecti; etiam objurgati & gravius multati ſunt, abſente Flacco, & quodam ex ejus legatis, pro eo dicente cauſam. Capta Capua, alia quoque finitima oppida, præter Atellanos, acceſſerunt Romanis ſignis. Atellani enim urbe deſerta ſua, cum uxoribus & liberis Hannibalem adierunt. Tum etiam reliquæ Italiæ partes, euſque Carthaginenſium ſtudioſæ, ſicut ab iis alienabantur, ita a Conſulibus circumeuntibus, paſſim recipiebantur. At verò Tarentini, & nondum cum Romanis faciebant, & clam Carthaginenſibus ſuccenſebant. Romani autem petitam per legatos ab Hannibale captivorum permutationem, non impetrarunt, ob Carthalonem, ut hoſtem intra mœnia non receptum; quem ad ipſos præmiſerat ob hanc cauſam. Quin colloquio etiam recuſato, iratus ſtatim inde receſſit. Eodem tempore, Lævinus Ætolos Philippi ſocios ſibi conciliavit, & Philippum uſque ad Corcyram progreſſum, ita terruit, ut trepidus in Macedoniam ſe receperit.

Q.

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR. ECLOGE XIII. hæc eadem ita habet.

Οἱ Ῥωμαῖοι [διεκηρυκεύσαντο τῷ Ἀννίβᾳ ἀντίδοσιν τῶν αἰχμαλώτων] ἀξιοῦντες γενέσθαι. [οὐ κατηλλάξαντο δὲ αὐτοὺς] καίπερ καὶ ἐκείνου Καρθάλωνα ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἀντιπέμψαντος· [ἐπειδὴ] γὰρ [οὐκ ἐδέξαντο] αὐτὸν εἴσω [τοῦ τείχους ὡς πολέμιον, οὐδ' ἐς λόγους αὐτοῖς ἐλθεῖν ἠθέλησεν, ἀλλ' εὐθὺς] δι' ὀργῆς [ἀνέστρεψεν.]

Romani per internuntios apud Hannibalem egere petentes, ut captivi utrinque redderentur. Non tamen hæc permutatio facta fuit, quamvis & ipſe Carthalonem ad eos hoc nomine viciſſim miſiſſet. Quippe quod; tamquam hoſtis, intra mœnia non exceptus fuiſſet; nec ipſe venire voluit, ſed iratus illico reverʼtit.

(a) U.C. 542.

Q. CASSII DIONIS
COCCEJANI

ROMANÆ HISTORIÆ

LIBER DECIMUSSEXTUS

HÆC AUTEM INSUNT IN LIBRO XVI.

DIONIS ROMANÆ HISTORIÆ.

1. Ut P. Cornelius Scipio in Hiſpaniam, C. Claudii Neronis ſucceſſor mittitur.
2. Ut res Romana in melius mutari cæpit.
3. Ut urbs Salapia deficit ad Romanos.
4. Tarenti recuperatio.
5. Ut Scipio in Hiſpania novam Carthaginem, non ſine labore cæpit.
6. Ut Hannibalis frater Hasdrubal, relicta Hiſpania, in Italiam contendit.
7. Marcelli & Criſpini Conſulum cædes in Locris.
8. P. Sulpicii res Achaicæ.
9. Ut Claudius Nero Hasdrubalem ejuſque exercitum cædit.
10. Iltergitanorum, eorumque urbis excidium, & incendium.
11. Ut etiam Magon Hiſpania excedens, bellum in Italiam transfert,

TEMPORIS SPATIUM ANNI III.

In quibus, hi qui recenſentur, fuerunt Conſules.

U.C.		
543.	Q. Fabius Maximus, 5.	& Q. Fulvius Flaccus, 3.
544.	M Claudius Marcellus, 5.	& T. Quintius Criſpinus.
545.	C. Claudius Nero,	& M. Livius Salinator, 2.

ROmani autem C. Claudium Neronem, cum militibus in Hiſpaniam miſerunt; qui claſſe uſque ad Iberum vectus, ibique cæteris etiam Legionibus inventis; Hasdrubalem, priuſquam eum adeſse noſset, circumvenire & oppri mere dum conatur, oppidò eſt deceptus. Cernens enim Hasdrubal ſe irreritum, caduceatoribus ad Neronem miſſis, ſe ea conditione dimieti petiit, ut liber excederet tota Hiſpania. Quam conditionem, cum ille cupide accepiſſet, ipſe pactiones procraſtinando, alios e ſuis noctu in montes alios dimiſit: & ubi evaſerunt, (quod Romani ſpe pacis excubias non habebant) tunc poſſidie Hasdrubal ad Neronem, in colloquium ultrò venit: ſed diem totum con-

Κυΐ. ΚΑΣΣΙΟΥ ΔΙΩΝΟΣ
ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΙΣΤ.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩΙ ΒΙΒΛΙΩΙ ΙΣΤ.

ΤΗΣ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α΄. Ὡς Π. Κορνήλιος Σκιπίων ἐς τὴν Ἰβηρίαν πέμπεται διάδοχος Γ. Κλαυδίου Νέρωνος.
β΄. Ὡς τοῖς Ῥωμαίοις τὰ πράγματα ἐς τὸ βέλτιον ἐχώρησεν.
γ΄. Ὡς Σαλαπία πόλις Ῥωμαίοις παρεδόθη.
δ΄. Ἡ τοῦ Τάραντος ἅλωσις.
ε΄. Ὡς Σκιπίων νέαν Καρχηδόνα ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ σὺν πόνῳ ἔλαβεν.
ϛ΄. Ὡς ὁ Ἀσδρούβας ὁ τοῦ Ἀννίβου ἀδελφὸς ἀπολιπὼν τὴν Ἰβηρίαν, ἀπῆρε πρὸς τὴν Ἰταλίαν.
ζ΄. Ὁ τῶν ὑπάτων Μαρκέλλου τε καὶ Κρισπίνου ὄλεθρος ἐν τοῖς Λοκροῖς.
η΄. Τὰ Π. Σουλπικίου πράγματα ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ.
θ΄. Ὡς Κλαύδιος Νέρων τὸν Ἀσδρούβαν καὶ τὸν αὐτοῦ στρατὸν ἔφθειρεν.
ι΄. Τῶν Ἰλιτεργιτῶν, καὶ τῆς αὐτῶν πόλεως ἀποκτονία καὶ κατάπρησις.
ια΄. Ὡς καὶ ὁ Μάγων τῆς Ἰβηρίας ἐκστὰς πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἀπῆρεν.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ ΕΤΗ Γ

ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο

Κυΐν. Φάβιος Μάξιμος τὸ ε,	καὶ Κοΐν. Φούλουιος Φλάκκ. τὸ γ΄.
Μ. Κλαύδιος Μάρκελλος τὸ ε,	καὶ Τ. Κοίντιος Κρισπῖνος.
Γ. Κλαύδιος Νέρων,	καὶ Μ. Λίουιος Σαλινάτωρ, τὸ β΄.

1. Οἱ δ᾽ ἐν τῇ Ῥώμῃ Γάϊον Κλαύδιον Νέρωνα ἐς τὴν Ἰβηρίαν μετὰ τῶν στρατιωτῶν ἔπεμψαν, καὶ ὃς παρεκομίσθη τῷ ναυτικῷ μέχρι τοῦ Ἴβηρος· ἐνταῦθα καὶ τὰ λοιπὰ στρατεύματα εὑρηκὼς, ἐπῆλθε τῷ Ἀσδρούβᾳ, πρὶν γνωσθῆναι ὅτι παρέστι. Καὶ περιστοιχισάμενος αὐτὸν, ἠπατήθη. Ἰδὼν γὰρ ὁ Ἀσδρούβας ὡς ἀπειλήπτοι, προσεκηρυκεύσατο πρὸς τὸν Νέρωνα, ὥστε τὴν Ἰβηρίαν πᾶσαν ἀφεθεὶς ἐκλιπεῖν. ὡς δ᾽ ἐκεῖνος τοὺς λόγους ἀσμένως ἐδέξατο, ἀναβαλλόμενος ἵνα τὰς συνθήκας τῇ ὑστεραίᾳ ποιήσηται, ὑπεξέπεμψε τῆς νυκτὸς ἄλλους ἄλλῃ τῶν ὀρῶν. Διεξελθόντων δ᾽ ἐκείνων, ἅτε μὴ φυλακῆς οὔσης παρὰ Ῥωμαίων, διὰ τὰς τῶν σπονδῶν ἐλπίδας, ἦλθε μὲν τῇ

τῇ ἐπιούσῃ ἐς λόγους τῷ Νέρωνι, κατέτριψε δὲ πάσαν αὐτὴν, πρὶν τι ἐπικυρωθῆναι· καὶ αὖθις ἄλλους τῆς νυκτὸς ὁμοίως πεποίηκεν, ἀμφισβητῶν τινα ἐν τῇ συμβάσει· προελθόντων δὲ τῶν πεζῶν ἁπάντων, τέλος καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς ἱππεῦσι, καὶ τοῖς ἐλέφασιν ὑπεξεχώρησε· καὶ διασωθεὶς, φοβερὸς αὖθις τῷ Νέρωνι ἐγένετο. Μαθόντες δὲ ταῦτα οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ, τοῦ Νέρωνος μὲν κατέγνων, ἄλλῳ δέ τινι τὴν ἡγεμονίαν ἐψηφίσαντο ἐγχειρίσαι· Ἀπορούντων οὖν τινα ἂν ἀποστείλωσι (οὐ γὰρ τοῦ τυχόντος ἀνδρὸς ἐδεῖτο τὰ πράγματα) καὶ πολλοὶ τοῦτο διὰ τὸ τῶν Σκιπιώνων πάθος ἐξίσταντο, ὁ Σκιπίων ἐκεῖνος ὁ Πούπλιος, ὁ τὸν πατέρα τρω-

consumpsit, priusquam quidquam confirmaretur: itidemque noctu dimisit alios, & sic etiam per alios quosdam dies fecit, semper aliquid in pactorum conditionibus cavillando. Ubi verò pedites omnes sic evaserunt; tandem ipse cum equitatu, & elephantis sese subduxit, ac incolumis & servatus, iterum Neroni formidabilis factus est. Romani autem, quum hæc noverunt, Neronem equidem improbarunt, cuipiam verò alii Provinciam illam dari decreverunt. Cum autem anxie consulerent, quis ejus loco mittendus esset (neque enim res quemlibet postulabat) & multi, Scipionum clade deterrerentur; P. Scipio, is qui vulnera-

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR. apud Valesium pag. 601. 602. ὅτι.

[Ὁ Σκιπίων ὁ τὸν πατέρα τρωθέντα σώσας] ὁ στρατηγὸς [ἦν] καὶ φύσεως [ἀρετῇ κράτιστος, καὶ παιδείας λογιμώτατος·] τό τε φρόνημα, καὶ τὸ τῆς γνώμης καὶ τὸ τοῦ λόγου, ὁπότε γε καὶ τούτου ἔδει, μέγιστον εἶχε· καὶ αὐτὸ, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ὄντως ἐβεβαίου· ὥστε καὶ μεγαλόφρων, καὶ μεγαλοπράγμων, οὐκ ἐκ κενοῦ αὐχήματος, ἀλλ' ἐξ ἐχεγγύου διανοίας δοκεῖν εἶναι. * Διά τε οὖν ταῦτα, καὶ ὅτι τὸ θεῖον ἀκριβῶς ἤγαλλεν, * ἐχειροτονήθη. οὐδὲν γάρ οὔτ' οὖν δημόσιον, οὔτ' ἰδιωτικὸν, πρὶν ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀναβῆναι, καὶ χρόνον τινὰ ἐνδιατρῖψαι, ἐνεχείριζε· καὶ διὰ τοῦτο φήμην ἔλαβεν ἐκ τοῦ Διὸς, ἐν δράκοντι ἐς τὴν πρὸς μητέρα αὐτοῦ συνουσίαν μεταβαλόντος, γεγενῆσθαι· καὶ πίστιν καὶ ἐκ τούτου πολλοῖς ἐλπίδας ἐς αὐτὸν ἐνεποίει.

Scipio, is qui patrem vulneratum in acie servavit, & naturæ indole, & institutione præstantissimus fuit; neque animo solum, sed etiam sermone, ubi opus esset, ingens ac magnificus, quod & factis ipsis obfirmabat, adeo ut magnanimus simul atque magnificus, non nuda vanaque ostentatione, sed solida mentis constantia esse videretur. His de causis, & quod singulari religione Deos coleret, pro Prætore in Hispaniam missus est. Nullum enim ille negotium nec publicum, nec privatum aggredi unquam solebat, priusquam conscenso Capitolio aliquandiu ibi persedisset: unde & fama erat illum Jovis in Draconis versi satu editum esse, eaque opinione, ut plurimi magnam in se spem collocarent, effecit.

Omisit hæc Zonaras, quæ Dio apud Valesium, ita sequitur, ὅτι.

DIO APUD EUNDEM, ibid.

Ὁ Σκιπίων, καὶ μὴ ἐννόμου ἡγεμονίας τυχὼν ἐξ ὧν ἐχειροτονήθη, τὸ στρατιωτικὸν προσφιλὲς ἐποιήσατο· καὶ ἀσκήσει ἐξηρημένους ἐκ τῆς ἀναρχίας, καὶ ἀνεκτήσατο κατεπτηχότας ἐκ τῶν συμφορῶν· τόν τε Μάρκιον οὐχ οἷα που φιλοῦσι οἱ πολλοὶ, ἀνεπιτήδειον εἰργάσατο, ὅτι εὐδοκιμηκὼς ἦν· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις ἀεὶ ἐτίμα· καὶ γὰρ ἦν οἷος οὐκ ἐκ τῆς τοῦ πέλας διαβολῆς, καὶ καθαιρέσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας ἀρετῆς αὔξεσθαι θέλων· καὶ διὰ τοῦτό γε οὐχ ἥκιστα τοὺς στρατιώτας ᾠκειώσατο.

P. Scipio, tametsi haud legitimum imperium populi suffragiis accepisset, brevi tamen militum sibi benevolentiam conciliavit; & ex inertia imperatorum in desidiam lapsos strenue exercuit, ac postremò ob pristinas calamitates penitus animis fractos ac debilitatos recreavit. Cæterum L. Marcium, non, ut plerique solent, a se alienavit, eo quod magna ob res gestas gloria in exercitu esset; sed re ac verbis maximum semper ei viro honorem habuit. Neque enim is erat Scipio, qui ex aliena calumnia ac depressione, sed qui ex propria virtute laudem atque incrementum captaret: atque vel ob eam maxime causam, militum sibi favorem ac benevolentiam comparavit.

N O T AE.

*Verba hæc, quæ inter asteriscos habentur, retulit etiam Suidas, verbo ἤγαλλεν; istiusmodi: Ἤγαλλεν, ἐθεράπευεν· Δίων ἐν ιϛ' λόγῳ Ῥωμαϊκῶν· Διά τε &c. Ἤγαλλεν, *colebat*: *Dio libro XVI. Romanæ Historiæ: His de caussis &c.*

Μὴ ἐννόμου ἡγεμονίας.] Imperium illud illegitimum vocat Dio, quod privato delatum esset. Poteramus etiam interpretari *extraordinarium*. Sic enim Latini vocant. Cicero in Philippica XI. *Nam extraordinarium semper imperium, populare atque ventosum est; minime vestræ gravitatis, minime vestri ordinis*. Et paulo post, extraordinarium id esse imperium docet, quod non Magistratui, quod privato deferretur. Cujusmodi imperium fuit, quod tum P. Scipioni in Hispania esse populus jussit; ut sc. Procons. res gereret. Nemo autem mirari debet, si is qui Procons. est, privatus dicitur. Etenim privatus dicitur, qui magistratum non gerit. Procos. autem, ac Proprætor, magistratus non est. Itaque Scipioni huic, de quo agimus, confecta Provincia, denegatum triumphum esse scribit Livius lib. 29., quod sine magistratu res gessisset. Ex his apparet falli Sigonium, lib. 3. *de antiquo jure Provinciarum* cap. 7. ubi magistratum, qui confecta Provincia, in urbem redibat, privatum ingredi dicit; quia scilicet imperium non habebat. Nam, ut dixi, privatus opponitur Magistratui, non Imperatori. Itaque Magistratos qui in urbem redibat, licet imperium deponeret, privatus tamen dici non poterat. *Valesius* pag. 602.

Ego autem hæc male adstrui censeo. Procons. enim militaris, & in Provincia militari, magistratus non erat. Procons. verò civilis, & politicus, erat magistratus. En ex Livio, Sicilia, & Brutii erant Provinciæ militares antiquitus, & Prætoriæ; non autem Provinciæ Civiles, & Politicæ. Provinciæ militaris Procons. post eam remanebat privatus: secus verò Procos. Politicus: erat enim is Magistratus.

Digitized by Google

neratum ſervavit patrem, ad illam expeditionem ultrò ſe obtulit: juvenis virtute præſtantiſſimus, & optime inſtitutus: & protinus eſt electus. Verum, quòd non multo poſt, populum pœnituit judicii ſui, tum ob ætatem (annum enim quartum & vigeſimum agebat) tum ob domum ejus, patris, patruique funeſtam obitu: denuo in publicum progreſſus, ita pro concione Patribus Conſcriptis ſatisfecit, ut ei abrogatum non ſit imperium; ſed tantummodo M. Junius, vir ſenex, additus ſit collega. Poſthæc Romana res, non ſine ærumnis & labore, in melius mutari cœpit. Marcellus enim quum ex objecto crimine eſt abſolutus, Hannibalem aggreſſus, pleraque caute adminiſtravit; cum deſperatis hominibus veritus decertare. Verum, ſi quando confligere opus erat, prudentia quæ magnanimitate temperata eſſet, ſuperior evadebat.

Hannibal autem tum ex hac cauſa, tum quod deſertus ab ſociis aliis civitatibus, ab aliis autem tum mox deſerendus erat, tum denique ob quædam alia; ea, quæ tueri nequibat loca, vaſtare inſtituit: cumque multos vexaſſet, a pluribus idcirco deſerebatur. Apud urbem autem Salapiam, accidit tale quidpiam. Duo ibi viri præerant ſummæ rerum, qui inter ſe ſtudio partium diſſidebant. Alinius enim Carthaginenſibus, Romanis verò ſtudebat Plautius, & cum Alinio de tradenda urbe Romanis fuerat collocutus. Cum hæc ille igitur, mox ad Hannibalem detuliſſet, actutum Plautius in judicium adductus eſt. Hannibale autem, cum iis, qui in conſilio aderant, de ejus ſupplicio deliberante; Plautius auſus eſt in conſpectu Pœni, denuo de eadem re agere cum Alinio. Illo verò exclamante; Ecce, ecce, modo etiam de proditione mecum agere non veretur. Quapropter ob rei nimiam abſurditatem, Hannibal Alinio detraxit fidem, Plautiumque ut calumnia impetitum abſolvit. Porrò abſoluto iſto, tunc in idem ambo conſpirarunt, accerſitiſque militibus a Marcello, & præſidio Punico trucidato, Romanis urbem tradiderunt. Et ita quidem Carthaginenſibus res in Italia ſe habebant; & nihilo plus ipſis favebant Siculi, qui ſe ad Lævinum Conſulem conferebant. Carthaginenſibus autem, qui erant in Sicilia Hanno præerat; ſub eoque Mutinas militabat; qui cum Hannibali pridem familiaris, ob magna virtutis opera, invidiam ſubiiſſet, in Siciliam fuerat ablegatus. Ubi igitur ibi præclare Magiſter equitum

τρωθέντα σώσας, ἑαυτὸν ἐθελοντὴς ἐς τὴν στρατείαν ἐπέδωκεν· ἦν δὲ ἀρετῇ κράτιστος καὶ παιδείᾳ λογιμώτατος καὶ παραχρῆμα μὲν ᾑρέθη. Μεταμέλον δέ οὐ πολλῷ ὕστερον, διά τε τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ (τέταρτον γὰρ καὶ εἰκοστὸν ἔτος τῆς ζωῆς ἦγε) καὶ ὅτι καὶ οἰκία αὐτοῦ, διὰ τὸν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ θείου ὄλεθρον ἐπένθει, ἦλθεν αὖθις ἐς τὸ κοινὸν, καὶ ἐδημηγόρησε, καὶ οἷς εἶπε καταιδέσας τοὺς τῆς βουλῆς, τὴν μὲν ἀρχὴν, οὐκ ἀφῃρέθη· Μάρκος δὲ Ἰούνιος, ἀνὴρ γηραιὸς προσεπέμφθη, αὐτῷ. Τοῖς Ῥωμαίοις δὲ μετὰ ταῦτα τὰ πράγματα οὐκ ἀταλαιπώρως ἐχώρησεν ἐς τὸ βέλτιον· ὁ γὰρ Μάρκελλος ἐπειδὴ κατηγορηθεὶς ἀπελύθη, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν, καὶ τὰ μὲν πλεῖστα δι' ἀσφαλείας ἐποιεῖτο, δεδιὼς πρὸς ἀπονενοημένους ἀποκινδυνεῦσαι· εἰ δὲ ποτε ἠναγκάσθη προσμῖξαι, κρείττων ἐκ φρονήσεως εὐτολμίᾳ κεκραμένης ἐγένετο.

2. Ὁ οὖν Ἀννίβας διά τε ταῦτα, καὶ ὅτι αἱ πόλεις αἱ συμμαχοῦσαι αὐτῷ, αἱ μὲν ἐγκαταλελοίπεσαν αὐτὸν, αἱ δὲ διενοοῦντο, καὶ δι' ἔπραττε, κακῶσαι τὰ χωρία, ἃ μὴ κατέχειν οἷος ἦν, ἐπεχείρησε, καὶ πολλοὺς ἐλυμήνατο, καὶ πλείους διὰ τοῦτο ἀφίσταντο. Περὶ δὲ Σαλαπίαν πόλιν τοιοῦτον δέ τι συνέπεσε. Δύο ἄνδρες τὰ πράγματα αὐτῶν εἶχον, διάφοροί τε ἀλλήλοις ἦσαν· καὶ Ἀλίνιος μὲν τὰ τῶν Καρχηδονίων ἐφρόνει, Πλαῦτιος δὲ τὰ τῶν Ῥωμαίων, ὡς καὶ διελέχθη τῷ Ἀλινίῳ περὶ προδοσίας τῆς ἐς Ῥωμαίους· μηνύσαντός τε εὐθὺς ἐκείνου τῷ Ἀννίβᾳ ταῦτα, ἐς δίκην ὑπήχθη ὁ Πλαῦτιος· Βουλευομένου δὲ τοῦ Ἀννίβα μετὰ τῶν συνέδρων, ὅπως αὐτὸν κολάσει, ἐτόλμησεν ἐπ' ὄψει αὐτοῦ Ἀλινίῳ πέλας που ὄντα περὶ προδοσίας αὖθις εἰπεῖν· ἀναβοήσαντος δὲ ἐκείνου, ἴδε, ἴδε, καὶ νῦν μοι περὶ αὐτοῦ τούτου λαλεῖ· οὐκ ἐπίστευσεν ὁ Ἀννίβας διὰ τὸ ἄτοπον, ἀλλὰ καὶ ὡς συκοφαντούμενον αὐτὸν ἀπέλυσεν. Ἀφεθέντος δὲ, ὁμονοήσαντες ἄμφω καὶ στρατιώτας παρὰ τοῦ Μαρκέλλου ἐπαγαγόμενοι, τήν τε φρουρὰν τῶν Καρχηδονίων κατέκοψαν, καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ῥωμαίοις παρέδοσαν. Καὶ οὕτω μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ εἶχον τοῖς Καρχηδονίοις τὰ πράγματα, καὶ οὐδ' ἡ Σικελία ἦν εὐνοοῦσα αὐτοῖς, ἀλλὰ τῷ ὑπάτῳ τῷ Λαουϊνίῳ προσεχώρουν· ἡγεῖτο μὲν γὰρ τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ Καρχηδονίων Ἄννων· συνεστρατεύετο δὲ αὐτῷ καὶ Μουτίνας· ὃς συνὼν τῷ Ἀννίβᾳ πρώην, καὶ φθονηθεὶς, ὅτι μεγάλα ἔργα ἀρετῆς ἐπεδείκνυτο, ἐς Σικελίαν ἐπέμφθη. Ὡς οὖν κἀκεῖ λαμπρῶς ἱππάρχει, φθόνον καὶ πρὸς τοῦ Ἄννωνος ὤφλε,

φλε, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἱππαρχίας ἐπαύθη. Περιαλγὴς γοῦν διὰ ταῦτα γενόμενος, πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἀπέκλινε· καὶ πρῶτον μὲν προδοσίαν Ἀκράγαντος συνέπραξε σφίσι· εἶτα καὶ τἆλλα συγκατειργάσατο, ὥστε πᾶσαν αὖθις τὴν Σικελίαν ὑπ' αὐτοὺς, ἄνευ μεγάλου πόνου γενέσθαι.

3. Ὁ δὲ Φάβιος καὶ ὁ Φλάκκος, (a) ἄλλας τε πόλεις πολλὰς, καὶ τὸν Τάραντα, τοῦ Ἀννίβου κατέχοντος αὐτὸν, ἐχειρώσαντο· κελεύσαντες γάρ τισι τὴν Βρεττίαν κατατρέχειν, ἵν' ὁ Ἀννίβας ἐς ἐπικουρίαν αὐτῆς ἀπάρῃ ἐκ Τάραντος, ἐπεὶ τοῦτο ἐγένετο, Φλάκκος μὲν ἐκεῖνον ἐπετήρει Φάβιος δὲ ἐν τούτῳ νυκτὸς τῷ Τάραντι ταῖς τε ναυσὶν ἅμα καὶ τῷ πεζῷ προσβαλὼν, τῇ τε προσβολῇ, καὶ τῇ προδοσίᾳ εἷλε τὴν πόλιν. Ὁ οὖν Ἀννίβας διὰ τὴν ἀπάτην ἀχθόμενος, ἀντεπιβουλεῦσαι τῷ Φλάκκῳ ἐσπούδασε, καὶ ἐπιστολὴν αὐτῷ ἐκ Μεταποντίου, ὡς παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως, ἔπεμψεν· ἐλπίσας ἀπερισκέπτως αὐτὸν προσιόντα ἐνεδρεύσειν. Καὶ ὃς ὑπετόπησε τὸ πραττόμενον, καὶ παραλαβὼν τὰ γράμματα τοῖς ἐπιστολαῖς, ἃς τοῖς Ταραντίνοις ποτὲ ἐγεγράφει, κατεφώρασεν ἐκ τῆς αὐτῶν ὁμοιότητος τὸ ἐπιβούλευμα. Σκιπίων δὲ τὸν ἄλλον χρόνον, εἰ καὶ τιμωρῆσαι τῷ πατρὶ, καὶ τῷ θείῳ ἐγλίχετο, καὶ τῆς τοῦ πολέμου δόξης ὠρέγετο, ἀλλ' οὐκ ἠπείγετο διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων· ἐπεὶ δ' ᾔσθετο αὐτοὺς χειμάζοντας πόῤῥω ποι, ἐκείνους μὲν εἴα, ἐς δὲ τὴν Καρχηδόνα τὴν ταύτῃ ὥρμησεν· οὐ μέντοι τις τὸ παράπαν τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ ἔγνωκε, πρὶν πρὸς αὐτῇ τῇ Καρχηδόνι γενέσθαι, καὶ ἔλαβε σὺν πόνῳ τὴν πόλιν. Ἁλούσης δὲ τῆς Καρχηδόνος, στάσις μεγίστη μικροῦ τῶν στρατιωτῶν ἐγένετο ἄν· τοῦ γὰρ Σκιπίωνος στέφανον ὑποσχομένου δώσειν τῷ πρώτῳ τοῦ τείχους ἐπιβάντι, δύο ἄνδρες, ὁ μὲν

tum agebat, incidit in Hannonis invidiam, & magiſtratu abire coactus eſt. His injuriis itaque exacerbatus, ſe contulit ad Romanos: ac primò quidem effecit, ut Agrigentum ipſis proderetur; tum in aliis rebus, ita ſuam narravit operam, ut totam rurſus Siciliam, abſque magno labore recuperarent.

At Fabius & Flaccus, cum urbes alias, tum Tarentum, quod tenebat Hannibal, ſubegerunt. Nam cum quibusdam incurſare & populari Brutios præcepiſſent, eaque de cauſa Hannibal, relicta urbe, illis ſuppetias iret; Flaccus illum obſervabat, Fabius verò interim, noctu, impetu terra marique facto, cum ſuis navibus & peditibus; partim vi, partim proditione, Tarentum cæpit. Porrò hanc fraudem Hannibal ægre ferens, pari fraude Fabium ulciſci ſtatuit; eique, Metapontinorum civium nomine ſcribit literas, de ſua ipſis prodenda civitate; eum ratus, temere accedentem, eſſe in inſidias delapſurum. Verum Fabius, ſuſpicatus quid rei eſſet, his literis cum iis comparatis, quas aliquando Hannibal ſcripſerat Tarentinis; inſidias, ex earum ſimilitudine, facile deprehendit. In Hiſpania verò Scipio, etſi dudum & patris & patrui cædem ulciſci cuperet, & expeteret belli gloriam; haud tamen duxit, ob hoſtium multitudinem, feſtinare: verum ubi eos in hybernis longe abeſſe cognovit, tunc illis omiſſis, tanta celeritate & circumſpectione novam Carthaginem contendit, ut ejus adventus non prius reſciretur, quam Carthagini adeſſet, urbemque non ſine labore cæpit. Aſt poſtquam illa expugnata fuit, maxima pene ſeditio orta eſt. Nam cum ei, qui prior murum conſcendiſset, coronam pollicitus eſset Scipio; duo viri, alter Romanus, alter e ſociis, eam ſibi laudem vendicarunt. Dum au-

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR. apud Valeſium pag. 608. ὅτι.

Στάσεως γενομένης [τῶν στρατιωτῶν,] ὁ Σκιπίων συχνὰ μὲν τοῖς στρατιώταις δίδωσι, συχνὰ δὲ καὶ] ἐς τὸ δημόσιον ἀπέδειξε, τῶν τε αἰχμαλώτων ἐς τὸ ναυτικὸν κατέταξεν· [καὶ τοὺς ὁμήρους, προῖκα πάντας τοῖς οἰκείοις ἀπέδωκε. Καὶ αὐτῷ διὰ τοῦτο, πολλοὶ μὲν δῆμοι, πολλοὶ δὲ καὶ δυνάσται] ἄλλοι τε καὶ Ἰνδίβολος καὶ Μανδώνιος Ἰλεργηταὶ [προσεχώρησαν· τό τε τῶν Κελτιβήρων ἔθνος] πλεῖστόν τε, καὶ ἰσχυρότατον

Capta Carthagine parum abfuit, quin graviſſimus tumultus in caſtris excitaretur: nam cum Scipio ei qui primus in murum conſcendiſſet, coronam eſſet pollicitus, duo milites, eam ſibi laudem vindicabant; ac ſtudiis multitudinis contentio ulterius proceſſiſſet, niſi utrumque corona Scipio donaviſſet. Idem ex præda, multa diviſit militibus, multa in ærarium retulit, & captivos in claſſem, ad ſupplementum remigum, dedit: poſtremo cunctos, qui ibi tenebantur obſides, ſine

N O T AE.

Στάσεως γενομένης τῶν στρατιωτῶν.] Quædam hic deeſſe ſatis apparet, quæ ex *Johanne Zonara* ſupplenda ſunt: ex quo etiam meam interpretationem hic adornavi. *Valeſius* ibid. pag. 602.

(a) U. C. 543.

autem duo illi contendebant; ſtudio multitudinis, ad maximum tumultum contentio proceſſiſſet, ni utrumque Scipio coronaſſet: tum multa militibus, multa rebus publicis eſt largitus; obſideſque, qui ibi detinebantur, omnes ſine pretio ſuis reddidit. Quo factum eſt, ut multæ civitates, multique dynaſtæ, ejus fidei ſe commiſerint, & inter cæteros Celtiberi. Cum enim inter captivos, virginem excellenti forma cæpiſſet; vulgo eam adamaturus eſſe, Scipio putabatur. Ipſe verò ubi cognovit, viro cuidam principi apud Celtiberos deſponſam, accito ſponſo; puellam una cum pecunia, quam ejus neceſſarii, pro ea redimenda contulerant, ei tradidit. Quam ob rem, & illos, & reliquos ſibi conciliavit.

Deinde cognito Hasdrubalem Hannibalis fratrem propere adventare, eumque, captam eſſe urbem adhuc ignorare; ei Scipio, in itinere hoſtile nihil timenti occurrit; mox eum ſuperavit, & caſtris exſuit: multoſque illius loci ad ſuam amicitiam pellexit. In re namq. bellica Scipio acer erat, in familiaribus verò congreſſibus lenis, reſiſtentibus formidabilis, & cedentibus perhumanus. Verum ob id maxime colebatur, quod veluti numine afflatus prædixiſſet, ſe in hoſtili agro fore caſtrametaturum. Sane verò ab Hiſpanis, rex magnus appellabatur. Hasdrubal autem deſperatis rebus Hiſpaniæ, in Italiam proficiſci volebat: & ipſe quidem per hyemem collectis vaſis diſceſſit; ejus verò collegæ, ſtativis ſuis in Hiſpania firmatis, Scipioni negotium faceſſebant; ita ut neque perſequeretur Hasdrubalem, neque in Italiam profectus, Romanos ibi belli parte levaret, neque demum poſſet Carthaginem navigare. Ob hæc igitur Scipio, non eſt Hasdrubalem perſecutus, ſed ejus adventu per tabellarios, Romam

μὲν Ῥωμαῖος ὁ δ' ἐκ τῶν συμμάχων, περὶ αὐτοῦ ἠμφισβήτησαν· διαφερομένων δ' ἐκείνων καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος ἐθορυβήθη, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἐταράχθησαν, ὥστε καὶ δεινόν τι δρᾶσαι, εἰ μὴ ὁ Σκιπίων, καὶ ἄμφω ἐστεφάνωσε, καὶ συχνὰ μὲν τοῖς στρατιώταις διέδωκε, συχνὰ δὲ καὶ τοῖς δημοσίοις προσένειμε, καὶ τοὺς ἐκεῖ κατεχομένους ὁμήρους, προῖκα πάντας τοῖς οἰκείοις ἀπέδωκεν. Ὅθεν πολλοὶ μὲν δῆμοι, πολλοὶ δὲ καὶ δυνάσται αὐτῷ προσεχώρησαν, καὶ τὸ τῶν Κελτιβήρων ἔθνος, πρὸς τοῖς λοιποῖς. Παρθένον γὰρ ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις λαβὼν, κάλλει ἐπιφανῆ, ἐνομίσθη μὲν ἔσεσθαι αὐτῆς ἐν ἔρωτι· μαθὼν δὲ ὅτι τινὶ τῶν ἐν τέλει Κελτιβήρων ἐγγεγύηται, μετεπέμψατο αὐτὸν, καὶ τὴν νεᾶνιν παραδέδωκε, προσεπιδοὺς καὶ τὰ λύτρα, ἃ οἱ προσήκοντες αὐτῇ προσεκόμισαν· κἀκ τούτου καὶ ἐκείνους καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνηρτήσατο.

4. Μαθὼν δὲ τὸν Ἀσδρούβαν, τὸν τοῦ Ἀννίβου ἀδελφὸν σπουδῇ ἐπιόντα, καὶ ἀγνοοῦντα ἔτι τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν, καὶ μηδὲν προσδοκῶντα κατὰ τὴν πορείαν πολέμιον, προϋπήντησεν αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ αὐτοῦ κρατήσας, ἐνηυλίσατο, καὶ πολλοὺς τῶν ἐκεῖ προσεποιήσατο. Ἦν μὲν γὰρ ἐν ταῖς στρατηγίαις δεινὸς, ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις ἐπιεικὴς, καὶ ἐς μὲν τοὺς ἀνθισταμένους φοβερὸς, ἐς δὲ τοὺς ὑπείκοντας καὶ μάλα φιλάνθρωπος· μάλιστα δ' ὅτι καὶ ἐδόκει, προειπὼν, ὡς ἐν τῇ τῶν πολεμίων στρατοπεδεύσοιτο, πάνυ ἐτίμων αὐτόν· οἱ δ' Ἴβηρες, καὶ βασιλέα μέγαν ὠνόμαζον. Ὁ δ' Ἀσδρούβας ἀπελπίσας τὴν Ἰβηρίαν ἀπᾶραι πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐβούλετο· καὶ ἐν τῷ χειμῶνι συσκευασάμενος, ὁ μὲν ὥρμητο, οἱ δὲ συστράτηγοι αὐτοῦ κατὰ χώραν μείναντες, ἀσχολίαν τῷ Σκιπίωνι παρεῖχον, ὥστε μὴ τὸν Ἀσδρούβαν ἐπιδιῶξαι, μήτε τοῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Ῥωμαίοις ἐπικουφίσαι τὸν πόλεμον γινομένοις ἐκεῖ, ἢ πρὸς τὴν Καρχηδόνα πλεῦσαι· Ὁ δὲ Σκιπίων, τὸν μὲν Ἀσδρούβαν οὐκ ἐπεδίωξε· πέμψας δὲ δρομοκήρυκας, τὴν πρό-

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR.

ſine pretio ſuis reſtituit. Quo factum, ut non civitates tantum plurimæ, ſed & reguli non pauci, inter quos Mandonius erat, atque Indibilis Ilergeres, ad Scipionem defecerint. Præterea etiam Celtiberi, & multitudine & viribus inter finitimos præcipui, in fidem venerunt, ea ex cauſa: Cum inter captivas virgo quædam eſſet eximia forma, a cujus amore numquam temperaturus ſibi Scipio credebatur; Scipio comperto eam puellam, Allucio cuidam principi Celtiberorum deſponſam eſſe; ſtatim ſponſum ad ſe accivit, eique puellam in manus tradidit, cum omni pecunia, quam virginis propinqui, ejus redimendæ cauſa attulerant. Quo facto, & illos, & cæteros quoque Celtiberos ſibi conciliavit.

ποίαν τῶν περιχώρων ἂν οὐδὲ προσίθετο. [Παρθένον ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἐπιφανῆ κάλλει λαβὼν,] ὑπωπτεύθη [μὲν] ἄλλως [ἔσεσθαι αὐτῆς ἐν ἔρωτι· μαθὼν δὲ ὅτι] Ἀλλουκίῳ [τινὶ τῶν ἐν τέλει Κελτιβήρων ἐγγύηται μετεπέμψατο αὐτὸν] αὐτεπάγγελτος, [καὶ τὴν παῖδα αὐτῷ [παρέδωκε,] μετὰ τῶν λύτρων, [ἅπερ οἱ προσήκοντες ἐκεκομίκεσαν· κἀκ] τού-του [τούτῳ, καὶ ἐκείνους, καὶ τοὺς] ἄλλους [ἀνηρτήσατο.]

πρόσοδον αὐτοῦ τοῖς ἐν τῇ Ῥώμῃ, δι' αὐτῶν προεκήρυξεν, αὐτὸς δὲ τῶν ἐν χερσὶν εἴχετο· καὶ ὁρῶν τοὺς ἐναντίους πολλαχῇ τῆς χώρας ὄντας, ἐδεδίει μή τισιν αὐτῶν προσμίξας, ἐς ἓν ἅπαντας συναγάγῃ ἀλλήλοις ἐπικουρήσοντας. Αὐτὸς μὲν οὖν ἐστράτευσεν ἐπ' Ἀσδρούβαν τὸν Γίσγωνος· Σιλανὸν δὲ ἐς Κελτιβηρίαν ἐπὶ Μάγωνα, καὶ Λούκιον Σκιπίωνα τὸν ἀδελφὸν ἐς Βαστιτανίαν ἔπεμψεν, ὃς ἐκείνην τε πολέμῳ κατέσχε, καὶ τὸν Μάγωνα ἐνίκησε· καὶ φεύγοντι αὐτῷ πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, ἐπακολουθήσας, ἦλθε πρὸς τὸν Σκιπίωνα, μήπω μηδὲν διαπεπραγμένον. Ἐλθόντων οὖν τοῦ τε Μάγωνος πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ τοῦ Λουκίου πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν Σκιπίωνα, τὰ μὲν πρῶτα τῷ ἱππικῷ καταθέοντες ἐς τὰ πεδία, διεμάχοντο. εἶτα καὶ ὅλῳ τῷ στρατεύματι ἀντιπαρετάττοντο, οὐ μὲν καὶ ἐμάχοντο, καὶ ἐπὶ πλείους ἡμέρας τοῦτο ἐγίνετο. Συμβολῆς δέ ποτε γινομένης, οἵ τε σύμμαχοι τῶν Καρχηδονίων, καὶ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ἡττήθησαν, καὶ τὸ ἔρυμα αὐτῶν παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἑάλω, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἐπιτηδείοις οἱ Ῥωμαῖοι ἐχρήσαντο, ὃ πρὸ τριῶν ἡμερῶν ὁ Σκιπίων, ὡς λόγος ἐστὶν, ἐπεφοίβασεν· ἐπιλιπόντων γὰρ αὐτοῖς τῶν πρὸς τροφὴν προεῖπεν (ὅθεν δ' ἠγνόηται) ὡς κατὰ τὴν τε τὴν ἡμέραν τοῖς τῶν πολεμίων χρησόμεθα. Μετὰ ταῦτα δὲ τοῖς περιλειφθεῖσι τῶν ἐναντίων τὸν Σιλανὸν καταλιπὼν, αὐτὸς πρὸς τὰς ἄλλας ἀπῄει πόλεις, καὶ πολλὰς προσηγάγετο· καταστήσας δὲ τὰ ἑαλωκότα, αὐτὸς μὲν ἐκεῖ διεχείμασε· τὸν δὲ Λούκιον τὸν ὁμαίμονα ἐπὶ Ῥώμην ἀπέστειλε, καταγγελοῦντά τε τὰ γενόμενα, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους κομίζοντα, καὶ ὅπως οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ φρονοῦσι περὶ αὐτοῦ πολυπραγμονήσοντα.

5. Οἱ δ' ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ ἐκ νόσου ἐπόνησαν, καὶ μάχαις ἐταλαιπώρησαν, Τυρσηνῶν νεωτερισάντων τινῶν· μεῖζον δὲ τῶν ἄλλων, αὐτοὺς ἐλύπησεν, ὅτι τὸν Μάρκελλον ἀπέβαλον· ἐπιστρατεύσαντες γὰρ κατὰ τοῦ Ἀννίβου, τυγχάνοντος ἐν Λοκροῖς, καὶ ἄμφω οἱ ὕπατοι (a) ἐξ ἐνέδρας περιστοιχισθέντες, ὁ μὲν Μάρκελλος αὐτίκα ἀπώλετο· Κρισπῖνος δὲ τρω-

mam annuntiato; ipſe ea, quæ tempus poſtulabat, adminiſtravit. Viſonamque, hoſtes variis in locis, per Provinciam eſſe diſperſos; veritus, ne ab eorum aliquo, in unum copiæ adduecerentur, & ſibi mutuo auxilia miniſtrarent; ipſe contra Hasdrubalem Giſgonis filium eſt profectus, Sillanum in Celtiberiam contra Magonem, L. Scipionem fratrem, in Baſtitaniam miſit. Qui illam bello eæpit, & Magonem vicit: eumque ad Hasdrubalem, fugientem perſeeutus; hinc rediit ad Scipionem, qui geſſerat nondum quidquam. Ubi igitur Mago ad Hasdrubalem, Lucius verò ad Scipionem fratrem venerunt; primum in campos decurrentes dimicarunt: deinde totos exercitus inſtruxerunt, haud tamen venere ad manus; quod etiam factum ad plures dies. Tandem verò pugna commiſſa, Carthaginenſibus eorûque ſociis victis; Romani captis & caſtris, magnus ibi inventus eſt commeatus: quod triduo ante, fertur Scipio fuiſſe vaticinatus. Nam eum neceſſariis rebus Romani deſtituerentur, prædixit (qua verò arte ignoratur) ſe in eum diem, hoſtium cibariis eſſe uſuros. Poſthæc autem Sillano, contra hoſtium reliquias relicto, multas urbes alias ſibi adjecit; ordinatiſque, quæ cæperat in Hiſpania; ipſe quidem ibi hybernavit; fratrem verò Lucium, Romam miſit, ut res geſtas nuntiaret, & captivos ſeeum adduceret; eodemque tempore exploraret, quæ eſſet de ſe opinio Romanorum.

Verum Italiam vexabat morbus, & ob Tyrrhenorum quorundam motus, qui rebus novis ſtuduerant, pugnæ afflixerunt: ſed Marcelli interitus, luctum majorem attulit. Nam eum ambo Conſules, exercitum contra Hannibalem, Locris agentem, ducerent; in inſidias impegerunt: & Marcellus quidem ſtatim occubuit; Criſpinus verò

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR. apud Valeſium pag. 605., ὅτι.

Ὁ Σκιπίων [δεινὸς μὲν ἦν ἐν ταῖς στρατηγίαις, ἐπιεικὴς δὲ ἐν ταῖς ὁμιλίαις· καὶ ἐς μὲν τοὺς ἀνθισταμένους] αὐτῷ [φοβερὸς. ἐς δὲ τοὺς ὑπείκοντας φιλάνθρωπος]. καὶ προσέτι καὶ ἐκ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς, τοῦ τε θείου δόξης πλεῖστον. ἐς πίστιν ὧν ἐποίει, τῷ δοκεῖν ἀπ' ἀρετῆς ἐκ γένους, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ προστυχόντος εὐδοκιμεῖν ἴσχυε. Τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐπί τε τῷ τάχει τῆς νίκης καὶ [ὅτι καὶ ἔθεικεν,] εἴτ' οὖν παρὰ δαιμονίου τινὸς μαθὼν, εἴτε κατὰ τύχην, ὅτι [ἐν τῷ τῶν πολεμίων στρατοπεδεύσοιτο] ὃ καὶ ἐγένετο [πάντες μὲν αὐτὸν] ὡς καὶ κρείττονα σφῶν ὄντα [ἐτίμων· οἱ δὲ Ἴβηρες καὶ βασιλέα μέγαν ὠνόμαζον.]

Erat Scipio acer quidem in bello, ſed in privatis congreſſibus per quam lenis; ac reſiſtentibus quidem formidabilis, adverſus cedentes verò perhumanus. Patris præterea ac patrui ipſius gloria hanc de illo fidem faciebat, non fortuito caſu quodam, ſed domeſtica atque innata virtute eum florere. Tunc vero & ob celeritatem partæ victoriæ, & quod Hasdrubal in mediterranea loca ſe recepiſſet, atque eo maxime, quod ſive Numine afflatus, ſive caſu quodam prædixerat, ſe in caſtris hoſtium pernoctaturum (quod plane ita evenit) cuncti illum Herois cujuſdam inſtar ſuſpiciebant. Hiſpani verò etiam Regem eum magno clamore appellarunt.

(a) U. C. 544.

verò non multo poſt, ex accepto vulnere decubuit. Poſtquam autem Marcelli cadaver invenit Hannibal, ejus ſigillo accepto, literas ejus nomine ad urbes ſcripſit, & quidquid volebat, obtinuit; donec eo Criſpinus cognito, illos, ut ſibi caverent, monuit: unde vertit in contrarium res Hannibali. Nam, cum Salapianis per transfugam ſcripſiſſet, Marcellum noctu ad eorum mœnia, acceſſurum, & Latina lingua ipſe cum aliis, qui eam callebant, uteretur, ut nempe pro Romanis haberentur; Salapiani, ejus cognito artificio, hac viciſſim uſi ſunt arte, ut ſe Marcellum adeſſe, credere ſimularent: clathris attractis, tot eorum in urbem admiſerunt, quot vinciendis ſe pares eſse ſunt opinati, eoſque omnes occiderunt. Hannibal autem, ubi Locros a Romanis ex Sicilia profectos, audiit obſideri; ſtatim receſſit; Sulpicius verò Publius, magnam Achaiæ partem, cum Ætolis, ſociiſque aliis vaſtavit. Sed cum Philippus Macedo Achæis tuliſset opem, Romani tota equidem Græcia pulſi eſsent; niſi Ætolis Philippi galea potitis, de ejus interitu, apud Macedones ſparſus rumor, ibique ſeditio orta eſset. Veritus enim ne regno privaretur, in Macedoniam properavit. Itaque factum, ut Romani in Græcia permanentes, urbibus etiam aliquot potirentur.

Sequenti anno, cum Hasdrubalis adventus nuntiaretur, legiones convocarunt Romani, & ſuos ſocios accerſierunt, & Claudium Neronem, & M. Livium, Conſules elegerunt. Ac Neronem quidem contra Hannibalem miſerunt, qui ei apud Urbem Senam occurrit: haud tamen illico manus conſeruere: ſed ad plures dies ibi in caſtris ſeſe continuit: neque contra, Hannibal pugnam iniit, ſed quiete ſe geſſit, fratrem præſtolaturus. Nero autem & Hannibal caſtra in Lucaniam poſuerunt, ac nullatenus juſta acie, ſed tumultuariis dumtaxat pugnis congreſſi ſunt; & dum Hannibal multa ſubinde mutabat loca, ipſum accurate obſervabat Nero. Semper igitur eo ſuperior Nero, literiſque, quas miſerat ei Hannibal interceptis, contempto Hannibale, veritusque ne Hasdrubal, multitudine fretus hominum, collegæ Livio quamvim faceret; magnum facinus auſus eſt. Ibi namque tantum parte relicta militum, quanta ſcilicet ad reprimendum Hannibalem ſatis eſſet, ſi quid in Livium moviſſet; ut ita omnia agerent, mandavit, ut ipſe præſens eſſe putaretur. Tum aſſumpta lectiſſi-

(a) U. C. 545.

τρωθεὶς ἀπέθανεν οὐ μετὰ πολύ· εὑρηκὼς δὲ τὸ τοῦ Μαρκέλλου σῶμα ὁ Ἀννίβας, καὶ τὸν δακτύλιον αὐτοῦ εἰληφὼς, ᾧ ἐκεῖνος τὰς γραφὰς ἐπεσφράγιζε, γράμματα ἐς τὰς πόλεις, ὡς παρ' ἐκείνου στελλόμενα ἔπεμπε, καὶ ὅσα ἐβούλετο διεπράττετο· μέχρις οὗ τοῦτο γνοὺς ὁ Κρισπῖνος, ἀντιπαρήγγειλεν αὐτοῖς φυλάσσεσθαι, ὅθεν ἀντιπεριέστη τῷ Ἀννίβᾳ τὸ πρᾶγμα ἐπεὶ γὰρ τοῖς ἐν τῇ Σαλπίᾳ δι' αὐτομόλου δῆθεν ἦν ἐπιστείλας, ὡς ὁ Μάρκελλος νυκτὸς προσήει τοῖς τείχεσι, τῇ τε τῶν Λατίνων κεχρημένος φωνῇ σὺν ἄλλοις ἐπισταμένοις αὐτὴν, ἵνα Ῥωμαῖοι δόξωσιν εἶναι· μαθόντες δὲ οἱ Σαλπῖνοι τὴν ἐπιτέχνησιν αὐτοῦ, ἀντιτεχνήσαντο πιστεύειν, ὄντως προσιέναι τὸν Μάρκελλον· καὶ ἀνασπάσαντες τὸν καταῤῥάκτην εἰσήγαγον ὅσους αὐτοῖς ἔδοξεν ἱκανοὺς εἶναι κατεργασθῆναι παρ' αὐτῶν, καὶ πάντας ἀπέκτειναν. Ὁ δὲ Ἀννίβας ἀπῆρεν αὐτίκα, μαθὼν τοὺς Λοκροὺς πολιορκουμένους παρὰ Ῥωμαίων, ἐκ Σικελίας ἐπιπλευσάντων· ὁ Πούπλιος δὲ Σουλπίκιος μετὰ τῶν Αἰτωλῶν, καὶ συμμάχων ἑτέρων πολλὰ τῆς Ἀχαΐας ἐπόρθησε· τοῦ δὲ Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος τοῖς Ἀχαιοῖς συμμαχήσαντος, παντελῶς ἂν τῆς Ἑλλάδος ἐξηλάθησαν οἱ Ῥωμαῖοι, εἰ μὴ τοῦ κράνους τοῦ Φιλίππου περιδόντος, οἱ Αἰτωλοὶ τοῦτο ἔσχον, καὶ φήμης ἐς τοὺς Μακεδόνας γενομένης, ὡς τέθνηκε, στάσις τε γέγονεν ἐκεῖ· καὶ ἐφοβήθη μὴ τῆς βασιλείας στερηθῇ, καὶ πρὸς Μακεδονίαν ἠπείχθη. Ἐντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι τῇ Ἑλλάδι προσέμειναν καὶ τινῶν ἐκράτησαν πόλεων.

6. Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ὡς ὁ Ἀσδρούβας ἀγγέλλετο προσιὼν, οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰς δυνάμεις τε ἤθροιζον, καὶ τοὺς συμμάχους σφῶν μετεπέμποντο, ὑπάτους Κλαύδιόν τε Νέρωνα, καὶ Λιούιον τὸν Μάρκον (a) ἑλόμενοι· καὶ Νέρωνα μὲν ἐπὶ τὸν Ἀννίβαν, Λιούιον δὲ ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν ἔπεμψαν, ὃς αὐτῷ πρὸς τῇ Σίνῃ τῇ πόλει ἀπήντησεν. οὐ μέν τοι καὶ ἐς χεῖρας εὐθὺς ἦλθον, ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας κατὰ χώραν ἔμεινεν. Ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ἀσδρούβας τὴν μάχην κατήπειξεν, ἡσύχαζε δὲ, τὸν ἀδελφὸν ἀναμένων· ὁ Νέρων δὲ, καὶ ὁ Ἀννίβας ἐς Λευκανίαν ἐστρατοπεδεύοντο καὶ οὐδέτερος πρὸς παράταξιν ὥρμησεν, ἄλλως δὲ ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ᾔεσαν· ὁ Ἀννίβας πυκνὰ μετανίστατο, καὶ ὁ Νέρων ἀκριβῶς αὐτὸν παρετήρει. Κρείττων οὖν ἀεὶ αὐτοῦ γινόμενος, καὶ τὰ γράμματα τὰ παρὰ τοῦ Ἀσδρούβα αὐτῷ πεμφθέντα ἑλὼν, τοῦ μὲν Ἀννίβου κατεφρόνησε· δείσας δὲ μὴ τὸν Λιούιον ὁ Ἀσδρούβας τῷ πλήθει καταβιάσηται, μέγα πρᾶγμα ἐτόλμησε· καὶ κατέλιπε μὲν μοῖραν ἐκεῖ, ἀποχρῶσαν εἴργειν τὸν Ἀννίβαν, εἴ τι κινηθείη, ἐντειλάμενος πάντα ποιεῖν, ἵνα καὶ αὐτὸς νομίζοιτο ἐνδημεῖν. Τὸ δὲ καθαρώτατον τοῦ στρατοῦ ἀπο-

ἀπολέξας, ὥρμησεν ὡς πλησιοχώρῳ πόλει τινὶ προσμίξων, οὐδ᾽ ᾔδει τις τὴν διάνοιαν αὐτοῦ· καὶ ἠπείχθη ἐπὶ τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ ἀφίκετο νυκτὸς πρὸς τὸν συνάρχοντα, καὶ ἐν τῇ ταφρείᾳ τῇ αὐτοῦ συνεσκήνησε· καὶ παρεσκευάζοντο ἄμφω, ἵν᾽ αἰφνίδιον αὐτῷ συνεπίθωνται· οὐκ ἔλαθον δὲ, ἀλλ᾽ ἐτεκμήρατο τὸ γεγενημένον ὁ Ἀσδρούβας ἀπὸ τῶν παραγγέλσεων διττῶν γινομένων· Ἰδίᾳ γὰρ ἕκαστος τῶν ὑπάτων παρήγγελλέ τι τοῖς ἑαυτοῦ. Ὑποπτεύσας οὖν ἡττῆσθαι τὸν Ἀννίβαν, καὶ ἀπολέσθαι (περιόντος γὰρ ἐκείνου, οὐκ ἂν ἔτ᾽ αὐτὸν ὁρμῆσαι τὸν Νέρωνα ἐλογίζετο) ἔγνω, πρὸς τοὺς Γαλάτας ἀναχωρῆσαι, καὶ ἐκεῖ τὰ περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀκριβώσασθαι, καὶ οὕτω τὴν σχολὴν πολεμῆσαι.

7. Καὶ ὁ μὲν παραγγείλας τῷ στρατεύματι ἀνασῆναι, νυκτὸς ἀπῆρεν· οἱ δ᾽ ὕπατοι, ἐκ τοῦ θορύβου ὑπόπτευσαν τὸ γινόμενον, οὐ μέν τοι, εὐθὺς ἐκινήθησαν διὰ τὸ σκότος· ἅμα δ᾽ ἠοῖ τούς τε ἱππέας προέπεμψαν ἐπιδιῶξαι αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ εἵποντο· καὶ τοῦ Ἀσδρούβου τοῖς ἱππεῦσι ἀντιταξαμένου, ὡς μόνοις οὖσι, οἱ ὕπατοι ἐπελθόντες, τροπὴν αὐτοῦ ἐποιήσαντο· καὶ φεύγουσιν ἐπακολουθήσαντες, πολλοὺς ἐφόνευσαν· καὶ οὐδ᾽ οἱ ἐλέφαντες αὐτοῖς ἐβοήθησαν. Ὅτι γάρ τινες αὐτῶν τραυματισθέντες κατὰ πλείω τοὺς ἐπιτεταγμένους σφίσιν ἔδρων, ἢ οἱ πολέμιοι, παρέγγειλεν ὁ Ἀσδρούβας τοῖς ἐπ᾽ αὐτῶν καθημένοις, τοὺς τιτρωσκομένους τῶν θηρίων παραυτίκα σφάζειν· ῥᾷστα δὲ σιδηρίῳ τινὶ ὑπὸ τὸ οὖς νυττόμενοι, ἐλατινύοντο. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων, οἱ ἄνδρες δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐφθείροντο· ἔπεσον δὲ τοσοῦτοι, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους διακορεῖς τοῦ φόνου γενομένους, μὴ θελῆσαι τοὺς ἄλλους ἐπιδιῶξαι, φθείραντές τε ἄλλους πολλοὺς, καὶ τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ λάφυρα πλεῖστα λαβόντες, καὶ Ῥωμαίους αἰχμαλώτους ἐς τετρακισχιλίους ἐν τῷ στρατοπέδῳ εὑρόντες, ἱκανῶς τὴν Καννητίδα συμφορὰν ἀνειληφέναι ἐνόμισαν. Πραχθέντων δὲ τούτων, ὁ μὲν Λιούϊος κατὰ χώραν ἔμεινεν· ὁ δὲ Νέρων ἑκταῖος ἐς τὴν Ἀπουλίαν ἐπανελήλυθε, λαθὼν μέχρι τότε ὡς ἀπεδήμησε· καὶ τῶν ἁλόντων τινὰς ἐς τὸ Ἀννίβου στρατόπεδον ἔπεμψε, τὰ πεπραγμένα δηλώσοντας, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἀσδρούβου πλησίον που ἀνεσταύρωσε. Μαθὼν οὖν ἐκεῖνος τόν τε ἀδελφὸν ἡττημένον, καὶ τεθνηκότα, καὶ τὸν Νέρωνα νενικηκότα, καὶ ἐπανήκοντα, πολλὰ μὲν ὠλοφύρατο, πολλάκις δὲ καὶ τὴν τύχην, καὶ τὰς Κάννας ἀνεκάλεσε· καὶ ἐς τὴν Βρεττίαν ἀνεχώρησε, κἀκεῖ διῆγεν ἡσυχάζων.

8. Ὁ δὲ Σκιπίων, μέχρις ἂν πάντα τὰ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ καταστήσῃ, ἄρχειν τῶν ἐκεῖ

προ-

ctiſſima parte exercitus, quaſi finitimum aliquod oppugnaturus oppidum, nemine facto conſilii ſui conſcio, adverſus Hasdrubalem properavit, noctuque ad collegam veniens, in ejus vallo pernoctavit: amboque ſe parantes, ut hoſtem ex improviſo aggrederentur: hæc autem Hasdrubali innotuere. Cum enim uterque Conſul, ſuos ſeorſim cohortaretur, animadvertit quid rei eſset; & Hannibalem victum cæſumque eſse ſuſpicatus (illo namque ſuperſtite, Neronem contra ſe nunquam iturum fuiſse opinabatur) ad Gallos abire ſtatuit; ibique ſtatu fratris explorato, bellum per otium adminiſtrare.

Militibus igitur, ipſe quidem denunciato itinere, noctu diſceſſit; id verò ex tumultu Conſules ſuſpicati; haud tamen per tenebras, ſe ſtatim loco illo moverunt: ſed ſub auroram, equitibus ad eum inſectandum præmiſſis, ipſi autem ſubſecuti; Hasdrubalem aggreſsum equites (ſolos enim eſse putabat) ſuperventu ſuo in fugam verterunt; fugienteſque, quòd ab elephantis nihil adjuti eſsent, multos perſecuti trucidarunt. Horum enim aliqui vulnerati, quum plus mali, quam hoſtes, eis inferrent, Hasdrubal ſeſsores eorum monuit, ut quos ex iis cernerent vulneratos, occiderent eos illico: id quod facile fiebat, cum ferreo ſtimulo ſub aure pungebantur. Hoc pacto belluæ quidem a Carthaginenſibus, viri a Romanis occidebantur; tantaque cecidit multitudo, ut Romani cædibus ſatiati, cæteros perſequi abſtinuerint. Quamobrem non modo plurimis aliis, verum etiam Hasdrubale interfecto, & ſpolia innumera aſsecuti, atque e Romanorum captivis, quorum ultra quatuor millia, in caſtris hoſtium repererunt, & liberarunt; Canneuſem cladem abunde penſatam eſse crediderunt. Dum hæc autem geſta ſunt, Livius quidem ſuo loco quiete manſit, Nero autem die ſexto in Apuliam reverſus (ſua abſentia ad id uſque tempus celata) captivos aliquot in caſtra Hannibalis miſit, qui ei, quid actum eſset, narrarent; ipſe verò, caput Hasdrubalis, in propinquo quodam loco, affixit cruci. Hannibal igitur tum clade cognita, & cæde fratris, Neroniſque victoris reditu, in magno luctu & mærore fuit; ac poſtquam ſæpe de fortuna queſtus eſt, & ſæpe Cannas inclamavit; ad Brutios reverſus, & ibi quiete manſit.

Scipio verò Hiſpaniæ, donec ibi omnia conſtituiſset, præeſse juſsus; primum in

Afri-

Africam duabus quinqueremibus navigavit; eodemque forte fortuna tempore, etiam Giſgonis filius Hasdrubal eo appulit. Quos cum Syphax ambos humaniter excepiſſet (Carthaginenſibus enim fœdere erat junctus, & parti Africæ imperabat) & eos reconciliare inter ſe ſtuderet; reſpondit Scipio, nullas ſibi privatas eſſe, cum Haſdrubale inimicitias, neque Reip. nomine, feriendæ pacis habere auctoritatem. Reverſus itaque in Hiſpaniam, cum Ilitergitanis bellum geſſit: quod Romanos poſt Scipionum cædem,ad ſe profugos, Carthaginenſibus dedidiſſent: Haud autem antea urbe potitus eſt, quam ipſe conſcendere auſus mœnia, eſt vulneratus. Verecundia namque perculſi milites, illique metuentes, tunc promptius pericula ſubierunt;potitique victoria, hominibus omnibus trucidatis, urbem totam incendio tradiderunt. Eo ſane timore correptis aliis; multi quidem, deditionem ultro fecerunt, multi vi autem ſunt ſubacti; ac multi tandem, cum obſidione premerentur; ſemetipſos & ſuos jugularunt. Sic maxima Hiſpaniæ ſubacta parte, Scipio Carthaginem rediit, ibique in honorem patris & patrui, funebres ludos in armis edidit: in quibus, præter alios, duo fratres inter ſe de Regno contendentes,eorum pacificatione a Scipione fruſtra tentata, decertarunt; & major natu minorem, validiorem licet, interfecit.Poſthæc Scipio ægrotavit, & in his, res novas Hiſpani moliti ſunt. Nam exercitus Scipionis, qui circa Sucronem hyberna agebat, ſe commovit; & qui prius etiam parum dicto audiens erat, nec tamen defectionem plane præſeferebat; tunc morbo cognito Scipionis, ob dilatam etiam ſtipendiorum ſolutionem, apertiſſime defecit: pulſiſque Tribunis ſuis.Conſules etiam ſibi elegit: erant autem circiter octo millia. Qua de cauſa, Hiſpani quoque,facti ad exſuendam fidem promptiores; ſocias Romanorum civitates, oppido afflixerunt. Hinc Mago etiam, qui Gades jamjam relinquere cogitabat; nec reapſe reliquit, & in mediterranea progreſſus, multum ibi attulit detrimenti. Ubi autem hæc omnia novit Scipio, veniam per literas exercitui promiſit, excuſans eos, quod rerum neceſſariarum penuria, novis rebus ſtuduiſſent; petens inſuper,ne quid ex eo mali ſuſpicaretur; quin collaudatis iis, qui, eorum geſſerant Magiſtratum, ne ſine imperio, quid gravius vel auderent, vel paterentur.

Poſtquam autem hæc ſcripſit Scipio,milites.

προσεταίχθη· καὶ πρῶτον μὲν ἐς τὴν Λιβύην δύω πεντήρεσιν ἔπλευσε, καὶ ὁ τοῦ Γίσγωνος Ἀσδρούβας ἐκεῖ, κατὰ τύχην, αὐτῷ συγκατῆρε. Δεξιουμένου οὖν καὶ ἄμφω τοῦ Σύφακος (ἔνσπονδος γὰρ τοῖς Καρχηδονίοις ἐγένετο, μέρους τῆς Λιβύης βασιλεύων) καὶ καταλλάσσοντος σφᾶς, ὁ Σκιπίων οὐκ ἰδίαν ἔχθραν ἔχειν εἶπεν, οὔτε μὴν ὑπὲρ τῶν κοινῶν δύνασθαι, καθ' ἑαυτὸν καταλύσασθαι. Ἐπανῆλθεν οὖν αὖθις, καὶ Ἰλιπργίταις ἐπολέμησεν, ὅτι τοὺς πρὸς αὐτὸν καταφυγόντας Ρωμαίους, μετὰ τὸν τῶν Σκιπιόνων θάνατον, τοῖς Καρχηδονίοις ἐξέδωκαν· καὶ οὐ πρότερον τῆς πόλεως αὐτῶν ἐκράτησε, πρὶν αὐτὸς τοῦ τείχους ἐπιβῆναι ἐτόλμησε, καὶ ἐτρώθη. Αἰδεσθέντες γὰρ οἱ στρατιῶται, καὶ δείσαντες περὶ ἐκείνῳ, τότε προσέβαλον προθυμότερον· καὶ κρατήσαντες, τοὺς μὲν ἀνθρώπους πάντας ἀπέκτειναν, τὴν δὲ πόλιν κατέπρησαν ἅπασαν· καὶ τῷ φόβῳ τούτῳ, πολλοὶ μὲν ἑκόντες αὐτῷ προσεχώρησαν, πολλοὶ δὲ καὶ βίᾳ κεχείρωντο· τινὲς δὲ πολιορκούμενοι, τάς τε πόλεις ἑαυτῶν ἔκαιον, καὶ τοὺς οἰκείους ἐφόνευον, ἐπὶ δὲ τούτοις, καὶ ἑαυτούς. Τὰ πλείω δὲ καταστρεψάμενος ὁ Σκιπίων, ἐς Καρχηδόνα ἀνέζευξεν, ἔνθα τῷ τε πατρὶ, καὶ τῷ θείῳ ἐπιταφίους ἀγῶνας ὁπλομαχίας ἔθετο· ὅτε πολλοὶ μὲν, καὶ ἕτεροι ἠγωνίσαντο, καὶ ἀδελφοὶ δὲ δύω περὶ βασιλείας διαφερόμενοι, καὶ τοι τοῦ Σκιπίωνος συναλλάξαι αὐτοὺς σπουδάσαντος· καὶ ὁ πρεσβύτερος μὲν τὸν νεώτερον καί τοι ἰσχυρότερον ὄντα, ἀπέκτεινεν. Ἠρρώστησε μετέπειτα ὁ Σκιπίων, κἂν τούτῳ ἐνεωτέρισαν Ἴβηρες· στράτευμα γὰρ τοῦ Σκιπίωνος περὶ Σουκρῶνα χειμάζον, ἐκινήθη· καὶ πρώην οὐκ εὐπειθὲς ὂν, οὐ μὲν φανερὰν ἀποστασίαν ἐπιδειξάμενον· τότε δ' αἰσθόμενον τὸν Σκιπίωνα κάμνοντα, ἐπεὶ καὶ ἡ μισθοφορὰ αὐτοῖς ἐβραδυνήθη, ἀναφανδὸν ἀπέστησαν· καὶ τοὺς χιλιάρχους σφῶν ἀπελάσαντες, ὑπάτους ἑαυτοῖς κεχειροτονήκασιν· ἦσαν δὲ ὡς ὀκτακισχίλιοι. Γνόντες οὖν ταῦτα οἱ Ἴβηρες, ἀφίσταντο προχειρότερον, καὶ τὴν συμμαχίδα τῶν Ρωμαίων ἐκάκουν· καὶ ὁ Μαγὼν ἐκλιπεῖν ἤδη τὰ Γάδειρα βουληθεὶς, οὔτ' ἐξέλιπε, καὶ ἐς τὴν ἤπειρον διαβαίνων, πολλὰ ἐκακούργει. Μαθὼν δὲ ταῦθ' ὁ Σκιπίων, πέμψας πρὸς τὸ ἀποστατῆσαν στρατόπεδον, ἐπέστειλεν αὐτοῖς συγγνωμονῶν δῆθεν, ὅτι διὰ ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων ἐνεωτέρισαν, καὶ μηδὲν ὑποπτεῦσαι διὰ τοῦτο ἀξιῶν, ἐπαινῶν δὲ καὶ τοὺς τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἀναδεξαμένους, ἵνα μηδὲν δεινὸν, ἢ πάθωσι, ἢ δράσωσι διὰ ἀναρχίαν.

9. Τοιαῦτα τοῦ Σκιπίωνος γράψαντος, οἱ στρα-

τῷ Ἀντιόχῳ προσεχώρησαν, καὶ ἄλλους, μὲν ἑκόντας συνιστῶν, ἐνίους δέ γε καὶ ἄκοντας· καὶ ὁ Ἀντίοχος καί τοι χειμῶνος ὄντος, ὅμως πρὸς τὰς τῶν Αἰτωλῶν ἐλπίδας ἔσπευσε· διὸ οὐδὲ ἀξιόμαχον ἐπήγετο δύναμιν, τὴν μέν τοι Χαλκίδα μετ᾽ αὐτῶν ἔλαβε, τὴν τε ἄλλην Εὔβοιαν προσεποιήσατο· καὶ ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις Ῥωμαίους τινὰς εὑρὼν, πάντας αὐτοὺς ἀφῆκε· καὶ ἐς τὴν Χαλκίδα διεχείμασεν· ὅθεν αὐτός τε, καὶ οἱ στρατηγοί, οἵ τε στρατιῶται αὐτοῦ τὰς γνώμας προσδιεφθάρησαν. Τῇ τε γὰρ ἄλλῃ ῥαστώνῃ, καὶ ἔρωτι κόρης τινὸς, ἐς τὸ ἁβροδίαιτον ἐξώκειλε, καὶ τοὺς ἄλλους ἀπολέμους ἐποίησεν. Οἱ δ᾽ ἐν τῇ Ῥώμῃ μαθόντες αὐτὸν, ἐς τὴν Ἑλλάδα παρόντα, τὴν Χαλκίδα τε ᾑρηκότα, τὸν πόλεμον φανερῶς ἀνείλοντο, καὶ τῶν ὑπάτων, Σκιπίωνα μὲν τὸν Νασικᾶν ἐπὶ φυλακῇ τῆς Ἰταλίας κατέχον, Μάνιον δὲ Γλαβρίωνα (a) μετὰ στρατοῦ πολλοῦ ἐς τὴν Ἑλλάδα πεπόμφασι· καὶ ὁ μὲν Νασικᾶς τοὺς Βοουΐους προσεπολεμώσατο, ὁ δὲ Γλαβρίων τὸν Ἀντίοχον ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐξήλασε· καὶ ἐς τὴν Θετταλίαν ἐλθὼν, πολλὰ τῶν ταύτῃ μετὰ τοῦ Βαιβίου, καὶ τοῦ Φιλίππου παρεστήσατο. Τόν τε γὰρ Μεγαλοπολίτην Φίλιππον ἑλὼν, ἐς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλε· καὶ τὸν Ἀμύνανδρον ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐκβαλὼν, τῷ Μακεδόνι αὐτὴν ἔδωκεν.

berno tempore, ut tamen ſpei ſatisfaceret Ætolorum, ſine juſtis copiis advenit, illiſque adjutoribus Chalcidem cæpit: potituſque reliqua Eubœa, Romanos quoſdam, quos inter captivos reperit, omnes dimiſit liberos. Hinc Chalcide hybernavit: ubi & ipſius, & ducum ejus, & militum animi; cum aliis deliciis ſunt corrupti, tum ipſe amore cujuſdam puellæ, voluptatum illecebris irretitus; etiam cæteros fecit ineptos bello. Romani autem, ejus in Græciam adventu audito, Chalcidiſque expugnatione; bellum aperte in eum ſuſceperunt: alteroque Conſulum, Scipione Naſica, ad defenſionem Italiæ relicto; Manium Acilium Glabrionem cum magno exercitu in Græciam miſerunt. Quorum quidem Naſica Scipio, bellum cum Boiis geſſit; Glabrio verò Antiochum Græcia pepulit, & in Theſſaliam ingreſſus, cum Bæbio & Philippo, multas ejus civitates ſubegit: hinc captum Megalopolitanum Philippum Romam miſit; Amynandroque e principatu, deturbato; Macedoni, ejus tradidit ditionem.

10. Ὁ δ᾽ Ἀντίοχος ἐν τούτοις ἡσυχίαν ἄγων, ἐν τῇ Χαλκίδι διέτριβεν· εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν ἐληλύθει, καὶ ἐν ταῖς Θερμοπύλαις ἀντιπροσιόντας οἱ τοὺς Ῥωμαίους ὑπέμεινε· πρὸς γὰρ τὴν τῶν στρατιωτῶν ὀλιγότητα, σύμμαχον τὴν τοῦ χωρίου φύσιν ἕξειν ἐνόμισε, καὶ ἵνα μή τι καὶ αὐτὸς πάθῃ, οἷον οἱ Ἕλληνες οἱ πρὸς τὸν Μῆδον ἀντιταχθέντες, ἐκεῖ μέρος τι τῶν Αἰτωλῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν ἀνεβίβασεν, ὥστε φρουρῆσαι αὐτά. Ὁ δὲ Γλαβρίων βραχύ τι τῶν χωρίων ἐφρόντισε, καὶ τὴν μάχην οὐκ ἀνεβάλετο, ἀλλὰ Πόρκιον μὲν Κάτωνα, καὶ Οὐαλέριον Φλάκκον ὑποστρατήγους, νυκτὸς ἐπὶ τοὺς Αἰτωλοὺς, τοὺς ἐν τοῖς ἄκροις, ἀπέστειλεν· αὐτὸς δὲ τῷ Ἀντιόχῳ ὑπὸ τὴν ἕω συνέμιξε· καὶ ἕως μὲν ἐν τῷ ὁμαλῷ ἐμάχετο, ἐπεκράτει· ἀναχωρήσαντος δὲ τοῦ Ἀντιόχου πρὸς τὰ μετέωρα, ἡλλοῦτο, μέχρις ὁ Κάτων κατὰ νώτου οἱ ἐγένετο. Τοῖς γὰρ Αἰτωλοῖς καθεύδουσιν ἐπελθὼν, τοὺς μὲν πλείους ἀπέκτεινε, καὶ τοὺς λοιποὺς διεσκέδασε· κἀντεῦθεν καταδραμὼν, καὶ

Antiochus autem, qui Chalcide interea agebat otium, poſthæc in Bœotiam venit, ac in Thermopylis, Romanorum expectavit aggreſſionem. Locis namque naturam; paucitati ſuorum militum, fore ſubſidio judicabat: ac ne idem ſibi accideret, quod Græcis bello Perſico accidit; Ætolorum partem, in montium cacumina miſit, ut ea cuſtodirent. Verum enim verò, anguſtiis locorum contemptis Glabrio, & nequidquam dilata pugna, Porcium Catonem, Valeriumque Flaccum legatos ſuos, in montium cacumina contra Ætolos miſit; ipſe verò cum Antiocho, ſummo mane congreſſus; donec in planitie pugnabatur, ſuperior fuit; ubi verò ab Antiocho ad altiora loca exercitus eſt ſubductus, pejoris fuit conditionis; quouſque Cato hoſtes a tergo adortus eſt. Hic enim Ætolos, dormientes nactus oppreſſit, & pleroſque eorum cæcidit; & reliquos diſſipavit: atque exinde decurrit, & pugnæ quo-

Sequitur ibidem Valeſianus DIO, & huc ſpectat ſane: ὅτι

Ὁ Ἀντίοχος, [καὶ οἱ στρατηγοὶ αὐτοῦ προσδιεφθάρησαν. Τῇ τε γὰρ ἄλλῃ ῥαστώνῃ, καὶ ἔρωτι κόρης τινὸς ἔς τε τὸ ἁβροδίαιτον ἐξώκειλε, καὶ ἀπολέμους καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν.]

Antiochus ubi Chalcidem hibernavit; & ipſius, & ducum ejus, ac militum animi penitus fracti & corrupti ſunt. Namque ipſe, præter reliquum luxum, puellæ cujuſdam amore captus, ad molliciem deflexit, ac cæteros ſuo exemplio imbelles reddidit.

(a) U. C. 561.

quoque, quæ fuit in planitie cum Antiocho, intervenit. Ac ita demum, una ſimul in fugam Antiochum verterunt, eumque caſtris exutum, Chalcidem redire mox coegerunt: ubi cum Conſulem propinquare cognovit, etiam in Aſiam ſe recepit. Glabrio verò ſtatim occupavit Bœotiam, & Eubœam: & inferiore Heraclea, Ætolis deditionem renuentibus, oppugnata; inferiorem urbem cæpit obſidione; qui verò in arcem confugerant, eos ad deditionem equidem compulit. Sane verò inter captos cæteros, Democritus quoque Dux Ætolorum fuit; qui aliquando Flaminii recuſata ſocietate; decretum ei petenti, quod, Romam mitteret: Bono animo eſto, inquit; ego enim id cum exercitu meo afferam, & vobis Romanis, juxta Tiberim recitabo. Dum autem Philippus Lamiam obſidebat, ad eam accurrit Glabrio, eique & victoriam, & manubias intercepit. Cumque reliqui Ætoli, cum Romanis vellent conciliari; accepta per legatos pecunia ab Antiocho, legatos ad Glabrionem, pro pace non miſerunt; ſed bello ſe paraverunt. Philippus autem, cum Romanis amicitiam ſimulabat; verum cum Antiocho clam ſtudebat. Interea verò Naupactum (quæ ad Ætolos pertinebat) Glabrio obſidebat; ſuperveniens autem Flaminius; iis civium, qui ei notiores erant, ut pacem amplecterentur, perſuaſit: quamobrem, & hi, & Epirotæ legatos Romam direxerunt. Philippus ſane, qui triumphalem Jovi Capitolino coronam miſit; præter alia munera, quæ a Romanis accepit, filium quoque Demetrium recepit, qui obſes in urbe agebat. Ætolis verò idcirco data non fuit pax, quod nulla in re volebant, deterioris eſſe conditionis.

καὶ τῆς κάτω μάχης μετέσχε καὶ τόν τε Ἀντίοχον ἔτρεψαν, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ εἷλον. Καὶ ὁ μὲν ἐς τὴν Χαλκίδα εὐθὺς ἀπεχώρησε· μαθὼν δὲ τὸν ὕπατον προσιόντα, ἐς τὴν Ἀσίαν ἀνεκομίσθη λαθών· καὶ τὴν μὲν Βοιωτίαν, καὶ τὴν Εὔβοιαν ὁ Γλαβρίων αὐτίκα κατέσχε. τῇ δ' Ἡρακλείᾳ, μὴ βουληθέντων αὐτῷ προσχωρῆσαι τῶν Αἰτωλῶν, προσβολὰς ἐποιεῖτο· καὶ τὴν μὲν κάτω πόλιν πολιορκίᾳ εἷλε, τοὺς δ' ἐς τὴν ἀκρόπολιν διαφυγόντας, ὁμολογίᾳ παρεστήσατο. Ἐν δὲ τοῖς τότε ζωγρηθεῖσι καὶ Δημόκριτος ὁ στρατηγὸς τῶν Αἰτωλῶν ἐγένετο, ὃς τῷ Φλαμινίῳ ποτὲ τὴν συμμαχίαν ἠρνήσατο, καὶ ψήφισμα ἐκείνου αἰτήσαντος, ἵν' ἐς τὴν Ῥώμην πέμψῃ, Θάρρει, ἔφη, ἐγὼ γὰρ αὐτῷ κομιῶ μετὰ τοῦ στρατοῦ, καὶ παρὰ τῷ Τιβέριδι ὑμῖν ἀναγνώσομαι. Τοῦ Φιλίππου δὲ τὴν Λαμίαν πολιορκοῦντος, ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὴν ὁ Γλαβρίων, καὶ τήν τε νίκην, καὶ τὴν λείαν ἐσφετερίσατο· τῶν μέν τοι Αἰτωλῶν οἱ λοιποί, συναλλαγῆναι μὲν ἠθέλησαν, οὐκ ἐσπείσαντο δὲ τοῦ Ἀντιόχου πρέσβεις αὐτοῖς, καὶ χρήματα πέμψαντος· ἀλλὰ πρὸς πόλεμον ἡτοιμάζοντο· Καὶ ὁ Φίλιππος, ὑπεκρίνετο μὲν τὴν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους φιλίαν, τὰ δὲ τοῦ Ἀντιόχου ἐφρόνει. Ἐν τούτῳ δὲ Ναύπακτον ὁ Γλαβρίων τῶν Αἰτωλῶν οὖσαν ἐπολιόρκει, οὓς ἐλθὼν ὁ Φλαμίνιος ἔπεισε σπείσασθαι, γνωρίμους αὐτοῖς ἔχων· καὶ πρέσβεις ἐς τὴν Ῥώμην ἐκεῖνοί τε καὶ οἱ Ἠπειρῶται ἔστειλαν· καὶ ὁ Φίλιππος στέφανον νικητήριον τῷ Διῒ τῷ Καπιτωλίῳ πέμψας, ἄλλα τε ἀντειλήφει, καὶ τὸν υἱὸν Δημήτριον ἐν Ῥώμῃ ὁμηρεύοντα· τοῖς δ' Αἰτωλοῖς σπονδαὶ οὐκ ἐγένοντο· οὐ γὰρ ἐλαττωθῆναί τι κατεδέξαντο.

Κοϊ. ΚΑΣΣΙΟΥ ΔΙΩΝΟΣ ΚΟΚΚΗΙΑΝΟΥ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΙΘ.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩΙ ΒΙΒΛΙΩΙ ΙΘ.

ΤΗΣ ΔΙΩΝΟΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὡς τὸν Ἀννίβαν οἱ Ῥωμαῖοι περὶ Παμφυλίαν ἐνίκησαν.

β'. Ἡ μεταξὺ Σκιπιώνων καὶ Ἀντιόχου μάχη· καὶ ὡς ἡττηθεὶς, ἐς τὴν Συρίαν ἀνεχώρησεν.

γ'. Ὡς Κν. Μάνλιος, καὶ τὸν υἱὸν Ἀντιόχου, ὅμηρον δοῦναι ἐκέλευσεν.

δ'. Ὡς Ἀννίβας ἐκδοθῆναι μέλλων τῷ Μανλίῳ, πρὸς τὸν Προυσίαν τὸν βασιλέα προκατέφυγεν.

ε'. Ὡς Σκιπίωνες κατεψηφίσθησαν διὰ φθόνον.

ς'. Αἱ τοῦ Μανλίου νῖκαι μέχρι τῆς Καππαδοκίας.

ζ'. Ὡς Μάρκῳ Φουλουίῳ τὴν ἐς τοὺς Αἰτωλοὺς Ἑλλάδα ἀπεδῶντο οἱ Ῥωμαῖοι.

η'. Ἡ τῆς Ἀμβρακίας θαυμαστὴ ἀντιμαχία· καὶ εἶτα εἰρήνη πρὸς τοὺς Αἰτωλούς.

θ'. Ὡς τὰ ὅπλα, ἃ τοῖς Γαλάταις ἀφείλετο ὁ Μάρκελλος, οἱ Ῥωμαῖοι αὐτοῖς, ἐπὶ τῷ εὐθὺς ἀναχωρῆσαι, πάντα ἀπέδωκαν.

ι'. Ὡς Ἀννίβας προμαθὼν ἑ, παρὰ Προυσίου ἐκδοθῆναι τοῖς Ῥωμαίοις, ἑαυτὸν διεχρήσατο.

ια'. Ὡς Δημήτριος ἐκ διαβολῆς, ὑπὸ τοῦ πατρὸς φάρμακον πιεῖν ἀναγκασθεὶς, ἐτελεύτησεν.

ιβ'. Ὡς ὁ Περσεὺς ἐνεωτέρισε, καὶ σὺν τοῖς Ῥωμαίοις χρονίως ἐπολέμησεν.

ιγ'. Ἡ παντὸς τοῦ πολέμου σὺν τῷ Περσεῖ ἐπάλλαξις· καὶ ὡς Περσεὺς ἡττηθεὶς καὶ ἀπελπίσας, ἐθελοντὴς ἔδωκεν ἑαυτὸν τῷ Παύλῳ.

ΧΡΟΝΟΥ ΠΛΗΘΟΣ ΕΤΗ Θ̄.

ἐν οἷς ἄρχοντες οἱ ἀριθμούμενοι, οἵδε ἐγένοντο.

Λ. Κορνήλιος Λέντουλος, καὶ Γ. Λαίλιος.
Μ. Φουλούιος Νωβίλιωρ, καὶ Κν. Μάλλιος Οὐλσων.
Μ. Οὐαλέριος Μεσσάλας, καὶ Γ. Λιούιος Σαλινάτωρ.
Μ. Αἰμίλιος Λέπιδος, καὶ Γ. Φλαμίνιος.
Σπ. Ποστούμιος Ἀλβῖνος, καὶ Κοίν. Μάρκιος Φίλιππος.
Απ. Κλαύδιος Πούλχρος, καὶ Μ. Σεμπρώνιος Τουδιτανός.
Π. Κλαύδιος Πούλχρος, καὶ Λ. Πόρκιος Λικῖνος.
Μ. Κλαύδιος Μάρκελλος, καὶ Κοιν. Φάβιος Λαβεών.
Κν. Βαίβιος Τάμφιλος, καὶ Λ. Αἰμίλιος Παῦλλος.

ΕΠῚ δὲ τὸν Ἀντίοχον οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς Σκιπίωνας ἔταξαν, τόν τε Ἀφρικανὸν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Λούκιον· οἱ τοῖς μὲν Αἰτωλοῖς ἀνοχὴν ἔδωκαν, ἐν ᾧ ἐς τὴν Ῥώμην αὖθις ὑπὲρ τῆς εἰρήνης πρεσβεύσωνται· ἠπείγοντο δ' ἐπὶ τὸν Ἀντίοχον·

καὶ

Q. CASSII DIONIS COCCEJANI

ROMANÆ HISTORIÆ

LIBER DECIMUSNONUS.

HÆC AUTEM INSUNT IN LIBRO XIX.

DIONIS ROMANÆ HISTORIÆ.

1. Ut a Romanis Hannibal juxta Pamphyliam victus eſt.
2. Pugna inter Scipiones, & Antiochum: qui victus, in Syriam ſe recepit.
3. Ut Cn. Manlius, etiam ab Antiocho ſuum filium, obſidem dari juſſit.
4. Ut Hannibal dedi proximus Cn. Manlio, ad Bithyniæ regem Pruſiam confugit.
5. Ut Scipiones ex invidia ſunt damnati.
6. Victoriæ Manlii uſque ad Cappadociam.
7. Ut Græciæ provincia in Ætolos, M. Fulvio eſt decreta.
8. Ambraciæ mira defenſio: & pax poſtmodum cum Ætolis.
9. Ut, quæ M. Marcellus, Gallis res novas molientibus, arma ademit; Romani ex pacto, ut ſtatim excederent ex Italia, reſtituerunt.
10. Ut Hannibal, ſe præſentiens ab Antiocho Romanis dedi, ſibi necem conſcivit.
11. Ut Demetrius, ex calumnia, a patre venenum bibere coactus, obiit:
12. Ut Perſeus deficit a Romanis, & cum iis diu bellum gerit.
13. Totius belli Perſici alternatio: & ut deſperatis rebus, Perſeus victus, ſe Paulo Æmilio ultro prodidit.

TEMPORIS SPATIUM ANNI IX.

In quibus, hi qui ſequuntur, fuerunt Conſules.

A.U.C.
562. L. Cornelius Lentulus, & C. Lælius.
563. M. Fulvius Nobilior, & Cn. Manlius Vulſo.
564. M. Valerius Meſſala, & C. Livius Salinator.
565. M. Æmilius Lepidus, & C. Flaminius.
566. Sp. Poſtumius Albinus, & Q. Marcius Philippus.
567. Ap. Claudius Pulcher, & M. Sempronius Tuditan.
568. P. Claudius Pulcher, & L. Porcius Licinius.
569. M. Claudius Marcellus & Q. Fabins Labeo.
570. Cn. Bæbius Tamphilus, & L. Æmilius Paullus.

COntra Antiochum verò Romani, Scipiones, Africanum, & Lucium fratrem ejus miſerunt: qui Ætolis inducias dederunt, dum Romā pro pace denuo feriēda legatos mitterent. Quoniam verò contra Antiochum properabant, in Ma-

cedo-

cedoniam profecti; acceptis a Philippo auxiliis, per Helleſpontum in Aſiam trajecerunt. Sane verò eo uſque progreſſi; maximam maritimæ oræ partem, a Romanis (qui prius eò venerant) atque ab Eumene, & Rhodiis præoccupatam invenerunt. Ab his autem, Hannibal etiam, dum naves aliquot e Phœnicia ducebat, juxta Pamphyliam victus eſt. Porro Eumenes, & Attalus ejus frater, Antiochi interea vaſtabant regnum, & hinc urbes illius partim ultro, partim coactæ ad Romanos defecerunt. Ex quo neceſſitas Antiocho facta eſt, excedendi prorſus Europa, & Seleucum filiũ e Lyſimachia revocandi; quem reverſum cum copiis, Pergamum amandavit. Interea verò dum in urbis obſidione nihil ipſe proficiebat, Scipiones etiam adventarunt: proinde Antiochus ſtatim miſſo caduceatore; inde pacis impetrandæ concepit ſpem, quod captum filium Africani, honorificentiſſime tractaret: eumque tandem, quamvis ſpe ſua fruſtratus, gratis dimiſit. Quo minus autem pax fieret, in cauſa fuere conditiones, quas Romani tulerant, non acceptæ. Cum ad tempus igitur quieviſſent, tum ad arma concurſum eſt. Pugnæ autem hæc fuit ratio. Antiochus primo loco currus diſpoſuit, ſecundo elephantos, & poſt ipſos, funditores, & ſagittarios. Et curruum quidem impetum Romani, excurſione priores facta, ſublatoque magno clamore in eos illati, retuderunt, ita ut multi eorum, in elephantos rurſus converſi, amicorum aciem turbaverint. Ipſi namque temere ferebantur & commilitones ſuos & terrebant, & diſſipabant. Sagittarii verò, & funditores, magno ſunt imbre debilitati. Magna ad hæc, & denſa nebula, Romanos quidem (tanquam præpotentes, & cominus totis viribus pugnantes) nihil impediit; adverſarios verò territos, qui ſagittariis, equitatuque maxime utebantur, proſpectu ad dirigenda tela eis adempto, inter ſeſe, utpote in tenebris oberrantes, offendit plurimum.

Antiochus attamen, cataphractis ſuis equitibus, adverſum cornu profligavit, & uſque

καὶ ἐπὶ Μακεδονίαν ἐλθόντες, συμμάχους τε λαβόντες ἐκ τοῦ Φιλίππου, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἤλασαν· καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν περαιωθέντες τὰ πλεῖστα τῶν παραθαλασσίων κατέλαβον, προκατειλημμένα παρὰ τῶν ἐκεῖ προκατελθόντων Ῥωμαίων. Πρός δὲ καὶ τοῦ Εὐμένους, καὶ τῶν Ῥοδίων, οἳ καὶ τὸν Ἀννίβαν ναῦς τινας ἐκ Φοινίκης ἄγοντα, περὶ Παμφυλίαν ἐνίκησαν· καὶ Εὐμένης δὲ καὶ Ἄτταλος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν χώραν ἐκάκουν τοῦ Ἀντιόχου· καὶ πόλεις, αἱ μὲν βίᾳ, αἱ δ' ἑκοῦσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους μεθίσταντο, ὥστε ἐκ τούτων ἀναγκασθῆναι τὸν Ἀντίοχον, τὴν Εὐρώπην τε παντελῶς ἐκλιπεῖν, καὶ τὸν υἱὸν Σέλευκον ἀπὸ τῆς Λυσιμαχίας ἐπαγαγεῖν· ὃν ἐπανελθόντα, σὺν δυνάμει ἐπὶ τὸν Πέργαμον ἔπεμψεν. Ὡς δὲ προσεδρεύσας τῇ πόλει οὐδὲν ἐπέραινε, καὶ οἱ Σκιπίωνες ἐπῆλθον, εὐθὺς αὐτοῖς ἐκεκηρυκεύσατο, προσδοκήσας πείσεσθαι τῆς εἰρήνης, ὅτι τὸν Ἀφρικανοῦ υἱὸν συλλαβὼν, ἐν θεραπείᾳ εἶχε πολλῇ· καὶ τέλος καίπερ τῶν σπονδῶν ἁμαρτὼν, ἄνευ λύτρων ἀφῆκεν αὐτόν. Οὐκ ἐγένετο δὲ ἡ εἰρήνη, τοῦ Ἀντιόχου, ἃ οἱ Ῥωμαῖοι ἀπῄτουν, μὴ συνθεμένου, ποιῆσαι· τέως μέν τοι ἐπὶ πολὺ ἡσύχασαν, εἶτα καὶ ἐπολέμησαν· ὁ δὲ ἀγὼν οὕτως ἐγένετο. Πρῶτα τὰ ἅρματα, εἶτα τοὺς ἐλέφαντας ὁ Ἀντίοχος ἔταξε, καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς σφενδονήτας, καὶ τοὺς τοξότας. Τὴν μὲν οὖν ἐκδρομὴν τῶν ἁρμάτων προεκδραμόντες οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ μετὰ κραυγῆς σφίσι πολλῆς ἀντιμέτωποι προσπεσόντες, ἀνέκοψαν, ὥστε τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐς τοὺς ἐλέφαντας τραπόμενα πάλιν, τὸ οἰκεῖον συνεταράξαι· αὐτοί τε γὰρ ἐπλανῶντο, καὶ τοὺς ἐπιτεταγμένους σφίσιν ἐκφοβήσαντες, διεσκέδασαν· τὴν δὲ τοξείαν, καὶ τὴν σφενδόνησιν, ὄμβρος πολὺς ἐπιγενόμενος, ἀσθενῆ ἐποίησεν. Ὁμίχλη τε πλείστη, καὶ ἀγχεμάχους ἐκ χειρὸς μαχομένους, οὐδὲν ἐνεπόδισε· τοὺς δ' ἐναντίους οἷα πεφοβημένους ἵππῳ τε καὶ τοξείᾳ τὸ πλεῖστον χρωμένους, τήν τε πρόοψιν ἐς τὰ τοξεύματα ἀφείλετο, καὶ περὶ ἀλλήλους, ὡς ἐν σκότῳ πλανωμένους ἔσφηλεν.

2. Ὅμως δ' οὖν ἴσχυσεν ὁ Ἀντίοχος, τοῖς καταφράκτοις ἱππεῦσι τοὺς ἀντιτάξαντας αὐτῷ τρε-

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR. Valeſii pag. 609. ὅτι.

Seleucus Antiochi filius interceptum Africani filium, dum e Græcia navigaret, ad patrem Antiochum miſit. Is adoleſcentem benigne atque honorifice habuit, ac repetenti ſæpius patri, pretiumque in redemptionem offerenti, reddere noluit; nec tantum ulla juvenem injuria affecit; quin imo potius omni ſtudio ac diligentia fovit: ac tandem, tametſi pacem haud impetrare potuiſſet, ſine pretio ad patrẽ remiſit.

Σέλευκος ὁ τοῦ Ἀντιόχου [τὸν τοῦ Ἀφρικανοῦ υἱὸν] διαπλέοντα, ἐκ τῆς Ἑλλάδος [λαβὼν, ἐν θεραπείᾳ πολλῇ] ἐποιεῖτο· ἀπολυτρῶσαι μὲν γὰρ καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πολλὰ δεηθέντος, οὐκ ἠθέλησεν· οὐ μὴν οὐδὲ κακὸν εἰργάσατο, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἰσχυρῶς περιεῖπε· [καὶ τέλος καίπερ τῶν σπονδῶν ἁμαρτὼν, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων.]

τρεψάμενος, μέχρι τοῦ στρατοπέδου ἐλθεῖν ἐπιδιώκων αὐτούς· καί γε εἷλεν ἂν αὐτὸ, εἰ μὴ Μάρκος Αἰμίλιος Λέπιδος, ὁ τὴν φρουρὰν αὐτοῦ ἔχων, τοὺς πρώτους προσιόντας τῶν Ῥωμαίων ἀπέκτεινεν, ἐπεὶ μὴ ἔπεισεν αὐτοὺς τῆς φυγῆς ἐπιχεῖν· ἐκ γὰρ τούτου ἐκεῖνοί τε οἱ λοιποὶ ὑποστρέψαντες, καὶ αὐτὸς ἀκραιφνέσιν ἐπεκδραμὼν τοῖς φρουροῖς, ἀπεώσαντο τὸν Ἀντίοχον. Ἐν ᾧ δὲ τοῦτ᾽ ἐγίνετο, Ζεῦξις καθ᾽ ἕτερον μέρος τῷ ταφρεύματι προσβαλὼν, εἴσω τε αὐτοῦ εἰσῆλθε, καὶ ἁρπαγὴν ἐποιεῖτο, μέχρις οὗ ὁ Λέπιδος ᾔσθετο· τότε γὰρ κἀκεῖνος τὸ σφέτερον ἐρρύσατο, καὶ ὁ Σκιπίων τὸ τοῦ Ἀντιόχου εἷλε, καὶ ἐν αὐτῷ, πολλοὺς μὲν ἀνθρώπους, πολλοὺς δ᾽ ἵππους, ὑποζύγια, ἀργύριον, χρυσίον, ἐλέφαντας, ἄλλα τε πολλὰ, καὶ πολυτελῆ εὗρε· καὶ ὁ μὲν Ἀντίοχος ἡττηθεὶς, αὐτίκα ἐς τὴν Συρίαν ἀνεχώρησεν· οἱ δ᾽ Ἕλληνες, οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, τοῖς Ῥωμαίοις προσέθεντο. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνακωχή τις, ἐπικηρυκευσαμένου τοῦ Ἀντιόχου, ἐσπείσθη· ὅ τε γὰρ Ἀφρικανὸς εὐνοικῶς οἱ, διὰ τὸν υἱὸν εἶχε, καὶ ὁ ὕπατος οὐκ ἤθελε τὴν νίκην τῷ διαδόχῳ πλησιάζοντι καταλελοιπέναι· οὔκουν οὐδὲ ἐπέταξαν τῷ Ἀντιόχῳ πλέον οὐδὲν, ἢ ὅσα καὶ πρὸ τῆς μάχης ᾔτουν· διὸ καὶ Γναῖος Μάλλιος ὁ τὴν ἀρχὴν σφῶν διαδεξάμενος, οὐκ ἠρκέσθη τοῖς συγκειμένοις, ἀλλὰ πλείω αὐτὸν ἀπῄτησε. Πρὸς δὲ καὶ ὁμήρους δοῦναι ἐκέλευσεν, ἄλλους τε καὶ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον, καὶ τοὺς αὐτομόλους πάντας ἐκδοῦναι, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἀννίβας ἦν· καὶ ὁ Ἀντίοχος καὶ ἄκων, πρὸς ἅπαντα ἐπειθάρχησεν, οὐ μέντοι καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκδοῦναι ἠδυνήθη· πρὸς γὰρ Προυσίαν τὸν βασιλέα τῶν Βιθυνῶν προκατέφυγε. Καὶ ὁ μὲν Ἀντίοχος πρέσβεις ἐπὶ τούτοις ἐς τὴν Ῥώμην πέμψας ἐσπείσατο· Σκιπίων δὲ Λούκιος (a) ἐπῃνεῖτο ἐπὶ τῇ νίκῃ, καὶ τὴν τοῦ Ἀσιατικοῦ ἐπωνυμίαν δι᾽ αὐτὴν ἔχειν, ὥσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Ἀφρικανὸς ἐπεκλήθη, τῆς Καρχηδόνος κρατήσας. (b) Τοιοῦτοι δ᾽ οὖν ἄνδρες οὗτοι γενόμενοι, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον δόξης ἐλθόντες ἐξ ἀρετῆς, δικαστηρίῳ, καὶ τῷ δήμῳ,

uſque ad caſtra eſt perſecutus; eaque forſitan cæpiſſet, niſi M. Æmilius Lepidus, ad ea cuſtodienda relictus, Romanorum primos, qui eo accedebant, occidiſſet; poſtquam eis, ut fugam ſiſterent, perſuadere nequivit. Tum enim illorum reliqui redierunt in hoſtem, & ipſe cum integris præſidiariis excurſione facta, repulit Antiochū. Interea verò dum hæc agebantur, ex parte alia in vallum irrupit Zeuxis, illudque diripuit; donec Lepidus re animadverſa, & ſua ipſe caſtra defendit; & ea Antiochi cæpit Scipio. In iis quippe mortales multos, multoſque equos, & jumenta; argentum, aurum, ebur, aliaſque res pretioſas, Scipio nactus eſt. Et Antiochus quidem victus, ſtatim in Aſiam ſe recepit; Aſiani verò Helleniſtæ, ad Romanorum ſe amicitiam contulerunt. Poſthæc autem petenti Antiocho, quædam induciæ factæ ſunt. Nam & Scipio propter filium, ei bene cupiebat, & Conſul, victoriam ſucceſſori appropinquanti relinquere, nolebat. Cum igitur Antiocho, nihil aliud im poſuiſſent, quam ea, quæ ante pugnam poſtularunt; Cn. Manlius eorum ſucceſſor, pactione illa haud contentus, exegit ab eo plura: & inter obſides, ipſius etiam filium Antiochum, & transfugas omnes dedere juſſit: inter quos etiam erat Hannibal. Atque his poſtulatis, Antiochus vel invitus parere coactus eſt: verum Hannibalem dedere non potuit; quod ad Pruſiam Bithyniæ regem confugerat: Hinc legatis Romam miſſis Antiochus; iis tantum conditionibus pacem fecit. L. verò Scipio ea victoria magnam adeptus laudem, Aſiatici cognomentum ex Provincia reportavit, inſtar fratris, qui ſubacta Carthagine, illud retulerat Africani. Hi autem tanti viri, tantamq. virtute gloriam adepti; non multo poſt in judicium adducti, & populi poteſtati ſubjecti ſunt: & Lucius quidem repetundarum damnatus

DIO APUD CONSTANT. AUG. PORPHYR. Valeſii pag. 609.

Ἐφθόνουν τοῦ Σκιπίωνος πολλοὶ, ὅτι δύω ἀδελφοὶ γένους τε καὶ ἀρετῆς εὖ ἥκοντες, τά τε ἄλλα κατεπράξαν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἐπικλήσεις τοιαύτας ἔλαβον· ἐπεὶ [ὅτι γε οὐδὲν ἠδίκουν, δηλοῦνται μὲν] καὶ τοῖς εἰρημένοις· ἀπεδείχθη δὲ ὅτι μᾶλλον τῷ [τοῦ Ἀσιατικοῦ δημεύσει τῆς οὐσίας,] ἐν ᾗ μηδὲν [πλέον τῶν προϋπαρχόντων] οἱ εὑρέθη· καὶ τῷ γοῦν [Ἀφρικανοῦ ἐς Λίτερνον] ἀναχωρήσει, κἀνταῦθα [μέχρι τῆς] τοῦ βίου [τελευτῆς] ἰδιωτεύσει· τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἀπήντησε νομίζων τῷ τῆς ἀρετῆς ἀληθείᾳ περιέσεσθαι.

Adverſus Scipionem multorum invidia flagrabat: quum duo fratres virtute ac nobilitate præſtantes, cum alia multa præclare geſſerant, de quibus dictum a nobis eſt; tum ejuſmodi cognomina acceperant. At hercle eorum innocentia non modo ex antedictis, ſed vel ex eo maxime declarata eſt; cum bona Aſiatici publicata ſunt: in quibus nihil præter illa quæ antea poſſederat, repertum eſt: ac præterea ex Africani ſeceſſu in oppidum Liternum, ubi uſque ad exitum vitæ privatus permanſit. Primò enim ad cauſam dicendum affuit, ratus innocentiam ac veritatem fore calumnia potiorem.

(a) U.C. 562.

(b) Quod hic ſubditur: μέγιστον ἐν τῷ Ἀφρικῇ δυνηθείσης; ut manifeſtum & ineptum Zonaræ reſecui aſſumentum.

tus eſt, quaſi multa ex manubiis ſubtraxiſſet: Africanus verò, quod pactiones feciſſet, cauſa filii mitiores. Sed invidia fuit vera cauſa damnationis. Eos enim fuiſſe inſontes, cum aliunde patet, tum ex eo, quod bonis Aſiatici publicatis; nihilo plus eſt repertum, quam ante habuerat: & quod Africanum antequam in eum ſuffragia mitterentur, Liternum profectum (ubi uſque ad mortem ultro exſulavit) nemo amplius condemnavit.

Manlius autem tum Piſidiam, Lycaoniam, Pamphyliam, & Galatiæ ſive Aſianæ Galliæ magnam partem ſubegit; ibi enim etiam eſt gens Gallica, eo ex Europa profecta. Cum namque olim Brennum, eorum regem creaſſent; Græciam & Thraciam pervagati, atque inde in Bithyniam tranſgreſſi; quibuſdam Phrygiæ, Paphlagoniæ, Myſiæ ad Olympum, & Cappadociæ partibus occupatis; peculiarem gentem, qui Galatæ appellantur, condiderunt. Hi ergo etſi Manlio negotium faceſſerunt; Ancyra tamen eorum urbe, primo impetu ab eo capta; ipſi etiam victi ſunt, & cæteri deditione ſubacti. Poſtquam autem hæc geſſit Manlius, & ab Ariarathe Cappadocum rege, argenti magnam accepit vim, pro pace data; domum receſſit. Ætoli verò etſi legatos bis pro pace Romam miſiſſent, ipſi tamen ultro rebus novis iterum ſtuduerunt: quamobrem Romani legatis ſtatim rejectis, M. Fulvio Græciam Provinciam decreverunt. Qui primum Ambraciam, urbem magnam aggreſſus eſt, (ea olim Regia fuit Pyrrhi, tunc autem Ætolis erat obnoxia) eamque obſedit: ac tunc Ætoli de pace iterum verba fecerunt Fulvio. Qui quum ea colloquia eſt averſatus; ipſi ſui exercitus partem, Ambraciam intromiſerunt. Romani ſane per cuniculos quoſdam, urbem capere aggreſſi, eam a longinquo ſuffoderunt: quod obſeſſi principio non ſenſerunt. Poſtquam autem humus fuit exaggerata, ſuſpicati quid rei eſſet; quia tamen, ubi foderetur ignorabant; æreum clypeum, humi mœnibus applicarunt, eque ſonitu, locum deprehenderunt. Proinde intrinſecus viciſſim ſuffoſſis mœnibus, cum Romanis occulta prælia commiſerūt; ac tandem dolum hujuſmodi excogitarunt. Dolio magno repleto plumis, ignem in ipsū injecerunt, eique æreum operculum, multis perforatum locis, addiderunt. Tum ore dolii, obverſo hoſtibus in cuniculis; fundo-

δήμῳ, οὐ πολλῷ ὕστερον παρεδόθησαν· καὶ ὁ μὲν Λούκιος κατεψηφίσθη, ὡς τάχα πολλὰ ἐκ τῆς λείας σφετεριστάμενος· Ἀφρικανὸς δὲ, ὡς ἐπιεικεστέρας τὰς συνθήκας διὰ τὸν υἱὸν ποιησάμενος· τὸ δ' ἀληθὲς, διὰ φθόνον. Ὅτι δ' οὐδὲν ἠδίκουν, δηλοῦται μὲν καὶ ἄλλοθεν· οὐχ ἥκιστα δὲ, ὅτι καὶ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀσιατικοῦ δημευθείσης, οὐδὲν πλέον τῶν αὐτῷ προϋπαρχόντων εὑρέθη· ὅτι δὲ τοῦ Ἀφρικανοῦ ἐς τὸ Λίτερνον πρὸ ψήφου ἀναχωρήσαντος, καὶ μέχρι τελευτῆς ἐκεῖ καταμείναντος, οὐδεὶς αὐτοῦ ἔτι κατεψηφίσατο.

3. Ὁ δέ γε Μάλλιος Πισιδίαν, Λυκαονίαν τε καὶ Παμφυλίαν, τῆς τε Γαλατίας τῆς Ἀσιανῆς πολλὰ προσηγάγετο· ἔστι γάρ τι κἀνταῦθα γένος αὐτῶν ἐκ τοῦ Εὐρωπαίου ἀποδάσμιον. Βρέννον γάρ ποτε βασιλέα σφῶν προστησάμενοι, τήν τε Ἑλλάδα, καὶ τὴν Θρᾴκην ἐπέδραμον, κἀκεῖθεν ἐς τὴν Βιθυνίαν διαβάντες, μέρη τινὰ τῆς τε Φρυγίας, καὶ τῆς Παφλαγονίας, τῆς τε Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ, καὶ Καππαδοκίας ἀπετέμοντο, καὶ ἐν αὐτοῖς κατῴκησαν, καὶ νῦν ἔθνος ἴδιόν εἰσι, ὄνομα τῶν Γαλατῶν φέροντες. Οὗτοι δὲ πράγματα τῷ Μαλλίῳ παρέχον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐκράτησε· τὴν μὲν Ἄγκυραν τὴν πόλιν ἑλὼν ἐξ ἐπιδρομῆς, τοὺς δ' ἄλλους ὁμολογίᾳ παραστησάμενος. Πράξας δὲ ταῦτα, καὶ συχνὸν παρὰ Ἀριαράθους τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως ἀργύριον ἐπὶ εἰρήνῃ λαβὼν, ἀπῆρεν οἴκαδε· οἱ δ' Αἰτωλοὶ πρέσβεις τὸ δεύτερον ὑπὲρ εἰρήνης ἐς τὴν Ῥώμην πέμψαντες, αὐτοὶ αὖθις ἐνεωτέριζον· διὰ οἱ Ῥωμαῖοι τούς τε πρέσβεις εὐθὺς ἀπεπέμψαντο, καὶ Μάρκῳ Φουλουΐῳ (a) τὴν Ἑλλάδα ἀνέθεντο· ὁ δ' ἐς Ἀμβρακίαν τὴν πόλιν πρῶτον ὥρμησε, μεγάλην οὖσαν (καὶ γάρ ποτε τοῦ Πύῤῥου βασίλειον, τότε δὲ κατείχετο πρὸς τῶν Αἰτωλῶν) καὶ ἐπολιόρκει αὐτήν. Οἱ οὖν Αἰτωλοὶ πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ εἰρήνης διειλέχθησαν· ὃς δ' οὐκ ἠθέλησε σπείσασθαι, μέρος τι τοῦ στρατοῦ ἐς τὴν Ἀμβρακίαν εἰσέπεμψαν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι δι' ὑπονόμου τινὸς ἐπεχείρησαν τὴν πόλιν εἱλεῖν, καὶ διώρυσσον πόῤῥωθεν, καὶ τέως μὲν ἐλάνθανον τοὺς πολιορκουμένους· ἐπεὶ δ' ὁ χοῦς ἠθροίσθη, ὑπετόπησαν τὰ γινόμενα. Ἀγνοοῦντες δ' ὅπῃ ὀρύσσοιτο, χαλκῆν ἀσπίδα κατὰ τὸν περίβολον πρὸς αὐτὸ ἐτίθουν τὸ δάπεδον· καὶ διὰ τῆς ἠχῆς τὸν τόπον γνόντες, καὶ αὐτοὶ ἀντώρυσσον ἔνδοθεν, καὶ πελάσαντες τοῖς Ῥωμαίοις (b) ἦσαν ἐς μάχας κρυπτάς. Τέλος δέ τι τοιοῦτον ἀντεμηχανήσαντο. Πίθον μέγαν πτίλων πληρώσαντες, πῦρ ἐς αὐτὸν ἐνῆκαν, καὶ πῶμα χαλκοῦν αὐτῷ πολλαχῆ τετρημένον ἐνέθηκαν, καὶ ἐς τὸν ὑπόνομον τὸν πίθον κομίσαντες, καὶ πρὸ πολεμίους τρέψαντες τὸ στόμα αὐτοῦ, ἀκροφύσιόν οἱ, κατὰ τὸν πυθμένα ἐνέβαλον,

(a) U. C. 563. (b) U. C. 564.

καὶ τούτῳ φύσας προσφέροντες, πλεῖστον καὶ δυσχερῆ καπνὸν, οἷα ἐκ πηλῶν ἐκθορεῖν ἐποίουν, ὃ οὐδεὶς τῶν Ῥωμαίων ὑπέμενεν· ὅθεν ἀπογνόντες οἱ Ῥωμαῖοι ἐσπείσαντο, καὶ τὴν πολιορκίαν κατέλυσαν.

4. Ὁμολογησάντων δ᾽ αὐτῶν, καὶ οἱ Αἰτωλοὶ μετεβάλοντο, καὶ διεπράξαντο ἀνοχὴν, εἶτα καὶ εἰρήνην παρὰ τοῦ δήμου, πολλὰ μὲν χρήματα, πολλοὺς δὲ καὶ ὁμήρους δόντες· καὶ ὁ Φουλούιος τὴν Κεφαλληνίαν ὁμολογίᾳ παρεστήσατο. Γαΐου δὲ Φλαμινίου, καὶ Λεπίδου ὑπατευόντων (a) μετέπειτα, ὁ Ἀντίοχος ἔθανε, καὶ αὐτὸν ὁ υἱὸς ὁ Σέλευκος διεδέξατο. Τελευτήσαντος δὲ κἀκείνου πολλῷ ὕστερον, ὁ ἐς τὴν Ῥώμην ὁμηρεύσας Ἀντίοχος ἐβασίλευσεν. Ὁ δέ γε Φίλιππος ἐτόλμησε μὲν νεωτερίσαι, ὅτι πόλεών τινων ἐστερήθη ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ πρὸς ταῖς δὲ καὶ Αἴνου, καὶ Μαρωνείας· οὐκ ἠδυνήθη δὲ διὰ τὸ γῆρας, καὶ διὰ τὰ περὶ τοὺς παῖδας συνενεχθέντα αὐτῷ. Καὶ Γαλάται τινὲς τὰς Ἄλπεις ὑπερβάντες, πόλιν ἐντὸς αὐτῶν κτίσαι ἠθέλησαν· ὧν ὁ Μάρκος ὁ Μάρκελλος τά τε ὅπλα ἀφείλετο, καὶ τἄλλα ὅσα ἐπεκομίζοντο· οἱ δ᾽ ἐν τῇ Ῥώμῃ πρεσβευσαμένοις σφίσιν ἐπὶ τῷ εὐθὺς ἀναχωρῆσαι, ταῦτα ἀπέδωκαν. Τότε δὲ καὶ ὁ Ἀννίβας ἀπέθανε· πρέσβεων γὰρ πρὸς τὸν Προυσίαν τὸν τῆς Βιθυνίας κρατοῦντα πεμφθέντων ἐκ Ῥώμης δι᾽ ἄλλα τέ τινα, καὶ ὅπως καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐκδοίη παρ᾽ αὐτῷ ὄντα, προμαθὼν τοῦτο ἐκεῖνος, καὶ διαδρᾶναι μὴ οἷός τε ὢν, ἑαυτὸν διεχρήσατο· χρησμοῦ δέ ποτε αὐτῷ γενομένου, ἐν τῇ Λιβύσσῃ τεθνήξεσθαι· ὁ μὲν ἐν τῇ πατρίδι τῇ Λιβύῃ προσεδόκα θανεῖν, ἔτυχε δὲ θνή-

σκων

que inflato ex inſerto folle; maximum, moleſtiſſimumque fumum, ut ea fert materia, excitarunt: quem cum nemo Romanorum ferre poſſet; deſperata expugnatione urbis, ac obſidione ſoluta, fecerunt pacē.

Poſt Ambraciotarum autem deditionem, Ætoli quoque mutati; primo inducias, mox pacem etiam, a Romanis impetraverunt, magna numerata pecunia, & obſidibus datis multis. Fulvius verò Cephaleniam deditione cœpit, Peloponneſum ſeditione laborantem compoſuit. Deinde C. Flaminio & Æmilio Lepido Coſſ. Antiochus defunctus eſt, eique Seleucus filius ſucceſſit: quo & ipſo, multo poſt fato functo, Antiochus qui Romæ obſes erat, regnum ſuſcepit. Philippus autem interea res novas moliri auſus, urbibus quibuſdam Theſſalicis, & Æno, Maroneaque ereptis; nihil gerere ob ſenectutem, & filiorum caſum potuit. Ad hæc Galli quidam Alpibus ſuperatis, urbem inter eas condere ſtatuerunt; ipſis verò M. Marcellus arma, & cætera, quæ domo attulerant, ademit. Eorum autem legatis Romani (ex pacto inito, ut excederent mox Italia) cuncta illa reſtituerunt. Sane verò eo tempore, interiit quoque Hannibal. Legatis namque, ad Pruſiam regem Bithyniæ Roma miſſis, tum ob alia, tum ut Hannibalem, qui apud ipſum degebat, dederet, ubi iſta præſenſit Hannibal, cum fugæ imparem ſe videret, ſibi ipſi conſcivit necem. Hic autem cum aliquando oraculum accepiſſet, ſe in terra Li-

byſſa

DIO APUD CONSTANT. AUG. PORPHYR. Valeſ. pag. 609. 8º.

Οἱ Ῥωμαῖοι τῆς τρυφῆς τῆς Ἀσιανῆς γευσάμενοι, καὶ μετὰ τῆς τῶν λαφύρων περιουσίας, τῆς τε παρὰ τῶν ὅπλων ἐξουσίας, ἐν οἷς τῶν ἡττηθέντων κτήμασιν ἐγχρονίσαντες, καὶ τὴν τε ἀσωτίαν αὐτῶν διὰ βραχέος ἐζήλωσαν, καὶ τὰ πάτρια ἔθη οὐ διὰ μακροῦ κατεπάτησαν. Οὕτω τὸ δεινὸν τοῦτ᾽ ἐκεῖθεν ἀρξάμενον, καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἔπεσε.

Romani cum Aſiaticas delicias ſemel deguſtaſſent, & uberrimis ſpoliis ditati, maxima cum licentia in victorum bonis, armati diutius inſediſſent; brevi luxum Aſianorum æmulati, majorum diſciplinam calcarunt. Ita inde primum exorta mali labes, invecta in urbem eſt.

DIO IBIDEM Valeſ. pag. 610. 8º.

Ὁ Γράκχος ἄλλως τε καὶ ἐκ τοῦ πλήθους ὤν, καὶ ἐδημηγόρει δεινότατα· οὐ μέντοι καὶ ὁμοιότροπος Κάτωνι· ἀλλὰ καί τοι, παλαιάν τινα πρὸς τοὺς Σκιπίωνας ἔχθραν ἔχων, οὐκ ἤνεγκε τὸ γιγνόμενον· ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἀπελογήσατο ἐρήμην κατηγορηθέντος, ὅπως τε μηδεμίαν κηλῖδα λάβοι διεσπουδάσατο· τόν τε Ἀσιατικὸν ἐκώλυσεν ἐς τὸ οἴκημα ἐμβληθῆναι· καὶ διὰ ταῦτα αὐτῷ οἱ Σκιπίωνες τήν τε ἔχθραν κατέλυσαν, καὶ κῆδος συνῆψαν· τὴν γὰρ θυγατέρα τὴν ἑαυτοῦ ὁ Ἀφρικανὸς συνῴκισεν.

Tiberius Gracchus, ortus plebeja familia, in concionibus ad populum vehementiſſimus, diſſimilis tamen M. Catonis erat. Nam tametſi antiquas cum Scipionibus ſimultates exerceret, eam rem tamen minime eſt paſſus, ſed Africanum, qui abſens ab accuſatoribus premebatur, defendit. Neve ei nota ulla infligeretur, omni ſtudio interceſſit; ac poſtremò Aſiaticum in carcerem duci vetuit. Quo circa Scipiones non modò inimicitias cum eo depoſuerunt, ſed affinitatem etiam junxerunt, Cornelia Africani filia ei in matrimonium data.

NOTAE.

Τὸ δεινὸν τοῦτο ἐκεῖθεν ἀρξάμενον] Idem tradit Livius initio lib. 39. *Luxuriæ peregrinæ origo, ab exercitu Aſiatico invecta in urbem eſt. Ii primum lectos æratos, veſtem ſtragulam pretioſam, plagulas, & alia textilia; & quæ tum magnificæ ſupellectilis habebantur, monopodia, & abacos Romam advexerant. Tunc Pſaltriæ, Sambuciſtriæque, &c.* Conſentit & Plinius lib. 33. cap. 11. *Eadem Aſia domita, multo etiam gravius afflixit mores*: & paulo ante: *Aſia primum devicta, luxuriam miſit in Italiam*. Valeſius ibid.

(a) U. C. 565.

byſſa obitum eſſe; in Libya patria ſe deceſſurum putavit. Verum accidit, locum illum, in quo mortem obivit, Libyſſæ nomen habere. Porro tunc etiam Literni deceſſit Scipio Africanus. Philippus autem rex Macedonum, poſtquam Demetrium filium occidit, dum eſſet quoque, Perſeum alterum filium occiſurus, defunctus eſt. Nam cum ob Romanorum amicitiam ex obſidio, Demetrius, cæterique Macedones, regni poſt Philippi obitum, obtinendi ſpem concepiſſent; Perſeus, utpote natu major, Demetrio fratri invidit, eumque patri veluti inſidiantem, calumnia eſt inſectatus. Et hinc Demetrius venenū a patre coactus bibere, periit: Philippus verò, nō multo poſt cognita veritate; Perſeum dum vult ulciſci, morte interceptus, regnum Perſeo vel invitus reliquit: quod ei Romani, paterna amicitia renovata, etiam confirmarunt.

Inſecutis porro temporibus, quædam equidem acciderunt, ſed quæ nec ſunt aliquatenus neceſſaria; nec digna plane, quæ poſteris conſcribantur. Poſt hæc autem, quod Perſeus, Romanorum inimicitiam in ſe ſuſcepit; ut belli moram, dum ſe pararet, produceret; Romam legatos miſit, objecta ſibi crimina, veluti purgaturus. Hos verò inter mœnia Romani non admiſerunt; Senatuque ante portas dato, nihil eis aliud reſponderunt; niſi Conſulem ſe miſſuros, cum quo Perſeus agere poterat, quæque vellet. Eodemque die illos abire juſſerunt, ductores etiam ipſis jungentes, ne cum quoquam colloquerentur; atque Perſeo

σκων ἐν χωρίῳ τινὶ τυγχάνων καλουμένῳ Λιβύσσῃ. Καὶ ὁ Ἀφρικανὸς δὲ Σκιπίων τότε μετήλλαξε. Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, τὸν υἱὸν Δημήτριον ἀποκτείνας, καὶ τὸν ἕτερον υἱὸν τὸν Περσέα μελλήσας φονεύσειν, ἀπέθανεν· ἐπεὶ γὰρ προσφιλὴς τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ τῆς ὁμηρείας ἐγένετο ὁ Δημήτριος, καὶ αὐτός τε, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Μακεδόνων ἤλπιζον, ὅτι μετὰ τὸν Φίλιππον τὴν βασιλείαν λήψεται, ἐφθόνησεν αὐτῷ ὁ Περσεὺς, ἅτε καὶ πρεσβύτερος αὐτοῦ ὢν, καὶ διέβαλεν αὐτὸν, ὡς ἐπιβουλεύοντα τῷ πατρί. Καὶ ὁ μὲν φάρμακον πιεῖν ἀναγκασθεὶς, ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ Φίλιππος οὐ πολλῷ ὕστερον τὸ ἀληθὲς γνοὺς, ἀμύνασθαι τὸν Περσέα ἠθέλησεν· οὐ μέν τοι καὶ ἴσχυσεν, ἀλλ' αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ τὴν βασιλείαν ὁ Περσεὺς διεδέξατο. Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι ταύτην τε αὐτῷ ἐβεβαίωσαν, καὶ τὴν πατρῴαν φιλίαν ἀνενεώσαντο.

5. Ἐν δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις συνηνέχθησαν μέν τινα, οὐ μέν τοι καὶ ἀναγκαῖα πάνυ, ὥστε καὶ συγγραφῆς νομίζεσθαι ἄξια· ὕστερον δὲ ὁ Περσεὺς πολέμιον ἑαυτὸν τοῖς Ῥωμαίοις ἐποίησεν· ἵνα δὲ ἀναβολὴν τοῦ πολέμου σχοίη, μέχρις ἂν παρασκευάσηται, πρέσβεις ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψεν, ἀπολογησαμένους τάχα περὶ ὧν ἐνεκαλεῖτο· οὓς οἱ Ῥωμαῖοι οὔτ' εἴσω τοῦ τείχους ἐδέξαντο· καὶ πρὸ τοῦ ἄστεος αὐτοῖς χρηματίσαντες, οὐδὲν ἀπεκρίναντο ἕτερον, ἢ ὅτι ὕπατον πέμψουσι, πρὸς ὃν ὅσα βούλεται διαλεχθήσεται· καὶ αὐθήμερον αὐτοὺς ἀπιέναι ἐποίησαν, δόντες σφίσι καὶ ἀγωγοὺς, ὥστε μή τινι συγγένωνται, καὶ τῷ Περσεῖ τῆς Ἰταλίας ἐπιβαίνειν τοῦ λοιποῦ

Joannes Tzetzes Chiliade 1. cap. 27. v. 798. de morte Hannibalis ex Dione, quem citat dicens, *ὡς γράφει καὶ Δίων*, verſ. 705. ita ſcribit.

DIO APUD TZETZEM.

Ipſe veneno obiit in Bithynia,
In prædio, Libyſſa dicto nomine:
Unde in Libyſſa eſt viſus mori patria.
Hoc enim erat editum oraculum;
Condet Libyſſa corpus tum Hannibalis.
Severus autem Imperator poſtmodum,
Afer quum eſſet, albicantis marmoris,
Magnum hunc Ducem, honeſtavit tumulo.

Αὐτὸς δὲ φάρμακον πιὼν θνήσκει πρὸς Βιθυνίαν
Πρός τι χωρίον Λίβυσσαν καλούμενον τῇ κλήσει,
Δοκῶν θανεῖν εἰς Λίβυσσαν πατρίδα τὴν οἰκείαν.
Ἦν γὰρ Ἀννίβᾳ τις χρησμὸς οὕτω που γεγραμμένος.
Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβα δέμας.
Ὁ αὐτοκράτωρ δ' ὕστερον Ῥωμαίων ὁ Σεβῆρος,
Ἐκ γένους ὢν τοῦ Λιβυκοῦ, λευκῆς μαρμάρου τάφου.
Τὸν ἄνδρα τοῦτον τέθεικε τὸν στρατηγὸν Ἀννίβαν.

NOTAE.

Oraculum habet & melius Plutarchus, ſed *venenum, Severus* & *ſepulchrum*, fruſtra alibi quæritur, quam hic ex Dione, & apud Tzetzem. Oraculum ab Jove Hammone, & nonnulla varia ſed falſa, de hac morte, habet & Pauſanias in Arcadicis lib. 8. cap. xi.

Hannibali oraculum redditum fuerat ab Hammone, fore ut mortuus Libyſſa humo contegeretur: quare in ſpem venerat, deleto Romanorum imperio, in patria ſe poſtremum vitæ diem, exacta jam ætate clauſurum. At enim cum Flaminius illum ex fœdere, vivum ſibi, dedi poſtulaſſet a Pruſia Bithyniæ rege, ad quem ſupplex confugerat, rejectus; quum in equum aſcenderet ſponte enſe nudato digitum læſit: atq. inde non multorum ſane ſtadiorum itinere confecto, quū ejus vulneris inflammationem, febris eſſet conſecuta; tertio poſt die interiit. Oraculi itaque vocem, fatalis vici numen implevit. Libyſſa enim eum Nicomedienſes appellant.

Ἀννίβᾳ γὰρ χρησμὸς ἀφίκετο παρὰ Ἄμμωνος, ὡς ἀποθανὼν γῇ καλυφθήσεται τῇ Κιβύσσῃ· ὁ μὲν δὴ ἤλπιζεν ἀρχήν τε τὴν Ῥωμαίων καθαιρήσειν, καὶ οἴκαδε ἐς τὴν Λιβύην ἐπανελθὼν τελευτήσειν γήρᾳ τὸν βίον. Φλαμινίου δὲ Ῥωμαίων ποιουμένου σπουδὴν ἑλεῖν ζῶντα αὐτόν, ἀφικόμενος παρὰ Προυσίαν ἱκέτης, καὶ ἀπωσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ἀναπηδᾷ τε ἐπὶ τὸν ἵππον, καὶ γυμνωθέντος τοῦ ξίφους, τιτρώσκεται τὸν δάκτυλον. Προελθόντι δὲ οὐ στάδια οὐ πολλὰ, πυρετός τε ἀπὸ τοῦ τραύματος καὶ ἡ τελευτὴ τριταίῳ συνέβη. Τὸ δὲ χωρίον ἔνθα ἀπέθανε, καλοῦσιν οἱ Νικομηδεῖς Λίβυσσαν.

που ἀπειρήκασιν. Οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι μετὰ ταῦτα Γναῖον Σικίνιον στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως ὀλίγας ἐξέπεμψαν (οὐ γάρ πω τὴν μείζω παρεσκευάκεσαντο) καὶ ὁ Περσεὺς ἐς Θεσσαλίαν παρεμβάλλων, τά γε πλεῖστα αὐτῆς ᾠκειώσατο· ἐπεὶ δὲ τὸ ἔαρ ἐπέστη, πέμπουσιν ἐπ' αὐτὸν Λικίννιον Κράσσον, καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τοῦ ναυτικοῦ Γναῖον Λουκρήτιον. Συμμίξας οὖν πρῶτον περὶ Λάρισσαν τῷ Περσεῖ, ἐν ἱππομαχίᾳ ἔπταισεν· ὕστερον μέντοι περιεγένετο, ὥστε καὶ ἀναχωρῆσαι τὸν Περσέα ἐς Μακεδονίαν. Ὁ Κράσσος δὲ ταῖς πόλεσι ταῖς Ἑλληνικαῖς ταῖς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου κατεχομέναις προσέβαλε, καὶ τῶν μὲν πλειόνων ἀπεκρούσθη, ἔστι δ' ἃς ἐχειρώσατο· καί τινας κατασκάψας, τοὺς ἁλόντας ἀπέδοτο. Ἅπερ οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ πυθόμενοι ἠγανάκτησαν, καὶ τόν τε Κράσσον ὕστερον ἐζημίωσαν χρήμασι, καὶ τὰς ἑαλωκυίας πόλεις ἠλευθέρωσαν, καὶ τοὺς πραχθέντας ἐξ αὐτῶν, καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ εὑρεθέντας τότε παρὰ τῶν ἐωνημένων αὐτοὺς ἐξεπρίαντο. Ταῦτα μὲν οὕτως ἔπραξαν οἱ Ῥωμαῖοι· ἐν δὲ τῷ πρὸς τὸν Περσέα πολέμῳ, πολλὰ καὶ μεγάλα ἐτύθησαν, καὶ πολλαχόθι ἐπόνησε τὰ αὐτῶν, καὶ ὁ Περσεὺς τῆς Ἠπείρου, καὶ τῆς Θεσσαλίας κατέσχε τὰ πλείονα. Τήν τε γὰρ ἄλλην δύναμιν πολλὴν συνεκρότησε, πρὸς τοὺς ἐλέφαντας τῶν Ῥωμαίων φάλαγγα ὁπλιτῶν ἤσκησεν, ὀξέσιν ἥλοις τὰς ἀσπίδας, καὶ τὰ κράνη σιδηρώσας αὐτῶν. Ὅπως δὲ μή τι τοῖς ἵπποις φοβεροὶ εἶεν, εἴδωλα ἐλεφάντων σκευάσας, δεινὴν μὲν ὑπὸ χρίσματός τινος ὀσμὴν ἔχοντα, φοβερὰ δὲ καὶ ὀφθῆναι, καὶ ἀκουσθῆναι ὄντα (βροντώδη γὰρ ἠφίει ἠχήν τινα ἐξ ἐπιτηδεύσεως) πρὸς ἐκεῖνα προσῆγεν αὐτοὺς συνεχῶς, μέχρις οὗ καὶ ἐθάρσησαν.

6. Ὁ μὲν οὖν Περσεὺς μέγα ἐκ τούτων ἐκέκτητο φρόνημα, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τῇ δόξῃ, τῷ μεγέθει τῆς ἀρχῆς ὑπερθήσειν ἐπήλπιζεν· οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ταῦτα μαθόντες, τὸν Μάρκιον Φίλιππον ὑπατεύοντα (a) σπουδῇ ἐξέπεμψαν, καὶ ὃς ἐς τὴν Θεσσαλίαν πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀφικόμενος, τούς τε Ῥωμαίους, καὶ τοὺς συμμάχους ἐξήσκει. ὥστε δείσαντα τὸν Περσέα ἐν τῷ ἰδίῳ τῷ Μακεδονικῷ καὶ πρὸς τοῖς Τέμπεσιν (b) ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ τὰ στενὰ τηρεῖν· θαρσήσας δὲ διὰ ταῦτα ὁ Φίλιππος, διὰ μέσων ὑπερέβαλλε, καί τινα τοῦ Περσέως κατέσχε. Προϊὼν δ' ἐπὶ τῆς Πύδνας, τῶν ἐπιτηδείων ἐσπάνισε, καὶ ἐς τὴν Θεσσαλίαν ἀνέστρεψε· καὶ αὖθις ὁ Περσεὺς ἀνεθάρσησε, καὶ ἃ κατέσχεν ὁ Φίλιππος ἀνεκτήσατο, καὶ τῷ ναυτικῷ συχνὰ τοὺς Ῥωμαίους ἐλύπει

ſeo in poſterum, aditu Italiæ interdixerunt. Ac deinde Cn. Sicinium Prætorem cum paucis copiis (quod majores vires nondum paratæ erant) ablegarunt: Perſeus verò in Theſſaliam ingreſſus, maximam ejus partem ſuo addidit dominatui. Poſtquam autem ver appetiit, Licinium Craſſum, præfectumque claſſi Cn. Lucretium Romani, contra ipſum miſerunt; quorum Craſsus, conflictu equeſtri prius apud Lariſsam impegit; inde verò tanta victoria potitus eſt, ut Perſeum redegerit, recedere in Macedoniam. Tum urbes Græcas, quas Philippus obtinuerat, aggreſsus; a pleriſque quidem repulſus eſt, nonnullas verò ſubegit, ac nonnullas etiam evertit, earum civibus venditis ſub corona. His tamen Romani auditis, ægerrime rem tulerunt; & Craſso poſtmodum, pecuniariam idcirco multam dixerunt; captas urbes in libertatem aſſeruerunt, earumque cives, quos in Italia venundatos reperere, ab emptoribus redemerunt. Et hæc quidem ita a Romanis geſta ſunt; qui tamen hoc bello Perſico deinceps, multas magnaſque clades acceperunt, & paſſim multis in locis res eorum afflictæ ſunt. Perſeus namque pleraque obtinuit & Theſsaliæ: præterque alias ingentes copias, quas collegit; erga Romanorum elephantes; armatorum ipſe phalangem inſtruxit, quorum clypei galeæque, ferreis & acutis horrebant clavis. Ne hi autem formidabiles eſsent equis, elephantorum ſimulacra paravit, ex unguento quodam peruncta, quæ tetrum eorum fœtorem ſpirarent, & viſu audituque horrenda, ſonitum etiam arte quadam ederent inſtar tonitrus; ad quæ equi ſubinde adducti, timere denique deſierunt.

His ergo rebus, Perſeus auctis animis, gloria & magnitudine imperii ſe Alexandro ſuperiorem fore putabat. Romani verò iis cognitis Marcium Philippum Conſulem in eum celeriter ablegarunt: qui ubi in Theſsaliam ad exercitum venit, Romanos, ſocioſque ita exercuit, ut Perſeus territus, in ſuo Macedonico regno, & ad Tempe quietus degere, & ſuas tueri anguſtias ſatis duxerit. Porrò autem aucti animi ex his Philippo, mediis ipſe montibus ſuperatis, quaſdam Perſei urbes cepit; hinc ad Pydnam progreſsus, inde ob commeatus penuriam, rediit in Theſsaliam: Ac tunc Perſeus reſumpta fiducia, quæcumque Philippus occupaverat, recepit; hinc claſse ſua Romanos crebris detrimentis affecit, adſci-

(a) U.C. 566. (b) U.C. 567.

ſcitiſque demum ſociis, Romanos tota Græcia ſe ejecturum ſperabat. Verum nimia parſimonia & importuna, atque ob eandem ex ſociorum neglectu, rurſus ejus opes ſunt imminutæ. Rebus enim labaſcentibus Romanorum, ſuis ipſe incrementis fretus; ita contempſit ſocios, quaſi nihil eorum opera eſset opus; nec promiſsam pecuniam illis dedit. Alacritate aliorum igitur remiſſa, & ab aliis plane equidem deſtitutus; ita ſuis diffidere rebus cæpit; ut pacem peteret; quam per Eumenem indubie impetraſset; niſi Rhodii legatis adjuncti, ſuperba oratione, Romanorum animos alienaſsent.

Atque inde bellum Perſicum, Paulo Æmilio iterum Conſuli, eſt mandatum: qui profectus proſpere in Theſsaliam, poſtquā quam militarem correxit diſciplinam; per Tempe, quæ a paucis cuſtodiebatur, vi patefacta via, contra Perſeum duxit. Ille verò, etſi interfluentem Elpium amnem, munitionibus; & quidquid Olympum, & mare interjacet, ſeptis atque aggeribus occupavit; & ſiccitate eſset quoque loci fretus; Conſul tamen ſic quoque, periculo facto tranſitus, remedium contra ſitim invenit. Arenis enim in montis Olympi radicibus inventis, affatim potabilis aquæ reperit. Atque interea Rhodiorum legati, eadem audacia, qua prius ſuerant Romæ uſi,

λύπει, συμμάχους τε προσηγάγετο, πάντῃ τοὺς Ῥωμαίους (a) ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἤλπισεν ἐκβαλεῖν· τῇ δὲ πολλῇ καὶ ἀκαίρῳ φειδωλίᾳ, καὶ τῇ δι᾽ αὐτὴν τῶν συμμάχων ὀλιγωρίᾳ, ἀσθενὴς αὖθις ἐγένετο· ὡς γὰρ τὰ τῶν Ῥωμαίων ὑπεδίδου, τὰ δ᾽ ἐκείνου ἐπηύξετο, κατεφρόνησεν, ὡς οὐδὲν ἔτι τῶν συμμάχων δεόμενος, καὶ οὐκ ἐδίδου χρήματα σφίσιν ἃ ἐπηγγείλατο. Τῶν μὲν οὖν ἀμβλυθέντων τὸ πρόθυμον, τῶν δὲ καὶ πλέον αὐτὸν ἐκλιπόντων, τοσοῦτο ἀπέγνω, ὥστε καὶ σπονδῶν δεηθῆναι· (b) καὶ κἂν ἔτυχε τούτων διὰ τοῦ Εὐμενοῦς, εἰ μὴ καὶ Ῥόδιοι συνεπρέσβευσαν· ὑπερηφάνως γὰρ οὗτοι τοῖς Ῥωμαίοις διαλεχθέντες, τυχεῖν ἑαυτὸν ἐκώλυσαν τῶν σπονδῶν.

7. Ἐντεῦθεν ὁ κατ᾽ αὐτοῦ πόλεμος Παύλῳ ἀνετέθη τῷ Αἰμιλίῳ τὸ δεύτερον ὑπατεύοντι· (c) ὃς σπουδῇ κομισθεὶς ἐς Θεσσαλίαν, καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν προκαταστησάμενος, διὰ τῶν Τεμπῶν (ὀλίγοι γὰρ ἐφρόνουν αὐτά) ἐπὶ τὸν Περσέα ὥρμησεν. Ἐπεὶ δ᾽ ἐκεῖνος τὸν Ἐλπισὸν ποταμὸν προσαπέφραξεν ὄντα ἐν μέσῳ, προκαταλαβὼν δὲ καὶ πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ὀλύμπου, καὶ τῆς θαλάσσης, αἱμασιαῖς, καὶ σταυρώμασι καὶ οἰκοδομήμασιν, ἄπορον ἀπειργάσατο· ἐθάῤῥει δὲ καὶ τῇ ἀνυδρίᾳ τοῦ τόπου· ἐπείρασε μὲν καὶ οὕτως ὁ ὕπατος διελθεῖν, καὶ τῆς ἀνυδρίας ἐποιήσατο ἐπικούρημα. Διαμησάμενος γὰρ τὴν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ Ὀλύμπου ἄμμον, ὕδωρ εὗρε δαψιλές τε καὶ πότιμον. Κἂν τούτῳ τῶν Ῥοδίων πρέσβεις ἀφίκοντο πρὸς αὐτὸν

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR. Valeſii pag. 610. ἔπ.

Perſeus, qui ſe Romanos e Græcia penitus depulſurum ſperaverat; ob nimiam atque importunam parſimoniam, neglectis ſociorum auxiliis, rurſus vires ſuas imminuit. Rebus enim Romanorum labaſcentibus, ipſe ſuis incrementis fretus; ſocios ita contempſit, ac ſi in poſterum eorum auxilio nihil opus futurum eſſet: ſed aut ipſe ſuis opibus victoriam paraturus, aut ſocii gratuitam opem ultro eſſent præſtituri. Itaque nec Eumeni nec Gentio promiſſam pecuniam dedit, ratus privatam illis cauſam belli cum Romanis ſubeſſe. Igitur cum & hi, quos dixi, & præterea Thraces (nam neque iis integra ſtipendia perſolverat) ardorem animi remiſiſſent, adeo repente deſperare de ſumma rerum cæpit, ut pacem a Romanis peteret.

Ὁ Περσεὺς παντελῶς [τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐκβαλεῖν ἤλπισεν, τῇ δὲ πολλῇ καὶ ἀκαίρῳ φειδωλίᾳ, καὶ τῇ δι᾽ αὐτὴν τῶν συμμάχων ὀλιγωρίᾳ, ἀσθενὴς αὖθις ἐγένετο.] Ἐπειδὴ [γὰρ τά τε τῶν Ῥωμαίων ὑπεδίδου, καὶ τὰ ἐκείνου ἐπηύξετο, κατεφρόνησεν, ὡς οὐδὲν ἔτι τῶν συμμάχων δεόμενος.] ἀλλ᾽ ὅτι καὶ προῖκα οἱ αὐτὸν βοηθήσοντας ἢ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν κρατήσων· καὶ οὔτε τῷ Εὐμενεῖ, οὔτε τῷ Γεντίῳ τὰ [χρήματα, ἃ] ὑπέσχετο, ἀπέδωκε· νομίσας ἰδίας αὐτοὺς αἰτίας ἔχθρας πρὸς Ῥωμαίους ἔχειν. Τούτων τε οὖν καὶ τῶν Θρᾳκῶν (οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἐκείνοις ἐντελῆ τὸν μισθὸν ἐλάμβανον) ἀπροθύμως γενομένων. ἐς [τοσοῦτο] αὖθις ἀπογνώσεως ἀφίκετο, [ὥστε καὶ σπονδῶν δεηθῆναι.]

DIO APUD EUNDEM ECLOGE XX. quæ immediatè ſequuntur Valeſiana:

Pacem a Romanis petebat Perſeus, eandemque obtinuiſſet, ni Rhodii metuentes, ne Romani adverſarium amitterent; cum Perſei legatis, ſuos quoque legatos conjunxiſſent. Nam nihil ab his moderati, qualia par erat eos dicere, qui pacem rogarent, prolatum fuit; adeoque veluti ac ſi non tam pro Perſeo pacem peterent, quam darent, tum alia ſuperbe dixerunt, tum ad extremum minati ſunt; eos ſe, quorum culpa pax non coiſſet, bello cum cæteris aggreſſuros. Unde factum, ut quum ne prius quidem extra ſuſpicionem Romanis eſſent, magis inviſos ſe reddiderint, & quo minus pacem Perſeus impetraret, præpedierint.

Ὁ Περσεὺς σπονδῶν ἐδεήθη παρὰ Ῥωμαίων, [κἂν ἔτυχεν αὐτῶν, εἰ μὴ οἱ Ῥόδιοι συνεπρέσβευσαν] αὐτῷ, δείσαντες μὴ Ῥωμαίοις τὸν ἀντίπαλον ὑπεξαιρεθῆναι. Μέτριον μὲν γὰρ οὐδὲν ἢ οἷα δεομένους εἰκὸς ἦν εἰπεῖν, ἔλεξαν. καὶ ὡς εἰρήνης οὐκ αἰτοῦντες μᾶλλον τῷ Περσεῖ, ἢ δώσοντες, ἀλλά τε πολλὰ [ὑπερήφανα διελέχθησαν,] καὶ τέλος ἐπείλησαν, τοῖς αἰτίοις τοῦ μὴ συμβῆναι σφᾶς γενομένοις, μετὰ τῶν ἑτέρων πολεμήσειν. Κἀκ τούτου οὐδὲ τὸ πρὶν ἀνύποπτοι τοῖς Ῥωμαίοις ὄντες, μᾶλλον διεβλήθησαν, καὶ [τὸν Περσέα τῶν σπονδῶν τυχεῖν ἐκώλυσαν.]

(a) U.C. 568. (b) U.C. 569. (c) U.C. 570.

ἀπὸ τῆς θρασύτητος, ἀφ᾽ ἧς καὶ ἐς τὴν Ῥώμην πρὶν ἐπρεσβεύσαντο· ὁ δὲ οὐδὲν εἰπὼν πλέον αὐτοῖς, ἢ ὅτι μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας ἀπόκρισιν δώσει, ἀπέπεμψεν αὐτούς· ὡς δὲ προσβάλλων οὐδὲν ἐπέραινεν, ἔμαθε δὲ τὰ ὄρη ὄντα που πορεύσιμα, μέρος τι τοῦ στρατοῦ ἐπὶ τὴν δυσπροσωποτέραν αὐτῶν ὑπερβολὴν ἔπεμψε, καταληψόμενον τὰ ταύτῃ ἐπίκαιρα· διὰ γὰρ τὸ δυσπρόσιτον, καὶ ἐλαχίστην εἶχε φρουράν· αὐτὸς δὲ τῷ λοιπῷ τοῦ στρατεύματος προσέμιξε τῷ Περσεῖ, ἵνα μή τι ὑποτοπήσας, φυλακὴν τῶν ὀρῶν ἀκριβεστέραν ποιήσηται. Καὶ μετὰ τοῦτο, καταληφθέντων τῶν ἄκρων, νυκτὸς πρὸς τὰ ὄρη ὥρμησε· καὶ τῇ μὲν λαθὼν, τῇ δὲ βιασάμενος, ὑπερέβαλεν αὐτά. Ὁ μαθὼν ὁ Περσεὺς, καὶ δείσας μὴ κατὰ νώτου αὐτῷ προσπέσῃ, ἢ καὶ τὴν Πύδναν προκατάσχῃ (καὶ γὰρ τὸ ναυτικὸν ἅμα τὸ τῶν Ῥωμαίων παρέπλει) τό τε ἔρυμα τὸ πρὸς τῷ ποταμῷ ἐξέλιπε· καὶ πρὸς τὴν Πύδναν ἐπειχθεὶς, πρὸ τῆς πόλεως ἐστρατοπεδεύσατο. Καὶ ἦλθε μὲν καὶ ὁ Παῦλος ἐκεῖ· οὐ μέντοι καὶ παραχρῆμα προσέμιξαν, ἀλλὰ καὶ διέτριψαν οὐκ ὀλίγας ἡμέρας. Προμαθὼν δὲ ὁ Παῦλος, ὡς ἡ σελήνη ἐκλείψειν μέλλει, συνήθροισε πρὸς ἑσπέραν τὸ στράτευμα, ὅτε τὴν ἔκλειψιν γενέσθαι ἔχρην, καὶ προεῖπε τὸ συμβησόμενον, καὶ μή τι διὰ τοῦτο ταραχθῆναι, παρῄνεσεν.

8. Οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι τὴν ἔκλειψιν θεασάμενοι, οὐδὲν κακὸν ἐξ αὐτῆς ὑπετόπησαν· οἱ δέ γε Μακεδόνες δέος ἔσχον ἐκ τούτου, καὶ ἐς τὸν Περσέα τὸ τέρας τείνειν ἐνόμισαν. Οὕτω δ᾽ ἑκατέρων ἐχόντων, συμβάν τι κατὰ τύχην τῇ ὑστεραίᾳ συνέρρηξεν αὐτοὺς ἐς μάχην ἀκήρυκτον, καὶ τέλος τῷ πολέμῳ ἐπέθηκεν. Ἐπεὶ γὰρ ὑποζύγιόν τι τῶν Ῥωμαίων ἐς τὸ ὕδωρ εἰσέπεσεν, ἐξ οὗπερ ὑδρεύοντο, καὶ οἵ τε Μακεδόνες αὐτοῦ ἐπελάβοντο, καὶ οἱ ὑδροφόροι ἀντείχοντο, τὸ μὲν πρῶτον οὗτοι καθ᾽ ἑαυτοὺς ἐμαχέσαντο, ἔπειτα καὶ οἱ λοιποὶ ἐπικουροῦντες τοῖς οἰκείοις κατ᾽ ὀλίγους ἐκ τῶν στρατοπέδων ἐξῄεσαν, καὶ πάντες συνέμιξαν ἀπ᾽ ἀμφοῖν. Καὶ μάχης, ἀσυντάκτου μὲν, ὀξείας δὲ γενομένης, οἱ Ῥωμαῖοι ἐκράτησαν, καὶ καταδιώξαντες τοὺς Μακεδόνας μέχρι τῆς θαλάσσης, πολλοὺς μὲν αὐτοὶ ἐφόνευσαν, πολλοὺς δὲ τῷ ναυτικῷ προσπλεύσαντι ἀποκτεῖναι παρέδοσαν· οὐδ᾽ ἂν τις ἀπελείφθη αὐτῶν, εἰ μὴ νὺξ αὐτοῖς ἐβοήθησε. Περὶ δείλην γὰρ ὀψίαν ἡ μάχη ἐγένετο. Διαφυγὼν οὖν ἐς Ἀμφίπολιν ὁ Περσεὺς, ὡς τούς τι

ad Æmilium venerunt. Hos tamen ita ipſe dimiſit, ut nihil aliud diceret, niſi poſt paucos dies ſe reſponſum eis eſſe daturum. Cũ autem oppugnando, nihil proficeret, & montes alicubi, pervios eſſe didiciſſet; exercitus partem, ad montis cacumen, quod difficilius erat acceſſu, miſit, ut opportuna loca occuparet. Ob arduum namque aſcenſum, minimum ibi erat præſidii collocatum. Ipſe verò cum reliqua copiarum parte, cum Perſeo dimicavit; ne quid ſuſpicatus, montes accuratius tueretur. Poſt hæc, verticibus occupatis, noctu ad montes contendit; eoſque partim aperto marte, partim occulte ſuperavit. Quo Perſeus cognito, metuens ne a tergo circumveniretur, aut ne Pydna ab hoſte occuparetur (Romana enim claſſis eò una navigabat) caſtello, quod apud amnem erat, deſerto; Pydnam illico contendit, ibique caſtra poſuit ante urbem. Eò autem venit & Paulus: haud tamen confeſtim congreſſi ſunt; prælio ad non paucos dies dilato. Quia verò lunæ defectum Paulus præcognoverat, exercitum ſub veſperam, qua ille inſtabat, convocatum, edoctumque, quid inde futurum erat; ne ea ex re quidpiam turbarentur, hortatus eſt.

Romani itaque, Lunæ perſpecta eclipſi, nihil ex ea adverſi ſunt ſuſpicati; Macedones verò territi, ſiniſtri aliquid portendi Perſeo judicarunt. Utriſque igitur ſic affectis; fortuito caſu ſequenti die, in pugnam non denunciatam hinc inde impulſi ſunt; quæ bello finem impoſuit. Nam cum Romanum jumentum in flumen, unde uterque exercitus aquabatur, incidiſſet; idque ſibi & Macedones, & lixæ Romani ſibi vendicarent: primum quidem inter iſtos certatum eſt: deinde cæteri etiam ſuis laturi opem, alii poſt alios caſtris egreſſi, donec omnes utrinque conflixerunt. Pugna equidem illa confuſa fuit, ſed acris; cujus exitus & victoria, penes Romanos fuit. Qui perſecuti Macedones uſque ad mare; multos quidem eorum ipſi occiderunt, multos verò trucidandos claſſi, quæ accedebat, objecerunt. Porrò, neque eorum quiſquam evaſiſſet, niſi noctis beneficio ſervati eſſent; pugna enim ſub veſperam eſt commiſſa.

Per-

DIO APUD CONSTAN. AUG. PORPHYR. Valeſii pag. 110. 113. &c.

